R.P. ANTONII DE ESCOBAR, ET MENDOZA VALLISOLETANI

è Societate IESV Theologi,

IN

EVANGELIA TEMPORIS

Commentarij Panegyricis moralibus illustrati.

VOLVMEN QVARTVM

LIGNVM VITALE,

CHRISTI SERMONES.



LVGDVNI,

Sumptibus Hæred. Proſt, Philippi Borde, & Laurentij Arnaud.

M. DC. XLIX.

AD LECTOREM.


IAM Consiliarius noster vitale quidem Lignum duodecim fructus profert, quibus Euangelicæ perfectionis dogmata degustantur totidem sermonibus præparata dulcedo.

1. Sermo de Ieiunio.
2. De Doctrina cum operibus.
3. De Prælatorum humilitate, seu ablutione pedum.
4. De pœnitentiæ baptismo ex ore Ioannis.
5. De iustitiæ nouæ legis abundantia.
6. De duplicis Dominij impossibilitate.
7. De dilectione inimicorum.
8. De correctione fratrum.
9. De bono Pastore.
10. De duobus magnis mandatis.
11. De oratione.
12. De oratione rursum.

En augustioris Mannæ dulcedinem omnis cœlestis suauitatis epilogum.



ANTONII DE ESCOBAR ET MENDOZA, E SOCIETATE IESV,

IN EVANGELIA TEMPORIS *VOLVMEN QVARTVM.*

(Est ordine decimum.)

IESV SERMONES.

DVODECIM DOMINICI LIGNI VITALIS FRVCTVS.

De Christo ad orbem aduentante, vt Sermonibus peccatores erudiret ad vitam fatur Salomon, *Lignum vitæ est iis, qui apprehenderint eam.* Sapientiam vrique. Prou 3. Ad quæ apposité Lyranus, *Sicut enim per lignum vitæ continuaretur vita, & sic homo manens in statu innocentiæ de vita naturæ transiret ad vitam gloriæ sine morte media: sic sapientia & prudentia Christi* Prædicatoris *ducunt hominem ad vitam gloriæ.* Præsentat enim Dominicum lignum duodecim fructus Sermones scilicet vitales, queis homines innocentię rursum ineant statum. Sermo de Ieiunio, de Doctrina cum operibus, de Prçlatorum humilitate, seu pedum ablutione, de pœnitentię Baptismo ex ore Ioannis, de Iustitię nouę legis abundantia, de duplicis Dominij incompossibilitate, de Dilectione inimicorum, de Correctione fraterna, de bono Pastore, de Duobus magnis Mandatis, de Oratione semel, & iterum quid nisi salubria vitalis Arboris germina ad spiritualem animorum profectum, ad piaculorum diuersitatem. Prou. 3. Lyran.



LIBER PRIMVS.

SERMO DE IEIVNIO.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput decimum sextum Matthæi.

Panegyrici Morales circa literam in Iesum Concionatorem.

PROLVSIO.



OELESTIS Concionatot getendæ fructuosè abstinentiæ documenta præscribit, mortisque memoriam æruginis, tineæ, ac latronum obiectione refricare curat ad omnium criminum medicamen. O Maria verè ieiunans, quę cum Prothoplasto ligni vetiti pomum non absumpsisti, vnde mortis corruptioni addicta non es, qua cuncti propter ieiunij violationem fuimus affecti! Morti quidem, vti Dominus, obnoxia ostentaris, sed corruptioni minimè gratiæ ex plenitudine ob ieiunij obseruantiam. Vndè fatur Sponsus, *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Cant. 1. Vulgariter liceat exponere, *Labrare para ti, ô Esposa, ô Madre, vna muerte de gala, con lombrices de oro, y gusanos de plata.* Id est, mortem sine corruptione subibis. Nam si vermis verus in Maria fuisset, quonammodò eam à ligno vetito abstinuisse prędicaremus. Bellè Adamus de Perseb. *Si Mariæ pars est quadam cum verme, iam non credam, quod sit plena gratia.*

Dominici vitalis ligni FRVCTVS PRIMVS. *Cant. 1.* *Adam. Persc.*

MATTHÆVS CAP. VI.

VERS. 16. VM ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.

PARAPHRASIS.

16. VDITE, *ait Dominus, quantum oporteat ieiunia vestra distare ab illorum ieiunio: si velitis esse grata Patri, vobis frugifera. Vndè quoties pietas hortabitur ad ieiunandum nolite imitari quosdam ieiunij simulatores frontis tristitia ieiunium præferentes, vt hoc fuco laudem apud homines captent inanem. Illud habetote certum, nihil est, quod ob ista benefacta fabula mercedem à Deo expectent. Iam enim habent præmium suum hoc assecuti, quod ieiunio aucupari curabant.*

17. Tu

17. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua;

17. Tu verò, quotiens ieiunas dissimula magis ieiunium, & vncto capite, lotaque facie lætitiam præferas;

18. Nè videaris hominibus ieiunans; sed Patri tuo, qui est in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

18. Nè te sentiant homines ieiunare. Neque putes, infructiferum esse ieiunium, quod lates homines: tibi satis quod Pater tuus videt, cui nihil occultum. Et is, qui in occulto cernit, pro inani laude mortalium solidam tibi reponet mercedem. Porrò tunc nemo mortalium videt te ieiunantem, quando tu non in ho. ieiunas, vt à quoquam videaris.

19. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur.

19. Porrò quia ieiunium admodum ex eleemosyna commendabile. Nolite magna solicitudine vobis congerere, ac recondere opes, eas nè perdatis, in terra effodientes. Quod defoderis, nec tibi est vsui, tineis, æruginis, & furibus est obnoxium. vt iam hinc ad te nihil redeat præter calamitosam seruandi solicitudinem.

20. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, neque furantur.

20. Vos toto studio properate ad optima, quo verè diuites efficiamini: recondite vobis thesauros in cœlis, quorum custodia vos non cruciet anxia solicitudine. Neque enim opes einsmodi demolitur ærugo, tinea ve, nec fures effodiunt, ac furantur: quibus casibus opes humanæ sunt obnoxiæ. Istas opes apud Patrem depositas ipse vobis tutò asseruabit: nec animus vester hærebit humi, sed ad cœlestia rapietur.

21. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est cor tuum.

21. Si quidem vbi thesaurus inest hominis, ibi & cor aderit. Nihil igitur sublime cogitant, qui congestas opes habent in terra. Ipsi quidem hùc & illùc ambulant, animus tamen habitat in fouea, cui pecunia est credita.



SECTIO PRIMA.

Ieiunantis habitus.

TEXTVS.

VERS. 16. CVm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. 17. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua; 18. Nè videaris hominibus ieiunans; sed Patri tuo, qui est in abscondito; & Pater tuus, qui vide in abscondito, reddet tibi.

COMMENTARIVS. LITERALIS.

§. I.

A ieiunio Dominus curat hypocrisim ablegare.

1. *Perfectionē intentionis circa ieiunium docet Dominus.*

CVM *ieiunatis*, &c.] Docuerat Dominus omnem inanis gloriæ impuritatem ab elemosyna, & oratione ablegandam: idem edocet de ieiunio. Cum, inquit, ieiunio operam impenditis, nolite hypocritas imitari, qui plus expetunt ieiunij speciem, quam opus exponere: ieiunant quidem, non vt carnem infirment, sed vt ieiunare videantur.

2. *Quidnam sit faciē exterminare?*

Exterminant enim facies suas.] Græcè *ἀφανίζουσι*, hoc est, *disparere faciunt*, seu *demoliuntur* facies. Quonammodò hypocritæ faciem exterminabant? An quia à vultu ablegabant lætitiam, tristitiæque personam induebant? Ideo ait Dominus, *Nolite fieri sicut hypocritæ, tristes.* D. Hieronymus, *Demolitur faciem suam hypocrita, vt tristitiam simulet, & animo fortè lætante, luctum gestet in vultu.* Aptius crediderim exterminare faciem, idem esse, ac maciem, & pallorem inducere, velut ieiunij effectum. Ideo *hypocritæ tristes* appellantur, seu qui tristes sunt vultu, quod quidem non de vera tristitia, sed de seueritatis, sanctitatisque simulatione est intelligendum, Hieronymo auctore. Aptè vertit Hilarius verbum illud: *Exterminant facies*, *conficiunt*, Chrysostomus, *Corrumpunt*, Alij, *Obscurant*. Hypocritæ itaque, vt ieiunare videantur, natiuum alicuius medicamenti artificio in pallidum, tetricumque conuertunt: contra quam (Maldonatus addit) *mulieres faciunt, vt pulchriores appareant.*

Margin: Hieron. — *Auctoris sententia.* — *Cur hypocritæ tristes?* — Hilar. Chrysost. — Maldon.

3. *De mercedis receptione.*

Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.] Qua sola digni erant, aut quam quærebant. Sic Augustinus, & Hieronymus. Quænam hæc merces? Certè illa gloriola, quam ex ieiunij affectatio capiebant, quamque expiscari expetebant. Sic initio Capitis, *Alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum.* Ac si dicat, habebitis quidem apud homines, quorum respectu facitis, inanem gloriam, quam quærebatis, apud Patrem autem vestrum non habebitis, cuius causa non facitis; quia æquum est, vt cui quisque laborat, ab eo mercedem accipiat, & vt vnius laboris non duplex, sed vna sit merces.

§. II.

De capitis inunctione, & ablutione faciei.

TV *autē cùm ieiunas.*] Dixerat plurali in numero, *Cum ieiunatis*, nunc autem in singulari, *Tu autem cum ieiunas.* Sic initio capitis, *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis*, &c. Mox autem, *Cum ipse facis elemosynam.* Adnotat Maldonatus id fieri *Hebræorum consuetudine.* 4. *Cur numerū immutarit?* — Maldon.

Vnge caput tuum.] An præcipit Dominus, vt ieiunantes re ipsa caput inungamus? Porrò figurata est locutio. Hieronymus, *Iuxtà ritum Prouinciæ Palestinæ loquitur Dominus, vbi diebus festis solent vngere capita.* Nec solum Palestini, sed omnes Orientales in lætitia, & rebus prosperis inungebantur, vt colligitur Ruth. 3. 2. Reg. 12. 4. Reg. 4. Iudith. 10. Esth. 2. Itaque non iubet, vt reuera caput vngamus, sed vt ieiunij fugiamus ostentationem, & hilaritatem potius, atque lætitiam, quemadmodum qui caput vngunt, quam tristitiam præferamus. Sic Chrysostomus hom. 21. Imperfect. hom. 15. Hieronymus, Theophylactus, Euthymius, Rupertus, Maldonatus, Barradius, & alij exposuere. Apud Origenem, Hilarium, Basilium, Augustinum, & Bedam alias legi interpretationes, quæ quidem allegoria nituntur. 5. *Quare caput inungendū? An materialiter?* — Hieron. — Ruth. 3. 2 Reg 12. Iudit. 10. Esth. 2. — Chrysost. & alij. — Orig. & alij.

Ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo, qui est in abscondito: & Pater, &c.] Vult ergo Dominus nos ab ostentatione ieiunij abstinere ei tantum ieiunantes, qui in abscondito aspectat, & annotat cordis affectum. Ne hominibus, & non Patri ieiunantes, (vt in eleemosyna, & oratione dixerat) eam recipiamus ab hominibus mercedem, quam hypocritæ recipiunt, nempe inanem gloriam, sed solidam, atque æternam à Deo, quam solùm ij consequentur, qui ad illum opera velut in scopum dirigere student. 6. *Deo soli ieiunandum remuneratori.*

IN
IESVM CONCIONANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
CIRCA LITERAM,
EX IEIVNANTIS HABITV.

OBSER.

Observat. I

Ad illa verba:

Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.

A ieiunij virtute curat Dominus hypocrisim in primis ablegari. An delictorum maximum? Minimè planè, sed Deo maximè est inuisum.

Quia hypocrita mendax, nequior diabolo, plenus satana; qui autem ab hypocrisi liber est, quasi omnium virtutum gloria fulget velut ab omni liber iniquitate.

7. SCio hypocrisim haud delictorum esse maximum. Cur ergò tam accuratè Dominus vitium hoc à virtutum exercitamentis expetit ablegari? Certè quia Deus veritas est, & hypocrisis mendacium.

8. Ausonius aicbat. *Nihil Deo magis inuisum quam hypocrisis, quia nihil magis gratum quam veritas. Ergo inuisa Deo hypocrisis, quia mendacio nititur. Vnde expenditur Metamorphoseorum vanitas ipsi contraria Deitati consicta. Nec enim Diuinitas adesse potest, vbi consictio, aut mendacium adest.* Si contraria adeo est Deitati, quidni esset maximè inuisa?

Ausonius. Contraria hypocrisis Deitati.

9. Quid quæso, hypocrisis? Comœdiam appositè Maldonatus appellauit. *Nomen ipsum hypocrita histrionem propriè significat, qui, alia persona cum sit, aliam agit.* Sic Augustinus. *Ne iustitiam* (ait Dominus) *vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis,* Græcè *vt spectemini.* Mat. 6. *Verbum hoc* (addit Maldonatus) *theatrale est, nam & theatrum ipsum ab eodem ductum est verbo. & tuba canere proprium est etiam theatri. Significat igitur, nihil in hypocritis esse vera, solidaque virtutis; quidquid agunt simulationem,* laruam, tragœdiam, & comœdiam esse reor: ideoque velle aspectari ab hominibus. At à Deo minimè possunt aspectari, quia Veritas haud potest delectari mendacio.

Hypocrita est velut histrio Deo quidem exosus, quia mendax. Maldon. August.

10. Exprimit Dominus illius hominis miseriam, qui semel à Diaboli tyrannide liberatus, rursum præparat ei domicilium. *Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se.* Luc. 11. Quinam quæso, alij septem spiritus diabolo nequiores? D. Thomas respondet, *Per septem malos spiritus, quos assumit Diabolus, vniuersa vitia Dominus designat.* Vndenam autem vniuersa vitia tantam iniquitatem trahunt. Certè quia contraria virtutibus. Attamen pulchrè addidit Doctor, quia hypocrisis indumento velut comicæ personæ apparebunt. *Nequiores dicuntur, quia non solum habebit homo miser illa septem vitia, quæ septem spiritualibus sunt contraria virtutibus, sed etiam per hypocrisim ipsas se virtutes habere simulabit.* Si ergò Deus iniquitatem ideo habet, quomodo non habebit odio hypocrisim, quæ quodammodo omnibus peccatis nequior ostenditur?

Hypocrisis nequior diabolo. Vitia nequiora Diabolo, quia affectant hypocrisim. Luc. 11. D. Thom.

11. Ananias satana plenus esse dicitur ab Apostolo *Dixit autem Petrus, cur tentauit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri?* Act. 5. Lectio Syriaca, *Quid est, cur impleuit satanas cor tuum?* Vndenam, precor, Ananias dicitur diabolo plenus? Profectò ex hypocrisi. D. Basilius ser. 1. de Instit. Mona. *Anania humana gloria cupiditate inductus, quidquid in bonis habebat per professionem Deo consecrauit; quo videlicet egregio facto hominum de se admirationem excitaret: de pretio autem callidè postea nescio quid interuertit.* Plenus ergo satana veraciter dicitur, qui gloriæ mundialis cupidus, per hypocrisim simulat se rebus mundialibus renunciare.

Hypocrita satana plenus. Act. 5. Basil.

12. Vt Dauid hominem sanctissimum describat, asserit ab hypocrisis vitio immunem ostendi, *Qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo* Psal. 28. Augustinus exposuit, *In rebus non permanentibus non deputauit animam suam, sed æternitatem stabilem, atque incommutabilem desiderauit: & ideo sine hypocrisi sicut simplicia, & non fallentia sunt æterna, ita se præbuit proximo suo.* Profectò quemadmodum qui hypocrisis vitio inficitur tota obiicitur iniquitate quodammodo pressus: sic qui ab vno hypocrisis vitio liber ostenditur, omnium virtutum fulgore ornatus exponitur.

Qui ab hypocrisi liber est, quasi omniũ virtutum gloria fulget. Psalm. 28. August.

13. Pulchrè alibi Vates, *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.* Psalm. 115. Alij, *Omnis homo hypocrita.* En omnium malorum colligationem. At si describere intendas cunctarum virtutum gloriam, sic eatmen immutabis? *Omnis homo liber ab hypocrisi.* Profectò huiusmodi homo non homo vocitetur, sed Numen. Chrysostomus, *Ecce ita omnis homo qui hanc vitam amat, mendax* seu hypocrita *est; qui vero in virtutibus illam transmittit, mendax,* seu hypocrita *non est: eo quod qui talis est, non sit homo, sed Deus.* Quid autem hypocrita? Certè diabolo iniquior, inuisus maximè Conditori.

Hypocrita mẽdax Deo inuisus, non hypocrita velut Deus. Psal. 115. Chrysost.

Observat. II.

Ad illa verba:

Sicut hypocritæ tristes

Quàm indiuisibilis hypocritæ comes tristitia:

Qui enim mundo placere nititur, tristitia premitur; sola Dei obsequio hæresceit lætitia.

14. NOn solum hypocritæ mundi gloriolam captantes tristitiam vultu simulant hilares corde; sed & alio ex capite nunquam non tristitia premuntur; quia semper est tristis qui vt seruiat, ac placeat hominibus, ab obsequio diuino recedit. Lætitia planè comes est iustitiæ.

15. Testor Ioannem videntem. *Accepi*, inquit, *librum de manu Angeli, & deuoraui illum. Et erat in ore meo tanquam mel dulcis; & cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus.* Apoc. 10. Vndenam venter amaritudine affectus?

Dum Dei seruus amaritudinibus laborando afficitur, per-

funduntur lætitia. Apoc. 10. Am. 1.

Anselmus respondet, *Amaricatus est venter, graue enim est nostra carni, ieiunare, & cætera quæ præcipiuntur.* Si tam amaræ libri legis clausulæ, cur in ore tam dulcis? Certè quia iusti Dei famuli, & si præceptorum difficultate capiunt amaritudinem, semper tamen dulcedine potiuntur; nec enim potest Dei famulus vlla adeò amaritudine compungi, vt lætitiam exuere cogatur.

16. *Quia Dei seruus agitur persecutionibus, pūgitur que supplicüs, exultatione mira perfunditur.* Psal. 18. Basil.

David cecinit, *Iudicia Domini vera iustificata in semetipsa. Desiderabilia super lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel, & fauum Etenim seruus tuus custodit ea.* Psal. 18. Quænam iudicia Domini? Basilius, *Iudicia Dei vera iustificata nominauit, tanquam supplicia legitimè mortalibus inferentia. Hæc & auro, & lapide pretiosiora, & melle dulciora esse dicit: verum non omnibus hominibus, sed veris.* Ac si diceret, Non mendacibus hypocritis, qui hominibus placere student, sed veris Dei famulis iudicia Domini, id est supplicia, labores spirituali gustui tu miram pariunt dulcedinem. Preme particulam, *Etenim seruus tuus custodit illa.* An non aptius diceret, *Etenim seruus tuus non custodit illa?* Profectò qui custodit Domini iudicia, qui tribulationibus premitur, ideo exultat in labore, quia Dei vt seruus affligitur; ideo lætitia perfunditur, quia laboribus premitur. Nec enim potest mœrore premi, qui Dei obsequio mancipatur.

17. *Vel tribulationis ignis tristitiam non immittit Dei famulis.*

Ezechiel ait, *Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius & de medio eius quasi species electri.* Cap. 1. Describitur Deus ad homines properans puniturus ob crimina peccatores, gladios, ignesque iaculans. Preme particulam. *Et splendor in circuitu eius.* An non aptius in ignis circuitu horribilis, deuoransque flamma appareret? Minimè quia ex Origenis mente ignis ille virtutis aspera tentamina præsentabat. Vndè nihil in virtute triste Dei famulis indicitur. *Potuit* (inquit hom. 1.) *dicere flamma, aut ignis exurens:* sed ait, *Et splendor in circuitu eius. Verùm piguit tristitiam nominare, & opus eius adscribere, & ideoque pro pœnali vi splendorem tantum apposuit.* Dei famuli vel cum igne torquentur, mira lætitia perfunduntur.

Origen.

18. *Euangelij ministri admodum laboribus perennis hilaritas.* 2. Cor. 9.

Memorat Paulus Euangelij ministrorum labores dum operi salutis animarum incumbūt. *Vnusquisque pro vt destinauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate hilarem enim datorem diligit Deus.* 2. Cor. 9. Alibi, *Qui miseretur in hilaritate.* Rom. 12. Ad quæ Theodoretus, *Beneficentia lætitiam adiungit. Solent enim gaudere, qui lucrantur. Hoc enim dicit scribens ad Corinthios, Non est tristitia, &c.* Laboribus innumerabilibus Euangelij ministri premuntur, sed quia lucrantur, peccatoribus ad meliorem meliorem adductis, ineffabili lætitia donantur. Cur artifices, qui tempore æstiuo ardentis clibani flamma torrentur, dulces intonant hymnos? Quia labore lucrantur. Cur terram fodientes, vt clibano voraci metallorum pabula ministrent, risus excitant, iocantur? Quia labore lucra percipiunt. Haud aliter Dei famuli nunquam tristes, quia dum premuntur laboribus, lucra præparant accipienda.

Lætantur, quia laborant ad lucrum.

19. *Vnigenitum filium non exciat ad luctum.* Gen. 22.

Fidelissimo famulo Abrahæ Deus difficillimum indixit imperium; vnigeniti immolationem. *Extenditque manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium suum.* Gen. 22. An tristitiam prius parens ostentauit, filium iugulaturos? Absit nec enim Deo seruiens potest affici mœrore. D. Zeno ser. 7. de Abrah. *Nemo plangit viuas exequias, & innocentis hominis obsequium nemo fletibus rigat.* Si obsequium pium est serui Domini, quonammodo poterat tristitiæ affectu obtenebrari?

Zeno.

20. *Rex I[esus] venit cum iusticia præscribit, sine tristitia excipitur à famulis.* Zach. 9. Drogo.

Præclamat Zacharias, *Exulta satis filia Sion iubila filia Ierusalem, ecce Rex tuus venit tibi iustus, ipse pauper, & ascendens super asinum.* Cap. 9. Si Dominus iustus venit, quid non timeat peccator? Si pauper apparet, quid non paueant diuitiarum amatores? Vndenam ergò indicto iudicij terrore, ac labore paupertatis, ad exultationem seruus Dei allicitur; Drogo de sacr. Pas. *Hilaris pupilla lucide speculatur. Fides pupilla est oculi tui.* Ac si diceret, crede Regi, aspice Dominum, te seruum ei comite, & necessaria lætitia perfunderis. Dei enim obsequium nunquam mœrore afficitur: *Ecce Rex tuus.*

Observat. III.

Ad illa verba:

Nolite fieri sicut hypocritæ tristes.

Non dicit absolutè, Nolite fieri tristes: sed cum additamento, Nolite fieri tristes sicut hypocritæ.

Edocens, solummodò eas laudabiles lacrymas, quæ ad diluenda crimina profunduntur.

Cvm monitum Domini audiebam, *Nolite fieri tristes*, mirabar à Iesu luctum, vtilissimum planè, prohiberi. At cum addidisse video, sicut hypocritæ, planè agnosco illum solummodo luctum commendare, qui à pœnitentia, habet exortum. Paschasius, *Non dixit absolutè, Nolite esse tristes; sed cum additamento, Nolite fieri tristes sicut hypocritæ. Alioquin quomodo humiliabimus antè Deum animas nostras, cum oporteat nos tristari ad pœnitentiam?* Pœnitudinis luctus maximè prohibetur, profundentes autem lacrymas ob temporariorum bonorum iacturam taxantur, indecenter enim viri muliebres lacrymas futili occasione profundunt. 21.

Paschas.

Fatur David, *Seruite Domino in lætitia, introite in conspectu eius in exultatione.* Psalm. 99. Qui pœnitentiæ gressibus ad Iesum reuertitur, exultet, Prodigus symphoniæ musica excipiatur. At qui à Deo egreditur propter crimina lacrymas profundat amaras Petrus ideo *egressus foras, fleuit amarè.* Matth. 26. Chrysologus, *Quando homo non sub peccato tristis: Quando non sub morte lugens. Et ideo homo* 22.

Solus qui per ... parte à Deo ... ditur, debet lacrymas profundere. Psal. 99. Chrysol.

dabat

dabat extrema suspiria, quando talet, tam crudeles dominos sustinebat. Propheta ergò videns nos a talibus liberatos, merito exclamat, seruite Domino in lætitia, introite in conspectu eius in exultatione. Oritur tristitia ex crimine, quo te aspicis defœdatum? O quam laudabiles lacrymæ, quæ ad reuersionem Prodigum excitant.

23. Caino Deus, *Quare tristis es, & cur concidit facies tua?* Gen. 4. Cur ô Cain tristitia vulneraris? Quia terra semine accepto, fructus grata non reddit. Friuola mœroris occasio. Abelis sacrificium fulgenti igne è cœlo immissu absumitur, meo munere abiecto Insufficiens causa tristitiæ est. Caietanus, *Benignissimus Deus ab effectibus tanquam inquirendo causam, procedit. Manifestaturus quod nulla est tristitiæ causa; non ego, non Abel.* Si Abel viuit, si Deus adhuc læsus non est, nulla est causa mœroris. Quia scilicet vbi non est peccatum, quod plangi possit, nulla est tristitiæ occasio; licet homo temporariis angatur tribulationibus.

Si non peccasti, nulla adest in eo causa fletus, licet omnibus laboribus agaris.
Gen. 4.
Caiet.

24. Abrahamus olim *extendit manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium suum.* Gen. 22. Preme verba, *Extendit, arripuit.* Periander, *Alacritatis signum agendi promptitudo est.* Cur ô parens, non veteris tarditate? Cur non expectas, donec Angelus gladium porrigat velut ille Dux, cui datus aliquando fuit, *Accipe gladium?* Tanta ne alacritas coram filio vnigenito iugulando? Cur non saltèm ô piissime Patriarcha lacrymas profundis? Nec enim solæ mulieres filiorum mortem lamentantur. Præcepit ne Deus te à lacrymis abstinere? Non prohibet Dominus pios naturæ affectus. Cur igitur mors Isaac non ploratur? Bellè Zeno Veron. ser. 7. *Nemo plangit innocentis hominis obsequium.* Si peccatum non est, si innocens pater, filius innocens: quænam subest luctus occasio? sola enim culparum pœnitudo debet exigere ab homine lacrymas.

Abraham vel iugulaturus filiū, non plorat, quia vbi nō est peccatum non adest causa luctus.
Gen. 22.
Zeno.

25. Dominus Discipulis, *Lazarus amicus noster dormit, & gaudeo.* Ioan. 11. Si amicus est Lazarus, cur amici mortem lacrymis non prosequeris? Certè vbi culpa non est, haud adest lacrymarum causa. Postmodum autem Dominus ad sepulchri aspectum lacrymas profudit: *Lacrymatus est Iesus.* Cur affectus mutasse videtur? Chrysologus ser. 64. *Qui cum amittit, non flet; cum recipit, tunc plorat.* Aptius autem ex mente ipsius Doctoris crediderim, Lazarum quatriduanum peccatorem exprimere, sicut recens mortuus iustum mundo mortuum expresserat. Cum ergo Dei amicus mundo moritur, Dominus gaudet; quia vbi adest sanctitas non potest tristitia commorari. At cum peccator obiicitur, gerens ipse Iesus Lazari personam, profundit lacrymas; quia peccatum solummodo lamentatio decet.

Iesus non plorat cum Lazarus amicus patitur plorat cum peccatoris imago obiicitur.
Ioan 11.
Chrysol.

26. Redeo ad Caini luctum. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non respexit; iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus eius* Gen 4. Ambrosiana, *In Cain vero & in munera eius Deus non respexit. Et contristatus est Cain valdè.* Vndenam Caini luctus? Laudabilem reor, si ex conscientia peccati, ac ex pœnitudine habuit exortum. Ambrosius lib. 2. de Abel, Cap. 6. *Cain, quia intellexit Deo sacrificium suum non probatum, tristis est factus. Quando enim mens sibi recti est conscia, gratulatur: & infusione quadam spirituali repletus animus gaudio. Tristitia igitur Cain conscientiæ testimonium, repulsæ indicium est.* Si ex huiusmodi affectu pœnitudinis studiosus Caini luctus procedebat, laudabiles eius lacrymas deputarim. Si autem ex temporario incommodo, nullam adesse causam, luctus asseruerim. Tunc igitur sint lacrymæ tuæ panes tui *die ac nocte, dum dicitur tibi, vbi est Deus tuus.*

Inter Cain contristatur, & plorat, si ex pœnitudine [illegible].
Gen. 4.
Ambros.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Exterminant enim facies suas. vt appareant hominibus ieiunantes.

Non qui facies exterminant, aut corrumpunt, vt appareant pœnitentes: sed qui verè exterminant corpus ieiuniis, & asperitatibus commendantur.

Vera enim pœnitentia non nititur apparentiæ fictione; sed operis asperitate.

HYpocritæ facies exterminant, *vt appareant hominibus ieiunantes.* Verus autem pœnitens ieiunat, vt faciem corpusque totum exterminare, corrumpere, ac frangere possit. Pœnitentia enim haud fictione oritur, sed operum asperitate. Ruritius lib. 2. Epist. 14. *Pœnitentia non est nomen otiosum, quæ ex qualitate operis possidet laboriosa vocabulum. Non enim potest pœnitens dici, qui pœnitenda committit; sed ille qui præterita peccata, vel maculas humilitate cordis, subiectione corporis, bonorum operum sedulitate, assiduitate orationum, continuatione gemituum, corporis concussione, lacrymarum profusione detergit.* 27.

Ruritius.
Pœnitentia haud nomē otiosum.

Totius spiritualis vitæ fundamentum est pœnitentia. An ædificatio super confictum potest fundamen exurgere? O quot operum requiritur aceruatio ad fundamentum pœnitudinis construendum! *En iste venit* (fatur sponsa) *saliens in montibus, transiliens colles. En ipse stat post parietem nostrum.* Cant. 2. Quinam, quæso, paries, nisi opera pœnitentiæ, quibus Domino sedes præparatur. Super fundamen ergo pœnitentiæ pluribus lapidibus constructum: siue pluribus operibus elaboratum consurgit paries, qui Domino præparat domicilium: *En ipse stat post parietem nostrum.* Ambrosius ad Psal. 118. ser. 6. *Et tu si habeas fundatum parietem, ædificatum supra fundamentum; vt compaginata eius structura crescat in Templum: si habeas ergo in te ædificationem Dei venit Verbum, stat post tuum parietem.* Adamus, *Pœnitentia fundamentum est spiritualis fabricæ, lapideum sit, non ex arena.* Ex arena confingit, qui nomine otioso pœnitentiæ nititur. 28.

Pœnitentia est fundamentū virtutis, quod non ex arena perficiendum, sed ex operum lapidibus.
Cant. 2.
Ambros.
Adam.

Primi

29\. Primi deliquere parentes, moxque ad folia ficus confugerunt. *Tulit de fructu illius, & comedit; deditque viro suo qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum: cumque cognouissent, se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* Cur folia ficus aspera vtique, & non mollia homines consuerunt? Quia pœnitentiæ affectu ducebantur, decet autem pœnitentes operum asperitas. Vnde non ad mollia opercula arripienda properant, sed cilicium. Irenæus lib. 2. adu. hæres. Cap. 37. *Per succinctorium, quod sibi Adamus circumdedit, ipso facto ostendit suam pœnitentiam foliis ficulneis semetipsum contegens, existentibus & aliis foliis multis, quæ minus corpus eius vexare potuissent.* Pœnitudinem quidem non apparentia decet asperitatis, sed ipsum opus vexationis decet.

Primi parentes vere quidem dolent de crimine, ad foliorum cilicia confugerunt. Gen. 3. Iren.

30\. Proclamabat Ioannes, *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Matth. 7. Cur non dixit folia, sed *fructus*? Quia fictam pœnitentiam dixerim, quæ opera non exponens, folia solum verborum ostentat. Audiendus Apostolus, *Propter vnam escam Esau vendidit primogenita sua: scitote enim, quoniam postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est. Non enim inuenit pœnitentiæ locum, quamuis cum lacrymis inquisisset eam.* Heb. 12. Profectò cum Esau seductum se à Iacobo vidisset *irrugiit clamore magno.* Gen. 27. *Non autem inuenit pœnitentiæ locum, quamuis cum lacrymis inquisisset eam.* Quare precor, si *Deus non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat*? Certè quia Esau non protulit pœnitentiæ fructus, sed folia verborum ostentauit. Pulchrè D. Ephrem. hom. de pœnit. *Intus erat radix amaritudinis: at folia, id est, verba in ore. Occupabat autem malitia mentem, & per solam linguam voluit benedictionem lucrari.* Facite ergo pœnitentiæ fructus

Reprobantur, qui pœnitentiæ fructum non proferunt, contenti verborum foliis. Mat. 7. Hebr. 12. Gen. 27. Ephrem.

31\. Post Nathani Prophetæ correptionem *dixit David, Peccaui Domino: Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* 2. Reg. 12. si fructus pœnitentiæ requiruntur, nec folia verborum à Domino æstimantur, cur Dauide verborum solummodò folia proferente, tantum flagitium ablatum est? Porrò verbum illud: *Peccaui Domino,* plura opera & humilitatis, & asperitatis connotauit. Bellè Saluianus lib. 2. de Gubernat. *Agnoscit igitur David reus culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, pœnitet: gemmas Regias abdicat, crepitantia auro textili indumenta deponit, purpura exuitur, diademate exhonoratur, cultu, & corde mutatur: totum Regem cum ornatibus suis abiicit, pœnitentem cum præconio ambitiosi squaloris assumit.* Vndenam ô Doctor, colligis vniuersa hæc à Dauide perfecta fuisse? profectò quia verè pœnitens proclamauit, Peccaui Domino: consequenter autem debebat pœnitentiæ fructus exponere. Ideo audiens Diuus Dauidem inclamitantem *Peccaui Domino,* mox adiecit, *Agnoscit reus culpam humiliatur,* &c.

Dauidis pœnitentiam fructus asperitatis, & humilitatis comitati sunt. 2. Reg. 12. Saluian.

32\. Petrus post trinam negationem à Domino aspicitur, & conuertitur. *Egressus autem foras, fleuit amare.* Mat. 26. Si iam se pœnitudine abluerat, quarè studet lacrymas profundere amaras? Quia vere pœnitens quasi consequentiæ vi pœnitentiæ properauit ad fructus. D. Ephrem. ser. Alcet. *Si faciem, seu animam tuam ô pœnitens lauare desideras: lacrymis eam abluito, & suspiriis, ac fletibus eam lauato, vt in conspectu Dei, & sanctorum Angelorum eius cum gloria, & claritate resplendeat.* Si pœnitens iam anima abluitur, cur profundere lacrymas studebit? An consequentiæ vi pœnitens debet fructus pœnitudinis germinare. Ita planè

Post pœnitentiam Petrus ad amaritudinis operum se confert. Matth. 26. Ephrem.

Observatio V.

Ad illa verba:

Nè videaris hominibus ieiunans; sed Patri tuo.

Dei seruus cum ieiunat, aut quodlibet opus virtutis gerit, non hominibus, sed Deo soli placere satagit: ideo ad abdita fugit.

Edocemur, opera iustitiæ occultare, vt soli Deo obsequentes, à Deo, qui videt in abscondito muneremur.

Hominum oculi, quibus plerumque homines placere satagunt, assolent præcelsa virtutis opera deturpare: ideo Dominus monet ne ieiunia hominum exponamus aspectui, Quam prudens, qui rectè operaturus fugitat in absconditum. 33.

Ait Dominus, *Attendite, nè iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis, apud Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Mat. 6. Vbi D. Isidorus Pelus. lib. 3. Epist. 34. *Ad seruile turpium, ac sordidorum affectuum iugum propellendum, adiumentum, & præsidium in gloria Dei occulti desiderio positum habebant.* Nam si studeamus oculis hominum visibilium recta opera exponere, sordidorum affectuum iugo premimur. Nihil enim molestius, quam hominum oculis placere procurare. A quo quidem iugo liberabimur, dum studemus soli Deo in occulto placere. 34.

Qui oculis hominū opera exponit, affectuum sordidorum iugo subit. Matth. 6. Isidor. Pelus.

Dauid appositè, *Et gloriabuntur in te, qui diligunt nomen tuum.* Psal. 5. Quonammodo, precor? Certè ad occulta properando, vt oculos hominum fugere valeant, Deoque soli obsequium præsentent. Exponit sic carmen Chrysostomus, *In Deo autem gloriari & in ipsum est ornatus omnium maximus, & splendor, qui innumerabilia superat diademata: si sic captiuus & in vincula coniectus, qui gloriatur.* Cur requiritur qui in Domino gloriatur, *esse captiuum, & coniectum in vincula*? Certè vincula, & captiuitas, seu carcer hominibus visitatur à paucis, hisque electis. Ideo Dominus paucis suis electis profabitur, *In carcere eram, & venistis ad me.* Mat. 8. Exprimitur iustorum operantium solitudo, vbi abstracti ab hominum oculis, soli Deo placere contendunt. 35.

Ad carceris tenebras fugere operantes, vt soli Deo placere studeant. Psal. 5. Chrysost. Matth. 8.

In abscondito Pater nostra opera aspectat. *Et Pater tuus, (ait Dominus) qui videt in abscondito reddet tibi.* In abscondito sponsa operari 36.

Sponsa fugit ad semoq

tenebras, ac latibula, vt vigilet Deo soli. Cant. 5. Nyssen.

operari expetebat, dum profaretur. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Cant. 5. Ad somnij ipsius latebras me recepi, vt soli Domino vigilarem. Nyssenus hom. 10. in Cant. *Seipsa euasit excelsior, quæ sic magnificè gloriatur, & dicit: Ego dormio,* &c. Quid gesserit in somno virago? Profectò non aperit, quia soli Deo vigilare studet: *Et cor meum vigilat.*

37. *Dauid solummodo in occulto deserti sua opera spiritualia expenit, Deo soli placere cupiens.* 1. Reg. 18. Chrysost.

Vt ostenderet Dauid adolescens aduersum Goliath posse consurgere, profatur: *Pascebat seruus tuus gregem patris sui, & occurrebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, eruebámque de ore eorum.* 1. Reg. 18. Ad quæ Chrysostomus hom. 5. de laud. Pauli. *Dauid etiam glorians de iis gloriabatur, quæ emendare auditorem valerent. Neque enim de se aliam commendauit virtutem, sed vrsum, & leonem adduxit in medium.* Cur Dauid non expressit se Domino adeò gratum, vt iuxta eius cor confictus videretur? Quare spiritualis melodiæ exitialis diabolo non gessit mentionem? Planè quia apud deserta fuerat operatus; vt solus Deus in abscondito aspiceret, & præmium redderet laboranti.

38. *Christus ieiunaturus, & victurus diabolum, properat ad occulta; vt soli Deo litasse victorias constaret.* Matth. 4. Victor Ant.

Vt ieiunaret Dominus properat in desertum. *Ductus est à Spiritu in desertum, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus,* &c. Matth. 4. Cur tendit ad deserta? Victor. Antio. ad Mar. 1. *Quia diabolum ad pugnam prouocare, commodámque eidem inuadendi occasionem non modo per inediam, verùm per loci quoque solitudinem offerre voluit. Nam tunc demum diabolus homini præcipuè insidiari, & insultare consueuit: quando illum solitarium, & quasi seorsum ab aliis positum cernit.* Attamen aptius argumento, crediderim, ideò Dominum deserta petiisse, vt ieiunanti præscriberet Deo soli placendi studium. Ideò oculos hominum fugiens & ieiunat, & esurit, & diabolum non semel confringit. Vnde *Pater videns in abscondito* Angelos immisit mensæ ministraturos.

39. *Operantis in hominum oculis, & in occulto, differentia.* Isa. 28.

Ad hæc & operantis in hominum oculis, & in secreto accipe differentiam. *Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium: quasi temporaneum ante maturitatem autumni, quod cum aspexerit videns, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui.* Isa. 28. Preme particulam, *Quod cum aspexerit videns, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud.* Licèt sit illustrissima victoria, fructus laboris licet opimus, vbi homines vident, immaturè cogunt absumi. At Deus videns in abscondito victori gloriæ coronam impertit.

40. *An non eminentius, à Deo solo laudari tuas victorias, quam ab hominibus?* Isid. Pelus.

Si non adsint, obiicis, videntes homines, haud poterit victoria dignè celebrari. Audi Isidorum Pelus. lib. 4. epist. 178. *Si postquam aliquis athleta victoriam reportauit, non præco inferius consistens, sed superius residens ipse Rex, de solio suo consurgens, proclamet victoriam certaminis: non ne ea res ipsis coronis splendidior esse videbitur? Manifestum hoc est.* Ergo victoriæ nostræ celebrantur augustius, cum fugientes hominum oculos, ad abscondita properamus, vt qui in abscondito videt Deus nos victores acclamet.

41. *Martyr in occulto fortior, quia Deo soli placere satagebat.* Gaud.

Martyres illi celeberrimi quadraginta Tyrannum horribilem superarant: viuus relinquitur Meliton cunctis aliis extinctis, vt in solitudine consistens facilius vinceretur. D. Gaudentius orat. de Martyr. *Relinquebant, qui adhuc viuere putabatur, si fortè mutaret in pœnis ipsa solitudine voluntatem.* At miles fortissimus in abscondito pugnans validius augustiorem se præparat in coronam, quam quidem Pater videns in abscondito ei reddidit.

OBSERVATIO VI.

Ad illa verba:

Cum ieiunatis, &c.

Non dixit, *Ieiunate*. sed *Cum ieiunatis*, supponens quidem necessariò ieiunandum esse fideli.

Certè qui ad certamina est arripiendus, de ingenio humanitatis, debet sese ieiunij armamento munire.

NOn dubium, quin ieiunium sit carni molestum, quia carnem comminuit. Cur ergo non directè Dominus Discipulis præcepit, *Ieiunate*; quemadmodum parentibus primis indixit: *De ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas?* Gen. 2. Certè quia post parentum ruinam necessario nobis est ieiunandum. Ideò non præcipit, sed supponit, fatus: *Cum ieiunatis.* An non humanitati fragili agnatum dimicationi continuæ brachia exhibere? *Militia est vita hominis super terram.* Ergo necessariò ieiunij armamenta præparanda ad pugnam, ad victoriam. 42.

43. *Paratur mensa parca, & sobria aduersum hostes.* Psalm. 22. Chrysost.

Dauid miles fortissimus ad ieiunium inuitat, & victoriam. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me.* Psalm. 22. Mensa paratur ad pugnam? Ergo saturitate vincitur, non ieiunio hostis superatur. Absit. Mensa enim illa sobria, parca, ideóque victrix, vti asseruit Chrysostomus hom. 71. ad Matth. 22. Portò idem Doctor hom. 57. ad Popul. sic confirmauit. *Quis est igitur inimicus tam facilè vincens, vt prandens trophæum erigat?* Certè qui prandet de ieiunantis more sobriè, parcè. Vel si magis arrideat eorum Patrum expositio, qui de Eucharistica mensa carmen interpretantur: sola mensa Eucharistica potest aduersus hostes inuisibiles roborare, mensa materialis minimè, quia qui ieiunio vincitur hostis, saturitate superat.

Solùm cibus Eucharisticus potest aduersus hostes roborare.

44. *Paratur mensa ieiunij contra hostes inuisibiles.* Hieron.

Adhuc expendo huius mensæ mysterium. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me.* Quam mensam? Ieiunium, quod quidem esca nostra est ad victoriæ robur. Pulchrè Hieronymus ad Psalm. 108. *Annona nostra, & esca ieiunium est. Quare? Quia in ieiunio victoria est, & in victoria triumphus.* Mensa ergo ieiunij, quod nostra est esca, paratur nobis ad victoriam.

45. *Ieiunium nobis commilitan*

Et quomodo non vincet, qui ieiunio se munit, si ieiunium ipsum miles pugnaturus nobiscum

Chrysost. nobiscum adiicitur? Chrysostomus hom. 5. *Ieiunium habemus auxiliatorem, & commilitonem maximum.*

46. *Deus commilitat ieiunantibus.* 1.Reg.7. Parum est ieiunium commilitare, Deus ipse ieiunanti commilitat. Ieiunauere Hebræi pugnaturi aduersus Philisthæos, *Intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthæos, & exterruit eos, & cæsi sunt à facie Israel.* 1.Reg.7. A quonam cæsi Philisthæi? Certè ab Hebræis ieiunio munitis, & à Deo ieiunis commilitante. Tertull. Tertullianus lib. de ieiun. *Ceciderunt pasti ab impastis, armati ab inermibus. Hæ erunt vires ieiunantium Deo, Cælum*, seu Deus, *pro huiusmodi militat.* Quam quidem materialem victoriam ad spiritualem facilè transfer.

47. *Ieiunium lorica est contra animam ad certamina.* Psalm. 68. Porrò de pugna spirituali Dauid cecinit, *Operui in ieiunio animam meam.* Psalm. 68. An operuisti animam cum ieiunare intenderes, ne iustitiam faceres coram hominibus, ne videreris? Certè & operuit animam lorica ieionij, ne pateret hostium vulneribus. Ambros. Ambrosius epist. 7. *Ergo qui non ieiunat, intectus est, & nudus, & patet vulneri.* Basil. Et D. Basilius de laud. ieiun. *Ieiunium armatura est ad confligendum cum impiis spiritibus.*

48. *Dominus ipse se ieiunio muniuit ad tentamina nes ante ieiunium permisit tentatorem accedere.* Matth. 4. Vidisti Dominum ad pugnam procedentem ab spiritu adductum? *Ductus est* IESVS *ab spiritu in desertum, vt tentaretur à diabolo.* Matth. 4. An tentamina illico ineuntur? Minimè, quia prius gerens personam fidelium suorum voluit sese ieiunij armamento communire. *Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit; & accedens tentator*, &c. Cur non permisit ante perfectum ieiunium tentatorem accedere? Vt doceret suos milites sine armamento ieiunij minimè ad certamina procedere. Basil. Basilius citatus, *Dominus non prius in carne, quam assumpserat, diaboli insultus excepit, quam eam ieiunio communisset.* Quid ergo militi præstandum, ieiunare ante prælium Imperatore?

49. *Nobis fragilibus non repugnantibus, ipsum ieiunium est exercitus, & murus ad nostram protectionem.* Quid si ieiunium sit exercitus, & murus: quo protegimur, & defendimor, licet gladium pugnaturi non stringamus, nec armati procedamus ad campum? Rex plerumque non dimicat, sed ab exercitu pugnante defenditur. Murus fœminas, ac pueros protegit imbelles. Te fragilem, ac infirmum agnoscis? horres procedere ad certamen? Ieiunium tibi exercitus præsentatur, & murus. Ambrosius epist. 36. Ambros. *Castra nobis sunt nostra ieiunia, quæ nos à diabolica oppugnatione defendunt.* Inferius autem, *Murus quidam est Christiano ieiunium, inexpugnabilis diabolo, intransgressibilis inimico. Quis vnquam Christianorum ieiunauit, & captus est? Quis sobrius mansit, & victus est.* Preme verbum *Mansit.* Licèt ad bella non procedat, licet *eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere*, domi maneat, à ieiunio protegitur, ipsa sobrietate dimicante.

SECTIO SECVNDA.

Ærugo, tinea, latrones, siue Cineres.

TEXTVS.

VERS. 19. NOlite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur; & vbi fures effodiunt, & furantur. 20. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo: vbi nec ærugo, neque tinea, demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. 21. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

In terra minimè thesaurizandum est.

1. *De modis imperandi ab Interprete appositis.* NOLITE *thesaurizare.*] Cum inani adhuc gloria pugnatum, nunc cum auaritia certamen assumitur. Thesaurum non in terra, sed in cœlo recondendum Dominus edocet. Græcè, μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν, *Ne thesaurizetis vobis.* Vetus Interpres in huiusmodi imperandi modis, qui per negationem dicuntur, addere solet verbum, *Nolite*, sententiam exprimens, non verba, vt infra, *Nolite ergo solliciti esse in crastinum.*

2. *Quidnam per thesaurū intelligatur.* Hilar. Quidnam Christus per thesaurum intelligat? Non satis compertum. Hilarius humanam laudem putat intelligi, quam mercedem Dominus appellauit, *Receperunt mercedem suam*; quam qui consectantur, thesaurizant non in cœlo apud Deum, sed in terra apud homines. Maldon. Sequor Maldonatum de terrenis opibus exponentem; quod inferius illa sententia confirmatur: Non potestis Deo seruire, & mammonæ.

3. *Primò exhibet rationem, cur thesaurus nō sit in terra recōdendus, sed in cœlo.* *Vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur.*] Porrò thesaurum in terra minimè recondendum, rationibus Dominus persuadet. Prima est. Thesaurus in loco nullis exposito periculis est reponendus, terra autem locus est multis periculis expositus, ærugo enim, & tinea thesaurum in terra conditum demolitur, fures effodiunt, & furantur. Profectò in cœlo nullum adest periculum, nec enim ærugo, & tinea, nec fures eò possunt attingere. Ergo non in terra, sed in cœlo thesaurus recondendus est, vbi erit æternus. Ærugo pecuniam, tinea vestes corrodit, fures illa diripiunt, quibus neque ærugo nocet, nec tinea, aurum scilicet, ac gemmas. Similis locus apud Lucam, *Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam; facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlo, quo fur non appropiat, nec tinea corrumpit.* cap. 11. Luc. 12. Nolite ergo, (vtrobique profatur,) argenti, *De eleemo-*

auri que

De eleemosyna transferente ad cœlos thesaurum.

auriqne thesaurum in terra seponere, sed per eleemosynam ad superos transmittite. Ad hæc Tobias, *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum impertiri stude. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis.* Cap. 4. Et Raphaël, *Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna magis quam thesauros auri recondere.* Tob. 12. Paulus autem, *Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum; sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum. Bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant vitam æternam.* 1. Timoth. 6. Sic D. Thomas exposuit, *Thesaurus spiritualis est congregatio meritorum, quæ sunt fundamentum futuri ædificij, quod nobis præparatur in cœlo. Quia tota præparatio futuræ gloriæ est per merita, quæ acquirimus per gratiam.* Qui ergò eleemosynam exhibet, seliquaque recta opera exponit thesaurizat in cœlo, stabileque cœlestis glosiæ præparat fundamentum.

Tob 4. — Tob. 12. — 1. Tim 6. — *Cuncta bona opera thesaurum constant.* — Thom.

4\. *Altera ratio*

Vbi enim thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.] En non vulgare prouerbium sumptum de medio, vt Maldonatus ait, sed alteram rationem, cur non in terra, sed in cœlo sit thesaurus reponendus. Thesaurus (ac si diceret) cor sequitur, si ergo in terra thesaurum recondis, cur terra simul obruetur. An non admodum turpe, hominem natum superis, viuum in terra sepeliri? Apud superos ergo thesaurus est reponendus vt ad se cor aduocet, & adducat. Hieronymus, *Hoc verò non solum de pecunia, sed & de cunctis passionibus sentiendum est. Gulosi Deus venter est; ibi ergo habet cor, vbi est thesaurus. Luxuriosi thesaurus epula sunt, lasciui ludicra, amatoris libido; huic seruit vnusquisque, quo vincitur.*

exponitur, cur thesaurus in cœlo sit apponendus. — Hieron.

Profectò cordis puritati consulit Dominus, quæquidem in terra minime potest conseruari. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Matth. 5. Ad cordis enim munditiem requiritur cœlestis habitatio, vbi Deus aspicitur. Augustinus lib. 2. de serm. Dom. cap. 25. *Quomodo erit mundum cor, quod in terra volutatur? Si autem in cœlo erit, mundum erit, quia munda sunt quæcumque cœlestia. Sordescit enim aliquid, cum inferiori miscetur naturæ.* Mystica autem æruginis, tineæ, ac latronum expositio Panegyrico materiam exhibebit. 5.

Cōsulit Dominus cordis puritati, quæ in terra cōparari non potest — Matth 5. — August.

I N

IESVM CONCIONANTEM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS

CIRCA LITERAM,

EX ÆRVGINE, TINEA, LATRONIBVS, SEV CINERIBVS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Nolite thesaurizare vobis in terra, &c.

Non thesaurizabit in terra, quod ex epulo ieiunans detrahit, qui cuncta transitoria contempletur.

Mortis enim memoria nos efficit ergà proximos subleuandos, admodum munificos.

6\. NOLITE (ait Dominus) *thesaurizare vobis in terra*, id est, in rebus transitoriis. Paschasius, *Terra hoc loco ponitur pro transitoriis.* Ad ieiunium Christus Discipulos allexerat, *Cum ieiunatis*; addens autem, *Nolite thesaurizare*, ad ieiunij allicit perfectionem, eleemosynam edocens; tunc enim perfectè ieiunamus, cum id, quod ex cibo detrahimus corpori, pauperi erogamus. At facilè id præstat, qui terena cuncta aspicit transitoria. Vnde apposite Ecclesia cum in ieiunij capite curat Christicolas ad ieiunij perfectionem allicere, mortis memoriam cinerum ceremonia exponit, *Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.*

Paschas.

Ex D. Paschasio expositionem confirmarim, *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Haret hac sententia circumstantialiter, vbi ait, Cum ieiunatis, &c. Et ne videaris hominibus ieiunans. Quia qui ieiunat, reseruando, quod non ederit, in terris sibi thesaurizat. Terra autem hoc loco ponitur pro transitoriis.* Docet itaque Dominus minimè reseruandum, quod ieiunans non edit, sed porrigendum pauperi; id quod facile præstat, qui in terra hoc est, in transitoriis se thesaurizare attenderit. Memoria igitur mortis ieiunantes cogit ad tribuendum inopi, quod ex cibo ieiunaturus subtrahit. 7.

Facilè dat pauperi, quod non edit, qui terrena aspexerit esse transitoria. — Paschas.

Non dubium, quin in deserto mensa Israëlitica ieiunantium mensæ expresserit parcitatem. Tanta enim à carnibus abstinentia quid aliud portendit? *Colligat* (inquit Deus) *vnusquisque ex eo quantum sufficiat ad vescendum, gomor, &c.* Exod. 16. Cur prohibet lex cibum in diem crastinam asseruari? Certè vt sibi persuadeant ieiunantes Hebræi alterum eis non suppetere diem, vnde non reseruent quod non ederint; sed proximo pauperi succurrant. Pulchrè D. Paschasius libro 4. in Matth. *Gradienti per desertum* 8.

Ieiunantes Hebræi præbent pauperibus quod superat ex manna memores cinerum. — Exod. 16. — Paschas.

populo precipitur , vt singuli non amplius ad victum quotidianum , quam gomor vnum colligerent. Sic viuant , quotidie , quasi morituri. Ad crastinain diem tibi cura superflua bodie morituro. An reseruabit quod ex ieiunij parca mensa superat ? Proculdubio exhibebit egeno.

Pauper Elias faciis ab inope vidua imperrat ex arcta annona portionē, est illa mortis recordatur. 3.Reg. 17.

9. Faines illa horribilis , qua tempore Eliæ homines premebantur , arctissimi ieiunij typum gessit. Pauper Propheta fame discruciatur, ad viduæ Sarepthanæ domum accedit postulaturus. Affer mihi obsecro buccellam panis in manu tua. Quæ respondit , Viuit Dominus Deus tuus , quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria: en colligo duo ligna , vt ingrediar , & faciam illum mihi , & filio meo , vt comedamus , & moriamur. Audiens autem Propheta fœminam mortis fecisse memoriam: *Et moriamur*, opportunè sibi succurri petit. *Noli timere, sed vade, & fac sicut dixisti; verumtamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericum panem.* 3.Reg. 17. Si tam exigua annona, quonámodò mulier misera à se , ac à filio detrahet , vt pauperi Prophetæ impertiatur ? An non oporteret Eliam ei eleemosynæ agnata incrementa exponere , vt facilius alliceret ? Profectò Elias eam audiens mortis egisse memoriam , vidit facillimè adducendam fœminam ad impertiendum inopi, quod ex ieiunij stricta mensa detraheret. *Vt comedamus, & moriamur.* Mortis cinerum recordaris? *Mibi primùm fac de farinula subcinericium panem.* Quantumuis enim stricta sit ieiunantis portio, superetit quod pauperi possit impertiri , si cinerum recordetur.

Deus vngeris ad ieiunium, participes habebis portionis tua , si myrrha cinerum sis memor. Psalm.44. Paschas.

10. Dauid proclamat , *Vnxit te Deus tuus oleo lætitia pra consortibus tuis. Myrrha , & gutta, & cassia à vestimentis tuis.* Psalm. 44. Vbi idem Paschasius verba illa , *Vnxit te Deus oleo lætitia,* respicere inquit Dominicam sententiam , *Cum ieiunas , vnge caput tuum* ; oleo lætitiæ , ne sis, velut *hypocrita tristes.* Iam vero particulam, *Pra consortibus* , alij transferunt , *Pra participibus tuis.* Sint *ieiunij tui* (ac si diceret) participes egeni. Quanam vi adducar ad misericordiam ieiunij die ? *Myrrha , & gutta,* &c. Mortis cinerum recordare. Strabus , *Myrrha pro sepultura ponitur.* Nec enim quod superat ex cibo ieiunij tempore quisquam asseruabit , si sepulchri myrrham amarissimam degustarit. *O mors quem amara est memoria tua* ! Hanc myrrham degustare stude , annonæ tuæ multos participes annumerabis.

Strab.

Memor Ioseph ieiunādo cineris , non potuit pauperibus fratribus abnegare frumentum. Gen 42.

11. Quam strictum ieiunium orbis , cum Ioseph messes Ægypti curauit asseruandas hominum subsidio! Accurrunt inopia pressi fratres, & à Protege haud benignè excipiuntur. Quonammodò Ioseph ieiunantium hominum , ac animantium dispensator ipse ieiunans alliceretur , vt arctam portionem cum inope diuidat postulante ? Audias obsecro. *Duodecim* (aiunt) *serui tui fratres sumus viri vnius , minimus cum patre nostro est , alius non est super.* Genes. 42. Non est super Ioseph ? Mortuus est ? (inquit Protex) Sacculi tritico repleantur. *Iussit ministris , vt implerent eorum saccos tritico.* Quomodo enim poterat abnegare egenis , quod ex arcta ieiunij portione supererat , si audiens verba illa : *Et alius non est super* , cineris recordatus est ? Aptè Philo , *Hac de se ipso*

Philo.

loquentes audiens tanquam de mortuo , quid animi habere potuit , vt vacuos dimitteret egentes ?

Observatio II.

Ad illa verba:

Vbi ærugo , & tinea demolitur.

Æruginis , ac tineæ , id est , Cinerum aptè memoria geritur , cum ieiunium indicitur.

Facilis namque ieiunij molestia ei , qui cinerum recordatur.

Dominus ieiunij difficile opus cur non seuerè præcipit, sed quasi per transēnam innuit, *Cum ieiunatis.* Cur non districtius iubet, quod oportet districtè asseruari ? Crediderim quia loco iussionis addidit , *Nolite thesaurizare in terra , vbi ærugo & tinea demolitur* ? Brixianus Æruginem mortis esse symbolum innuit. Si memoriam Dominus æruginis , ac tineæ seu cinerum obiicit , necessum non est præcipere ieiunium. Nec enim audebit ieiunium soluere ille , cuius aspectui cineres præsentantur. Hinc commendo Ecclesiæ ceremoniam , in ieiunij capite, Cinere capita aspergentis , vt memoria mortis, facilis ieiunij reddatur asperitas. Antecedentis loco ponit Ecclesia, *Memento homo, quia puluis es.* Consequentia autem necessaria ieiunij perfectio , *Cum ieiunatis* , &c. 12.

Ecclesia ceremonia cinerum commendatur.

Iezabelem fugit Elias , sub vmbra iuniperi 13.
velut in sepulchro requiescit, petens *anima sua, vt moreretur.* Dormiuit in vmbra iuniperi , *Et ecce Angelus Domini tetigit eum , & dixit illi: Surge , & comede. Respexit , & ecce ad caput suum subcineritius panis , & vas aqua.* 3.Reg.19. Panis subcineritius datur Eliæ fame presso? An non qui in monte carnes dederat ministerio corui , potuisset Angeli ministerio cibos dulciores exhibere ? Ex mente Stephani panis datur Eliæ, vt stricti ieiunij panis & aquæ detur norma Christicolis. Cur autem panis subcineritius ? *Hic est* (inquit ille) *panis subcineritius, nostra mortalitatis memoria.* Quam pulchrè in pane & stricti ieiunij norma innuitur, & simul mortalitatis nostræ memoria præsentatur , vt ipsa in asperitate ieiunij leuamen habeamus. Quis enim cinerum memor , insipidum die ieiunij panem poterit experiri.

Elias mortis memoria, necessitate consequentia strictam inediam tolerauit. 3 Reg. 19.

Steph. apud Tilm.

Vtinam saperent , & intelligerent , ac nouissima prouiderent. Deut. 32. Quid prouidendum Christianis ? Si sapiunt , si intelligunt nouissimorum antecedens , de consequentia illicò agent. Sum moriturus ? Ergo prouidebo vt Ioseph ad cibum *panem arctum , & aquam breuem.* O quam sine molestia pane & aqua vtitur ieiunij die , qui se moriturum recordatur ! Bellè Augustinus in spec. peccat. *Vult Deus , vt feras vitam præsentem fugitiuam, in breui perituram : quod terra es , & in terram ibis.* En sapienti antecedens , consequentiam attende , *Ergo intelligas quantum sit* 14.

Panē solum tuo stomaco præparabis si nouissima recordetis. Deut.

August.

exitus

exitus flebilis, & prouide sicut Ioseph, despectis carnis illecebris, prostratis voluptatibus, contemptis delicijs. Preme illud: *Prouide sicut Ioseph.* Quonammodò Ioseph prouidit? Solummodo panem præparauit mediæ, non ad delicias volucres, ac animantia vti in arca recondidit. Puluis sum? Ergo facilè stricti ieiunij iura seruabo.

15.
Quam stulto inferût impij, Moriemur cras, ergo comedamus.
Augu.
Consequentiam suæ stultitiæ agnatam impij illi expresserunt. *Dixerunt impij, Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.* Quam stultum enthymema, *Cras moriemur? Igitur comedamus, & bibamus.* Refellit acriter sapientissimus Augustinus insipientissimorum argumentum ad Psalm.70. serm.8. *Quid ais? repete. Manducemus, & bibamus. Quid dixisti? Quodnam* fuit antecedens, *Cras moriemur. Audi contra à me, Imo si cras moriemur, ieiunemus.* Ex illo antecedenti Dialecticus eximius huiusmodi consequentiam elicit. Quam insipiens, qui memor mortis, ieiunij fugit asperitatem!

16.
Adam quia puluis est, pane vescitur sobrio: alius cultor.
Gen.3.
Rupert.
Arguit Deus Adamum, qui præceptum fregerat abstinentiæ debere eum necessitate consequentiæ compulsum ieiunare. *Vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es; quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Gen.3. Pane vesceris, quia puluis es: Rupertus innuit Deum quasi consequentiæ vi Adamum voluisse ad arctum panis ieiunium adducere. *Voluit Deus hominem abstare, mortalem esse, vt in laboribus pane vescatur.* Quam dulcis panis ei, qui cineris recordatione absumit!

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Vbi ærugo, & tinea demolitur.

Metallorum fortissimorum mors est ærugo, æruginì subiacet fortitudo.

Docemur, mortem superbiæ, nostræ supercilia deprimere.

17.
Brixian.
EX Brixiano, ærugo est metallorum mors, quæ quidem ipsa licet fortissima paulatim adducit ad cineres. Nabuchodonosoris statua è tot metallis exædificata superbiæ extitit documentum. An ærugo audet infirmare metalla? Profectò luteum statuæ fundamen metallorum ærugo est; auri, argenti, æris, & ferri est facilè exitium.

18.
Memoria mortis humilitatis schola.
Chrysost.
Celebris antiquorum consuetudo, qui antè portas Ciuitatis sepulturas statuebant velut scholas, quibus ambitiosi honores temnere docerentur. Chrysostomus serm. de fide, & lege nat. *Vt contendens intrare in Ciuitatem, quæ imperat, & floret diuitijs, & potentia, aliisque dignitatibus: priusquam videat, quod secum concipit, videat primum quod sit. Ante portas sunt sepulchra, vbique antè oculos est nostra humilitatis schola.* Et quis non deprimat supercilium, quid sit, manifestè in cinerum ossibus conspiciens?

Abraham Conditori irato profatur, *Loquar ad Dominum meum cum sim puluis, & cinis.* Gen.18. An timebat Patriarcha Deum suis precibus irritare? Minimè, quia sciebat, cor humiliatum Numini placere. Sic Dauid, *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.* Psalm.50. Vndenam autem Abraham dignoscit cor humiliatum Domino pondere: Certè quia se puluerem, ac cinerem agnoscebat. Nec enim potest vigere superbia, vbi mortis memoria geritur. 19.
Abraham se puluerem agnoscens, cor exhibet humiliatû.
Gen 18.
Psalm 50.

Hypocritas inanis gloriæ amatores Dominus taxauit acriter, cum profatus: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.* Matth.6. D. Hilarius, & alij pro *exterminant*, legunt, Corrumpunt, de medio tollunt, in speciem cadaueris deformant. Et adhuc vanitatis studio distrahuntur? O impijssimi peccatores! Quid magis iniquum, quam in mortis speciei conspectu non illicò humiliari, sed potius gloriam hominum requirere? 20.
Quam impij Iudæi, qui cera facie ìlla laure gloriam inanem expectabant!
Matth.6.
Hilar.

Cum Dominus vellet Lazarum suscitare, Doctor humilitatis, *turbauit se ipsum.* Ioan.11. Vbi D. Anselmus, *Ad ignorantiam humanam Deitas velanda reuocatur. Sic turbatur fons, cum excitatus limus puritatem liquidi densat elementi.* Preme particulam, *Ad ignorantiam humanam Deitas velanda reuocatur.* Quonammodò Deitas se ignorare profiteri videtur. *Vbi posuistis eum?* Certè in cadaueris conspectu Dei filius humilitate augustissima prætendit ignorantiam. *Sic turbatur fons.* Et quænam claritas non hebetari videatur excitato cinerum limo? 21.
Christus Dei Filius quodammodò ignorat circà sepulchro Lazari, vt litet memoria cinerum illud humilitatis obsequium.
Ioan.11.
Anselm.

Vna ac altera arbor Deo planè inuisæ. Nabuchodonosoris lignum pulchrum admodum securi committitur. *Succidite arborem, & præcidite ramos eius.* Dan.4. Ficulnea autem infructifera succisioni traditur. *Succidite illam, vt quid terram occupat?* Luc.13. Profectò arboris vtriusque piacula sapiebant superbiam, aut vanitatem. Ficulnea fatua frondibus ornabatur vacua fructu. Nabuchodonosoris autem arbor super cuncta ligna Syluarum caput efferre satagebat Deitatis affectatrix. Porrò Dominus lignum hoc succidit, ficulneæ pepercit. Quare non vtrumque lignum exciditur? Nabuchodonosoris arbor incorrigibilis ostentatrix, quia postquam luteum ei truncum expressit, humiliata non est. At ficulneæ Christus correctionem expectat, dum stercus immitti permittit. *Domine* (inquit agricola) *dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam illam, & mittam stercora.* Ambrosius iuxtà pedes ficulneæ fatuæ fodiam sepulchri imaginem, foueam scilicet, si fortè mortis memoria ableget vanitatem foliorum fructibus expositis. D. Thomas, *Igitur nec nos feriamus subitò, nec secemus ficulneam potentem adhuc fructum facere.* Haud ferit, haud secat Ecclesia; sed cineribus immissis, sepulchri aperta fouea expectat fructus humilitatis. 22.
Arbor Nabuchodonosoris succiditur, quam mortis memoria non correxit, secus humiliauit: secum fatua ficulnea.
Dan.4.
Luc.13.
Thom.

Abel pulcher moritur adolescens fratris inuidia. Peccati quidem fructus, mors. Cur non prius moritur auctor transgressionis Adamus? Quarè non prior senior abscedit: Certè quia superbus Adam à benignissimo Medico erat prius 23.
Deus superbû curauit Adamum Abelis cineribus.
Gen 3.
Gen.4.

curandus. Iam verbis eum mortalem expresserat, *Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* At quia oportebat verbis cinerem ipsum copulari adiecit Abelis mortem oculis parentis obiectam. Pulchrè Chrysostomus hom. 11. *Postquam homo Deus fieri sperauit, & maiorem propria dignitate concepit opinionem; tunc profectò, tunc & per ipsa opera Deus ipsum erudit corruptibilem, improbam pestilentiam superbiam prohibens. Et considera Dei prudentiam, non ipsum primum mori permisit, sed hoc eius filium pati, vt antè oculos tabescens filij corpus intuitus magnam ex hoc aspectu philosophiæ disciplinam caperet.* Sic Doctor. Chrysost.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Nolite thesaurizare vobis thesauros vbi ærugo, &c.

In ærugine, in tinea, in latronibus, seu in memoria Cinerum, Deus homini exhibuit aduersus omnes hostes inuisibiles armamentum.

Vndique si hostibus agitaris, cur memoria mortis gladium non stringis?

24. Anton. Ghisland. CLausulam hanc, *Vbi ærugo, aut tinea demolitur, & vbi fures effodiunt*, sic Antonius Ghislandus venerabilis transtulit: *Non thesaurizabitis peccata in terra, quia puluis est aduersùm peccata arma, & medicamentum; ideo hodie canit Ecclesia, Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Haud peccati potentia viget, vbi puluis auolat. Puluis auolans apum assolet certamina dissoluere, Cineris memoria hostes spirituales hominis abigit.

25. *Aduersus Madianitas vitiorum fractæ corporum lagenæ armamentum.* Iudic. 7. Gedeon sic suos milites obarmauit. *Dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenarum.* Iudic. 7. Personantibus tubis, fractis lagenis, succensisque lampadibus exercitum, Madianitarum superauere. O quam validum armamentum ad spirituales hostes animæ fractæ corporum nostrorum lagenæ fictiles! Audi sapientissimum veréque Iesuitam Barradium nostrum tom. 2. lib. 7. cap. 25. *Gedeonis arripe arma, Christiane, quem vndique circunstant hostes. Perstrepat in auribus tuis Iudicij extremi stupenda illa tuba, tartareis æternisque flammis accensa in mente ardeant lampades: fracta corporis lagena antè oculos proponatur. Non Gedeone, sed Christo Duce, vinces.* Barrad.

26. *Samsō mortui animātu osse prostranis hoste ifis, id est dæmones.* Iudic. 15. Fortissimus Samson mortui animantis osse vsus pro telo mille comminuit Philisthæos. Ligatus Samson duobus nouis funibus ducitur. *Qui cum venisset ad locum Maxillæ, & Philisthiim vociferantes occurrissent ei, irruit Spiritus Domini in eum, & sicut solent ad odorem ignis ligna consumi, ita vincula, quibus ligatus erat, dissipata sunt, & soluta. Inuentamque maxillam, id est, mandibulam asini, quæ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros.* Iudic. 15. An mortuorum ossa tela? An mortis memoria vulnerat hostes? Barradius ad hæc, *Mortuorum ossa tela sunt, percutient hostes, atque fugabunt, si valida memoria, meditationeque vibrentur.* Barrad.

27. *Hostem terra pugnantē terra vincere procura.* Habac. 1. Hieron. Terra pugnat hostis, repugnat terra sapiens miles. *Comportabit aggerē & capiet eam.* Habac. 1. Nabuchodonosor aggere capiet munitionem. Hebraicè pro *Comportabit aggerem* legitur, *Comportabit puluerem.* Hieronymus, *Veniet Tyrum Nabuchodonosor, & iacto in mari aggere peninsulam facies de Insula, & introitum inter fluctus maris in Vrbem terra præbebit.* Diabolus animum terrenarum rerum cupiditate obiecta capere intentat? Facito (ei gerens morem) aduersus aggerem rerum terrenarum cineris aggerem. Tartareus Nabuchodonosor animū non capiet.

28. *Perdicē imitemur gleba illudentem aucupei.* Plin. Dan 2. Isidor. Gregor. Plinius inquit lib. 10. cap. 33. *Perdix in pauore resupina in sulco, gleba terræ pedibus apprehensa se operit.* A volucre edisce animum defendere. Si tartareum aucupem curas illudere, sepulchrali te protege terra, non pedibus sed mentis meditatione apprehensa. Nabuchodonosor etenim, quia non in capite aureo, sed in pedibus fictilibus glebam habebat, fragili lapidis vulnere corruit Dan 4. D. Isidorus lib. 3. de sum. Bono cap. 66. *Debet vnusquisque semper terminum vitæ suæ considerare. Vt de contemplatione illius, animus se semper ad alta sustollat* (aquilæ in morem) *& huius seculi blanditias* (aucupis iactus) *cum timore caueat.* Gregorius ad cap. 7. Iob. *Qui considerat, qualis erit in morte, nihil, quod transeat, appetit, cunctis desiderijs vitæ præteritæ contradicit.*

29. *Gladius contra hostes est mortis memoria.* Matth. 16. Chrysost. Proclamat Dominus, *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium.* Et quinam gladius hominibus datus, vt possint hostes inuisibiles vulnerare, nisi mortis memoria? *Qui non accipit Crucem suam, & sequitur me non est me dignus.* Matth. 16. Dux noster Christus, quem milites sequimur Cruce pro gladio vtentes. Quænam Crux, quinam gladius hic? Crediderim mortis memoriam validam vtique cunctos animi hostes superare. Chrysostomus hom. 5. ad Popul. *Hoc dicebat, non vt lignum super humeros feramus, sed vt mortem semper antè oculos habeamus.*

Observat. V.

Ad illa verba:

Vbi ærugo, & tinea demolitur, &c.

Mortis memoria ad abluendam conscientiæ faciem obiicitur.

Quia cinerum memor & se ab iniquitate expedit, & virtuti præstat obsequium.

30. *Conscientiæ facies est abluenda.* Brixian. POstquam Dominus ieiunantibus faciei munditiam indixit, *Faciem tuam laua*, appositè, ex Brixiano, mortis, aut cinerum expressit memoriam; quia cineres agnatum abluendæ

Bernard. abluendæ conſcientiæ lauacrum eſt. Bernardus ſerm. 1. in cap. Ieiun. *Hominis interna facies conſcientia eſt*, quam abluere iubet Dominus, *Vnge* Imperf. *caput tuum, & faciem tuam laua.* Imperfectus hom. 15. *Facies ſpiritualis animæ eſt conſcientia eius.* Addit autem, *Sicut in conſpectu hominum gratioſa facies pulchra facta eſt; ſic in oculis Dei ſpecioſa eſt conſcientia munda.* An non fœminæ cineribus aſſolent fucatam licet pulchritudinem oſtentare? Mihi credite facies animæ cineribus appoſitis comparari ſolet.

31. *Abluit ſe Saul mortis memoria, ſeu Rachelis puluere à ſeruitute.* 1. Reg. 10.

Saül ruſticitati addictus dubitabat, num à Domino verè inunctus eſſet in Principem, facie conſcientiæ verè in conſpectu Domini munda. Cui Samoël, *Et hoc tibi ſignum, quia vnxit te Deus in Principem. Cum abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta ſepulchrum Rachel.* 1. Reg. 10. Vis agnoſcere te non adhuc ſeruire, ſed Principatu eſſe donatum? Accede ad Rachelis ſepulchrum. Oblata eſt ergo Sauli Rachel ſepulta, ac in cineres redacta, & Saulis interna facies ſic mortis memoria mundatur, ſic cineribus pulchreſcit, vt nullum priſtinæ ſeruitutis veſtigium relinquatur.

32. *[illegible] Iacob [illegible] ex venuſtis Rachelis aſpectu.* Gen. 29.

Iuxta fontem olim Iacob commorabatur, *Et ecce Rachel veniebat cum ouibus patris ſui. Quam cum vidiſſet Iacob, amouit lapidem, quo puteus claudebatur, & adaquato grege, oſculatus eſt eam.* Gen. 29. Viuens Rachel Iacobum ad ſeruitutem diuturnam attraxit. Quatuordecim ſeruitutis annos pulchritudo Rachelis induxit. At eiuſdem cineres efficiunt à conſcientia myſticam ſeruitutem ablegari: *Et hoc tibi ſignum, quia vnxit te Deus in Principem.*

33. *Deformes Iudæorū facies, quia ſepulchrum non videbant.* 2. Cor. 3. Deut. 34.

O quam deformes Iudæorum facies, quam fœda conſcientia? Quare, precor? Audi Paulum, *Vſque in hodiernum diem, cum legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum.* 2. Cor. 3. Ex mente Drogonis, velamen poſitum in conſcientia ne fœditas horribilis appareat. Vndenam fœditas tanta? Moyſes ſeparatus à populo, aſcendit in montem Nebo, vt promiſſam terram contemplaretur, qua viſa. *Mortuus eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab, iubente Domino, & non cognouit homo ſepulchrum eius vſque in præſentem diem.* Deut. 34. Quid mirum Iudæos tanta fœditate fœdari circa Moyſis dogmata, ſi non datum eſt eis (ex iuſto iudicio Conditoris) Moyſis cineres aſpectare, quibus vel mens conſcientiæ deformis deberet ablegari. Drogo. Ait Drogo lib. de Sacr. Paſſ. *Propterea vſque hodie dum legitur Moyſes, velatam habent faciem, quia ab homine mortali ſepulchrum eius non inuenitur.*

34. *Facies Ezechiæ continua puluerum immiſſione pulchreſcit.* Iſai. 38. Cyrill.

Ezechiæ ægrotanti, ac flenti vitæ certus terminus à Deo eſt præfixus. *Ego adiiciam ſuper dies tuos quindecim annos.* Iſai. 38. Cur Ezechiæ vitæ terminus explicatur? Crediderim, ne conſcientiæ facies defœdaretur crimine vllo; ſed continua cinerum immiſſione ſine intermiſſione pulchreſceret. Apte Cyrillus Alex. ad Iſai. *Terminos vitæ adiecta deſignat, vt finem intuens, & ſe protſus, penituſque moriturum ſentiens; morbum ſuperbiæ non ſinat in animi pulchri iam faciem intromitti.*

35. *Vn aut Herodes, eū qui mortuū tantam pulchritudinem expuebat, traxiſſe à cineribus.* Marc 6. Matth. 14.

De IESV virtutibus Herodes multa audierat, multa de miraculorum fama exceperat. Miratus igitur ait; *Quem ego decollaui Ioannem, hic a mortuis ſurrexit.* Marc. 6. Expreſſius Matthæus, *Audiuit Herodes Tetrarcha famam IESV, & ait, pueris ſuis: Hic eſt Ioannes Baptiſta, ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo.* Cap. 14. Preme particulam, *Ideo.* Quia mortuus reſurrexit, virtutibus tantis illuſtratur? Profectò hæc cinerum vis animo miram addere pulchritudinem, nam qui ſe mortuum videt, ſeu contemplatur, pulchritudinis miraculum obiicitur. *Las cenizas* (liceat vti materna lingua) *hacen milagros.* Damaſcenus orat. de Transfig. *Nam quia tantam miraculorum, & virtutum abyſſum perſpiciebant, vnum aliquem ex veteribus Prophetis eſſe ſuſpicabantur, qui à morte ad vitam rediiſſet; atque hinc effici, vt tantam animi pulchritudinem conſequeretur.* Damaſc.

36. *Volucres imitare, quæ cinere pulchritudinē comparant.* Columel. Heracl.

Paratum eſſe iubet Columella lib. 8. cap. 4. auibus puluerem, & cinerem, quo valeant plumas emundare. *Siccus puluis, & cinis vbicumque tectum porticus, vel tectum protegit, iuxta parietes reponendus eſt. Et vaſis, quo aues ſe perfundant. Nam his rebus plumas, pinnaſque emundant, ſi modo credimus Epheſio Heraclito. Qui ait, ſues cœno, cortales aues puluere, vel cinere lauari.* Si abluuntur volucres cinere, quid non Chriſticolæ aquilæ Regiæ pulli ſepulchralibus pulueribus abluantur.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Vbi ærugo & tinea demolitur; & vbi latrones effodiunt, atque furantur.

Aptè memoria mortis ſub latronis appellatione inducitur.

Latronis inſidiæ nunquam non timendæ, mortis memoria à mente nunquam ableganda.

37. Heracl.

MOrtis memoriam Dominus ideo aduentu latronis comparauit, quia (vt aiebat Heraclitus) *Latro ſemper timendus, quia ſemper dormienti parat inſidias.* Semper timenda eſt mors, quia inſidias præparat dormienti. Teſtor diuitem ſomniantem ſe in annos plurimos rem accipere frumentariam, cui vigil inclamat, *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te.* Cur exiſtimas Eccleſiam annis ſingulis proclamare, *Memento homo, quia puluis es.* Profectò, quia facilè à memoria hominis mortis pulueres auolant.

38. *Oleo, non aqua temperanda cineres memoria mortis, vt ſit permanens.* Matth. 6.

Ex primo noſtri Matthæi teſtimonium. *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.* Cap 6. Cur faciem lauare, caput autem inungere iubet, ſi facies ſolita oleo deliniri? *Vt exhilaret faciem in oleo.* Profectò Eccleſia Mater aſſolet Chriſticolis in capite cineres apponere. Facies ergo abluatur, caput autem cineribus aſperſum oleo, inungendum, vt cineribus admixtum non excidant pulueres, ſed perpetuò in capite conſeruentur. Igitur non facies abluenda aqua pulueres excipit, ſed caput oleo inungendum. Quare precor? Liceat vulgariter exponere: *Para que la memoria de la*

muerte no esle en nos otros al temple, sino al olio. Multi, speciatim fœminæ è contra faciem inungunt, vbi non sunt memoriæ mortis cineres: & caput abluunt, vt mortis memoria citò diffluat cum ablutionis vnda.

39. Nabuchodonosor statuam vidit è diuersis metallis ædificatam, caput quidem aureum, brachia ac pectus argenteum, venter æreus, crura ferrea, pedes autem è ferro ac luto. Dan. 2. Lutum quidem humanæ imago fragilitatis, vt superi clamarent, *Memento, homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris*, lapillo cadente è vertice montis. Porrò cap. 3. illicò apponitur. *Nabuchodonosor Rex fecit statuam auream.* Cur ô Princeps non te expressisti ea parte fictilem, sicut Dominus ostentarat? Respondet Strabus, *Hac fuit veritatis praceps obliuio.* Citò deperiit mortis memoria, quia cineres haud oleo temperantur, sed aqua: *No estaba al olio.*

Aqua, non oleo Nabuchodonosor temperauerat puluerem, tam citò obliuiscitur mortalitatis.
Dan. 2.
Dan. 3.
Strab.

40. Pharisæi Domino, *Si licet dari libellum repudij quacumque ex causa?* Dominus negatiuè respondit. At Pharisæi, *Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere.* Matth. 19. Vbi Nazianzenus, *Nunc hoc dicis Pharisæe, quod nequaquam expedit vxorem ducere. Nesciebas orbitates, mortesque intempestiuas, & inter Nuptias sepulchra?* Æternam putas futuram tibi vxorem, & ideo asseris nubere non expedire. O præcipitem mortis obliuionem. An non sciebas thalamum Nuptialem Saræ septem maritis extitisse sepulchrum? An non sciebas, Martiam ex deliquio cordis, Nuptiali die animam exsufflasse? An non sciebas Lucenam fuisse ab sponso exitialiter vulneratam ex zelotypiæ affectu? An ignorabas Iuliam ductam ad sponsum fluminis vndis periisse? Quomodo ergo inter tot sponsorum cadauera iudicas tuum coniugium futurum æternum? Proh mortis præceps obliuio.

Pharisæi aqua cineres admiscebant, non oleo, qui, tot sponsis abeuntibus exaninginum putabant diuturnum.
Matth. 19.
Nazianz.

41. Vt autem Dominus huiusmodi obliuionem ab hominibus separaret, toto in corpore, & animo cineres immisit. Chrysologus serm. 120. *Homo hominus est sepulchrum: vbi in homine non homo cernitur, sed cadauer.* Pellicula enim totum obtegens corpus mortua quidem est sine sensu, ne in se homo aliquod membrum valeat aspicere, quod non sit sepulturæ amandatum.

Vel quotidie aspectare pellis nostra sepulchro, mortis obliuiscimur.
Chrysol.

42. Quid de Spiritu? *Inspirauit Deus in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* Gen. 2. Ad quæ Tertullianus, *Posuit Deus corpus nostrum spiritus oris sui vaginam.* Anima itaque gladius est ex ore Domini in corpus veluti in vaginam immissa. Ideo ore gladium gestat Dei Filius, *Et ex ore eius gladius vtraque parte acutus.* Apoc. 1. Cur igitur animus noster gladius corporis vaginæ addictus appellatur? Exposuit Pamelius, Qui obarmatus gladio assolet incedere, quotidie lateri gladium accommodans, requirit, an facilè è vagina possit educi: Vulgariter dicimus, *Requerir la espada.* Si difficilè extrahitur, procuramus ad limam immitti, ne si vulnerandus sit hostis, è difficili extractione potius ipse vulneretur. Haud aliter Deus posuit corpus animæ gladij vaginam, vt quotidie requiramus, an possit egredi? An ad mortem pugnaturi cum hostibus simus præparati. Huiusmodi quotidianus corporis humani in pellicula, & animi in corporis vagina conditi aspectus, faciet nos mortis fouere memoriam, ne à præcipiti ablegetur obliuione.

Anima nostra gladius est in vagina, quotidie nos semel requirendus.
Gen. 2.
Tertull.
Apoc. 1.
Pamel.

OBSERVAT. VII.

Ad illa verba:

Nolite thesaurizare in terra, vbi tinea demolitur.

Tinea purpureæ vestis mors homines efficit à superbia cadere.

Flocci enim facit honores, qui cogitat, se breui moriturum.

Diuus Paschasius premens Æruginis, Tineæ, ac latronum mysterium, fatur: *Quæcumque in mundo possidemus, præteribunt. Vnde tribus istis verbis Ærugine, Tinea, latronibus omnis concupiscentia mundi condemnatur.* Ioannes, *Quidquid est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* Epist. 1. Id est, superbia, auaritia, luxuria. Omnia igitur hæc vitia in Ærugine, Tinea, ac latronibus damnantur. Superbia quidem, quia vestibus augustioribus mortis præparatur tinea. Quàm alumnus humilitatis erit, qui se meminit moriturum! 43.

Paschas.

Olim *ambulauit Enoch cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Gen. 5. Chald. *Et non ipse, quia non mori fecit eum Deus.* Deputatus erat Enoch (auctore Chrysostomo) ad Regium munus, homines rexit aliquando. *Renouare* (addit Pater) *latenter vult Deus sententiam, quam contra Adam protulit; sed manifestum hoc non facit.* Quare tam egregius Rex in orbe non relictus est manifestè, vt homines gubernaret; sed ad paradisi adyta abstractus subditos mœstos dereliquit? Crediderim, ne tam diuturni Regni honor appeteretur, sed potius despicerent homines dignitatem, quæ vel in statuto diutissimè immortalis, aut duratura diu esse non potest. Igitur non apparuit Rex Enoch, vt ab hominibus reputetur ad mortuos properasse, vt Regnum mortale eos ab amore dignitatum auertat. 44.

Mortalis honor minimè appetendus.
Gen. 5.
Chrysost.

Et quonammodo in conspectu mortis possunt honores à cordato pluris haberi. Abrahamus honorificam sepulturam aliquando appetiit. Sara mortua, ad filios Heth locutus est, *Si placet animæ vestræ, vt sepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor, vt det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui: pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulchri.* Gen. 24. Audisti ne Abrahamum in conspectu Domini proclamantem, *Loquar ad Dominum meum cum sim puluis, & cinis.* Gen. 18. Quomodo igitur qui se puluerem, ac cinerem profitebatur, in sepulchro, in cinere honorem quærebat. Mysterium planè occultum nostræ cogitationi. Miratur quidem Petrus 45.

Mirū, quòd Abrahamus se professus moriturum ambitionem sepulchri illustris habuerit.
Gen. 24.
Gen. 18.
Damian.

Damian.

Damian. serm. 36. *Etenim & illud non otiosè quæritur, cur Abraham, qui se ex parte corporis puluerem confitetur, & cinerem: tam ambitiosam sepulturæ suæ prouidentiam habuit.* De honorificentia sepulturæ agit, qui eo ipso quod sepulchrum quærit, se mortalem agnoscit? O mysterium!

46. Exclamat Propheta, *Vbi sunt Principes Gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram, qui in auibus cœli ludunt? Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt.* Baruch. 3. An appetenda Regna, quæ tot Imperatores sustinuere? *Alij* (addit) *loco eorum Surrexerunt.* Magnine æstimandus honor, qui alteri necessariò est relinquendus? D. Basilius orat. de Morte. Si vis floci pendere Regna, ac dignitates, *circumspice illos, qui ante te similibus sese splendoribus efferebant. Vbinam sunt illi, qui ciuilibus dignitatibus ornati erant? Vbi inuicti Rhetores, atque Oratores? Vbi Duces? Vbi Potestates? Vbi Tyranni? Nonne omnia puluis? Nonne fabulæ? Nonne in paucis ossibus memoria vitæ ipsorum conseruatur? Contemplare sepulchra. Vide, num possis discernere, quisnam seruus, quis dominus, quis pauper, quis locuples fuerit.* An diuturnus alicuius fuit Principatus? An non Regno agnata momentanea duratio est? Cum diabolus curauit Christum ad Regnorum appetitum adducere, *ostendit ei omnia Regna mundi in momento temporis.* Matth. 4. Cur in momento? Quia essentialiter Regnis omnibus addicta est momentanea duratio. Et appetes id, quod sepulchrum ostentat in cuna?

Facti plerique honores, qui sunt Reges, contemplantur obitus. Bar. 3.

Basil.

Matth. 4.

47. Reges, ac Principes monet Ecclesiastes, *Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit:* (Regnis, dignitatibus, &c.) *meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum. Qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita.* Cap. 11. At cap. 1. dixerat, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Barradius noster supra citatus, *Cum venerit mors, vanitatis arguentur vniuersa. Quæ viuenti solida, vera, diuturna apparent: morienti vana, inania, temporis momento permanentia videntur. O potentissimum ad arguendam mundi vanitatem mortis argumentum!* Vnde illud Gregorij ad cap. 7. Iob. *Qui considerat, qualis erit in morte, nihil, quod transeat,* honorum, Regnorum, munerum, *appetit.*

Quid non vanum in morte conspectu. Ecclef. 11. Ecclef. 1. Barrad.

Gregor.

48. Vel ipse diabolus superborum parens & Magister, qui homines ad Deitatis apparentiam attraxerat, *Eritis sicut dij*; qui solium suum in Testamenti vertice collocare cupierat, *Sedebo in monte Testamenti, similis ero Altissimo*, ad aspectum cinerum à vanitate cadere ostenditur quodammodo. Vulgarem non possum non locum exhibere agnatum scilicet argumento. *Occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis iam quisquam poterat eum ligare: quoniam sæpe compedibus, & catenis vinctus, dirupisset catenas, & compedes comminuisset, & nemo poterat eum domare. Videns autem* IESVM *a longè, cucurrit, & adorauit eum, & clamans voce magna dixit: Quid mihi, & tibi* IESV, *&c.* Denique expetiit legio illa dæmonum in gregem porcorum immitti: *Et deprecabantur ei spiritus dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus.* Marc. 5. Qui Deificam sedem expetierat superborum indomitus parens iam humilis adorat, iam ad porcorum gregem immitti deprecatur. Vndenam superbissimo illa humilitatis ostentatio? Certè vt ex sententia Chrysologi respondeam, *domicilium habebant in monumentis*: & licet diabolus immortalis erat, dum hominis gerebat actiones, necessarium ei visum est, prouidere, humilemque admodum exprimere affectum. Supra pluribus argumentum confirmaui.

Quid si superborum parens habitator cinerum humiliatur?

Marc. 5.

Chrysol.

Observatio VIII.

Ad illa verba:

Nolite thesaurizare in terra, vbi ærugo demolitur.

Ærugo metallorum exitium, homines cogit ab auaritia, seu diuitiarum amore eripi.

Nihili enim pendit diuitias, qui cinereum terminum meditatur.

Ærugo metallis parans insidias, easque comminuens perspicuum mortis exerit simulachrum, *Nolite* ergo *thesaurizare thesauros* diuitiarum, vbi ærugo mortis aurum, argentumque demolitur. Impossibile reor diuitiarum amorem & mortis memoriam posse copulari. 49.

Dominus varia talenta seruis diuisit, quæ 50.
quidem multiplicauere cuncti vno dempto pigritante famulo, qui acceptam mnam in sudario inuolutam sepeliuit. Profectò enim Princeps ad rationem exigendam à famulis rediret, & seruis talentorum multiplicationem exponentibus præmia expediisset: pigrum seruum aduocat, & talenti rationem perquirit. Qui quidem mnam acceptam solummodo reddidit fatus, *Ecce mnam, quam dedisti mihi, reddo tibi repositam in sudario.* Luc. 19. Cur addidit, *Repositam in sudario.* Ex mente Chrysologi ad Psalm. 43. vt pigritiæ prætenderet excusationem. Ac si diceret, Domine, non potui diuitias à te acceptas multiplicare; quia sudario talentum inuolui, sepulchroque addixi. Haud rectè gessi: attamen post illam sudario diuitiarum applicationem, inhumationemque, multiplicari minimè potuere. Nec enim in conspectu sepulchri possunt, diuitiæ multiplicari. Vnde concludit Diuus, *si opes infoderis* seu addices sepulchro, *ipsas tunc magis diminues.*

Qui sudario inuolutum talentum sepeliuit, non potuit acquirere, quia diuitiæ infossæ minuuntur.

Luc. 19.

Chrysol.

Iob tot repentè actus tribulationibus, scidit vestimenta proclamans, *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Cap. 1. Cur vestimenta Regia disperdit, & proijcit? An diuitiis pereuntibus, non oporteret 51.

Iob memor sepulchri, mox Regia contempsit vestimenta. Iob 1.

vestimenta asseruati ad decentiam? *Et nudus reuertar illuc.* Quomodo poterat (ait Origenes) Iob memor esse sepulchri, & non protinus Regia proiicere vestimenta, si tinea mortis extritum augusti vestimenti?

Origen.

52. *Magna Iudæ impietas, qui, audito sepulturæ nomine, diuitias appetiit.* Chrysost. Marc. 14.

Meritò Iudæ facinus vendentis scilicet Magistrum triginta argenteis à D. Chrysostomo cum admiratione taxatur. Quid miraris ô Præsidium decus? Hominem ausum esse, eum diuendere, qui tradidit hominibus vniuersa. Triginta argenteis Dominum tradidum, qui sanguinis pretio mundum redemit? Discipulum tot muneribus affectum munificentissimum despexisse muneratorem? Marcus audiendus, *Cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi: & fracto alabastro, effudit super caput eius.* Quidam proclamauere, *Vt quid perditio ista vnguenti facta est?* Dominus autem, *Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habebitis vobiscum. Quod habuit hæc fecit: præuenit vngere corpus meum in sepulturam.* Adiicit Euangelista, *Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim, abiit ad summos Sacerdotes, vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt, & promiserunt pecuniam se daturos.* Cap. 14. Matthæus autem asserit Iudam proclamasse, *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Cap. 16. En admirationis Chrysostomi causam. Audiuit Iudas Dominum sepeliendum, sepulturæ vocabulum excepit, *& neque hinc compunctus est.* O incredibilem auaritiam Discipuli! Quis audiens sepulchri nomen non compungeretur illicò? Tu autem & post mortis memoriam ad diuitiarum acquisitionem curris? Meritò cum vnguentum sanguinis Christi dispensaret latronibus, auarissimo Discipulo abnegatur.

Math. 26. Chrysost.

53. *Vt Iudas posset post auditū nomen sepulturæ studere diuitiarum acquisitioni: necessarium fuit suffocare mortis memoriam.* Pasch.

Porrò D. Paschasius lib. 6. in Matth. premens illam particulam: *Tunc abiit*, &c. fatur, *Iscariotis memoria mortis sonat. Legi item Iscarioth iuxta Hebraicam interpretationem exsuffocatam* eam memoriam *vocari debere.* Asserit Pater Iudam mortis memoriam, quam ex Dominicæ sepulturæ mentione, acceperat, in seipso suffocasse, ideoque ad acquisitionem argenteorum tanto piaculo accurrisse. An non accurreret, si non prius mortis memoriam exsuffocasset? Certè impossibile quodammodò existimabat Abbas, Iudam vel impiissimum de diuitiarum comparatione curasse simul memoria versans sepulchri vocabulum: *Ad sepeliendum me fecit.* Vnde prius Iudas suffocare studuit mortis memoriam quam Magistro vendito marsupium implere procuraret.

54. *Postquam Iob in cineribus me a morte mortis sedit, cognouit diabolum non habuisse vnquam, quod posset ei auferre; quia nihili duxit diuitias.* Ambros.

Curauit diabolus Iobum sanctissimum diuitiarum ablatione superare. At fortissimus miles ne succumbere cogeretur in sterquilinio sedit, vt mortis memoria nihili duceret diuitias. Ambrosius ad cap. 13. Lucæ. *In stercore mortis sedit Iob, cum tentaretur, & vinci nequiuit. Denique cum ante Iob plurima perdidisset* temporaria bona, *postquam sedit in stercore, non habuit diabolus, quod ei posset auferre.* Cur non habuit diabolus quod auferre posset à Iobo postquam in mortis memoria sedit? An non habuit quod auferret, cum bona omnia abstulit? Habuit planè antequam diuitiarum tineam in sterquilinio fuisset contemplatus, & indicauit Iob se aliqua bona perdidisse, *Dominus dedit, Dominus abstulit.* At postquam contemplatus est diuitiarum occasum in stercore, agnoscit, diabolum non habuisse, quòd ei posset auferre. Quia nihili æstimat diuitias, qui mortis studet recordationi.

55. *Ægyptij auarissimi faciunt relinquunt Hebræos diuitias eorum deferentes fugere, quia mortuos sepeliebant.* Num. 33. Abulens.

Ex Ægypto Hebræi profecti sunt diuitiis ciues expoliantes. Quæsierim, quonammodo Ægyptij auarissimi permiserint Israëlitas plenos eorum diuitiis indemniter aufugere? *Israelitæ* (ait Moyses) *exierunt de Ægypto, videntibus Ægyptiis, & sepelientibus mortuos suos.* Num. 33. En cur Hebræos Ægyptij permiserunt onustos diuitiis discedere; quia sepeliendis primogenitis operam impendebant. At in conspectu sepulchri, ac cinerum homines vel auarissimi nihili assolent æstimare diuitias. Audi Abulensem quæst. 53. in cap. 12. Exod. *Respondetur, quod illi, qui custodiebant portas Regni, tanta primogenitorum suorum, quos sepeliebant, angustia tenebantur, vt non inquirerent, quis de Ægypto exiret.*

56. *Quis cordatus amabit diuitias relinquendas successori, à quo pellendus est?* Bar. 3. Basil.

Et quisnam cordatus æstimabit id, quod tam citò ad alterius possessionem sit necessaria traducendum? De diuitibus Baruch, *Vbi sunt, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines? Exterminati sunt, & alij eorum loco surrexerunt.* Cap. 3. Ergo aliis exædificas domum, præparas hæreditatem? Basilius orat. de morte. *Hodie agrum tuum coluisti, cras alius, & mox post illum alius eundem colet. Videsne agros hos, hasque magnificas extructas ædes? Bone Deus, quot iam nomina vnaquaque harum, ex quo extructa sunt, mutauit! Quæ huius paulo ante dicebantur, ab alio nomen acceperunt; & quæ iam in istius ditionem venerunt*, exiguo temporis interuallo in alterius dominium transeunt. At Augustinus id eleganter expressit ad Psal. 62. *Necesse est, vt alij nascantur: & ad hoc nascuntur filij, vt excludant parentes suos. Ad hoc enim nascitur puer, vt dicat maiori: Quid hic agis? Necesse est, vt qui succedunt, & qui nascuntur, excludant eos, qui se præcesserunt.* Et diuitias præparas hæredi, qui te è viuis excludet? Et cogitatio hæc non te adducit ad diuitiarum contemptum?

August.

OBSERVATIO IX.

Ad illa verba:

Nolite thesaurizare, vbi latrones effodiunt, atque furantur.

Latrones, seu deliciarum, ac voluptatum terminus, à luxurie homines auertunt.

Nam meditatione mortis periere cupidinis artes.

57. Brixian.

EX mente Brixiani latronum repentè irruentium insidiæ est *breuis terminus voluptatum.* Et quis cordatus non fugiat libidinis delicias, quarum terminus cum ionio addicitur, quarum tumulus pallescit in cuna? O quam citò perit flamma libidinis cinctum immissione!

Cineribus

58. Cineribus memoriæ mortis Dominus curauerat futurum ignem hominum concupiſcentiæ opertum eſſe. *Morte*, inquit, *moriemini.* Gen. 2. At diabolus accedit inſufflans: *Nequaquam moriemini.* Volitant cineres, concupiſcentiæ flammæ deſæuiunt. Deus ex ore Prophetæ, *Ecce ego creaui fabrum inſufflantem in igne prunas.* Iſa. 54. Interlinearis, Diabolum inſufflantem appetitus hominum circa voluptates. Dum fabri ferrarij fornax follis non afficitur halitu, ſub cineribus latitant ſuccenſi carbones. At cum follium impetu volitant cineres, ſcintillis excitatis, flamma acuitur. Dum ſub memoria mortis voluptates abſconduntur, & concupiſcentia lateri flammæ ſupprimuntur. At ſi faber inſufflet prunas, & cineres voliteni, *Nequaquam moriemini*: illicò luxuriei flamma deſæuiens aſpicitur.

Cinere memoriæ mortis mortificantur amorum prunæ flamma libidinem efferueſcit anhelante cinere.
Gen 3.
Iſai 54.
Interl.

59. Aſcendit olim Moyſes de campeſtribus Moab ſuper Montem Nebo. *Mortuuſque eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab, iubente Domino. Et ſepeliuit eum in valle terræ Moab contra Phogor.* Deut. 34. Phogor idem ac Priapus libidinis idolum. Preme particulam, *Contra*, id eſt, *Aduerſus* Idolum. Ac ſi ſepulchrum Moſis in campum procederet contra Principem voluptatum, contra luxuriei illectamenta. Procedit Priapus manum exerens, copias parans: præmittit Venerem ac Cupidinem pulcherrimarum viraginum, adoleſcentûmque cinctos caterua. Succedunt deliciæ, Bacchus pretioſiſſimum propinat liquorem, Ceres epulas parat, quia *ſine Cerere, & Baccho friget Venus.* Denique veſtimenta, ornatus, fucus, & pigmentum, cunctique libidinis apparatus inſtruuntur. Porrò ab aduerſa plaga ex valle Moab ſolummodo Moyſi ſepulchrum pergit pugnaturum Moſis cranio pro galea vtitur, pectoris ac dorſi coſtis pro thorace: brachia & crura pro gladio ſtringit, pro haſta vibrat, & innumerabili Priapi exercitui præſentatur. Cunctæ militares Veneris ac Cupidinis artes exeruntur. Quid plura? Moyſi ſepulchrum ſolo horribili aſpectu cunctos hoſtes protinus debellauit.

Sepulchrum vnicum pugnat cum exercitu Priapi, & debellat illũ.
Deut. 34.

60. Vult Chryſologus Lazarum mortuum imaginem exprimere peccatoris, qui voluptatum vulnere periit. *Prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus manus, & pedes inſtitis, & facies eius erat ſudario circumligata*, Ioan. 11. Cur viuens Lazarus ſic incedit ac ſi rurſum eſſet ſepulturæ tradendus? Cur non in ſepulchro mortis dereliquit exuuias? Reſpondet Doctor, *Lazarus reuerſus occurrit, apportans vincenda mortis voluptatum formam.* Mortis aſpectu vincuntur voluptates. Te velut mortuum reputa, periere cupidinis artes. Prodiit ergo Lazarus viuens armatus ſepulchri exuuiis, vittis, ſudario, vt facilè poſſet debellare Priapum.

Lazarus gerens perſonã impudici peccatoris, armis ſepulchri vincit libidinem.
Ioan. 11.
Chryſol.

61. Sitiens Dauid ablatam aquam è ciſterna Bethleemitica noluit epotare. *Propitius ſit mihi Deus, nè faciam hoc.* 2. Reg. 23. Quare Dauid deſpexiſſe viſus fortiſſimorum militum facinus? Reſpondet Chryſoſtomus profudiſſe aquam quæ appetitus prælapſæ libidinis ſimulacbrum offerebat. Quonam autem myſticam Rex luxuriem gladio confixit? Certè mortis meditatione. Ambroſius lib. de Dau. Cap. 7. *Vicit ergo naturam, (cui agnatæ deliciæ) eo quod aqua iai virorum quæſita ſanguine ſuauitatem bibendi habere non poſſet, quæ propoſita mortis horrore conſtaret.* Et quonammodo poteſt quis memor mortis voluptatum potiri dulcedine?

Dauid contemplatus mortem, noluit potare delicias aqua potiri.
2. Reg. 13.
Chryſoſt.
Ambroſ.

62. Narrat Suetonius Tranq. Neronem aſpectantem Agrippinæ cadauer ſitientem quidem, ſitim expleuiſſe. *Sitit Nero ebria bibit. O intemperantia!* Intẽperantia enim ſepultum indicat apertè, qui in conſpectu memoriæ mortis poteſt percipere voluptatem. Ideo Dauid aquam Domino libat, ne bibens coram militum figurata ſtrage percipere videretur voluptatem.

Magna Neronis intemperantia, bibentis coram cadauere.
Sueton.

63. Locutus Chael Hebræorum illuſtris Aſtrologus de figuris Aſtronomicis, fatur. *Mulieris figura ſi in hyacinto ſculpta erit, quæ in manu ſpeculum teneat: eam in annulo aureo liga, ac in digito tene, & inuiſibilis eris.* Vis eſſe velut inuiſibilis ſine reſpectu ad corpus? ſpiritus totus tua ſine carne? Obiicias menti fœminam in ſpeculo imperfectiones naturæ, humanam ſcilicet fragilitatem contemplantem, & pulueribus fuci curantem operire pulchritudinis defectus.

Homo ſpiritus totus ſine carne, vbi contemplatus fueris pulchritudinis occaſum.
Chael.

64. Proclamat Iudas, *Vt quid perditio hæc? Poterat vnguentum iſtud vẽnundari, & dari pauperibus*, Mat. 26. Eſt qui temerè iudicet Magdalenam ad conuiuium acceſſiſſe non ſemel vt pulchritudinis oſtentatione aliquem adduceret ad libidinem? ſic viſos Phariſæus innuere fatus. *Hic ſi eſſet Propheta, agnoſceret vtique qualis eſt mulier, quia peccatrix eſt.* Luc. 7. Huic calumniæ euidenter Dominus reſpondit, *Mittens hæc vnguentum iſtud in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit.* Haud poteſt (ac ſi diceret) affectu libidinis diſtrahi mulier, quæ humando cadaueri operam impendit.

Non poterat Magdalena curã ſepulturæ memoria delicias ſtudere.
Matth. 26.
Luc. 7.

65. Ægypti incolæ radiis ſolis acti libidinis abſumuntur incendio. Prouidus Conditor frænum addidit intemperantiæ. Anaſtaſius Syna. lib. 3. Exa. Soli Ægypto ex omnibus mundi Regionibus Deus ad puritatis admonitionem donauit exemplum. Per fluuium Geon tota terra Ægypti tegitur. Vt diu ſepulta caſta exſiliat à tumulo.

Ægyptia impudicitia memoria ſepulturæ frænatur.
Anaſt.

66. Imperat Dominus animantia cuncta ſuo compare commorari, nec cuilibet maſculo duplicem fœminam permitti. Num polygamia brutis interdicitur? Tertullianus lib. de Monog. cap. 4. *Quid amplius dicam? immundis quoque cum binis fœminis introire non licuit.* Fremat leo impudicus, in montibus lupus vlulet, ſus immundus plures fœminas appetat. At in Arca vbi cunctarum rerum finis obiicitur nec immunditia preſſum animas audeat libidine ſolui.

Coram ſine omnium vel immundiſſimi continentur.
Gen. 6.
Tertul.

LIBER



LIBER SECVNDVS.
SERMO DE DOCTRINA
CVM OPERIBVS.

PARAPHRASIS, AC COMMENTARII literales ad caput Vigesimum tertium Matthæi.

Panegyrici Morales circa literam in Iesum Concionatorem.

PROLVSIO.

Dominici vitalis ligni FRVCTVS SECVNDVS.



OMINVS quidem plebem intuitus, aduersum hypocrisim Pharisçorum, & scribarum permulta locutus est: atque edocebat sanam doctrinam, quam, Authore Deo, à Moyse recepissent, à scribis, & Pharisæis in Cathedra Moysi confidentibus recipiendam, etiam si vita ipsorum, eo quod esset turpissima, minimè sit imitanda, & vt eam sequaris, nequaquam proponenda. A Conditore plantatum vitale lignum in paradiso, *lignumque scientiæ boni, & mali.* Gen.2. Vbi Richardus lib. 12. de Laud. Mar. asserit Deiparam non solum vitali ligno, sed & scientiæ boni & mali arbore expressam. Quid Marię cum ligno scientię boni, & mali? *Lignum scientia (respondet ille) dictum est, non propter naturam, quam in se haberet: sed quia per ipsum scitum est, vtrum homo ille primus esset obediens, vel inobediens. Per hoc autem lignum* (Mariam) *signatur, seu cognoscuntur illi, qui bene docent, sed prauèoperantur. De quibus Dominus, Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, nolite facere.* Veri Mariæ cultores, quæ dicunt, dum Dominam deprecantur, operibus curant implere; ne verbo tenus laus esse videatur Pharisæorum. Ergo qui scientię boni & mali arborem Marianam adit, vt fructus vitales assumat, illico prębet indicamenta, vtrum obediens, seu inobediens sit; quia Mariæ suauissimo refectus fructu, Deo imperanti promptissimum parat obsequium.

Gen. 2. Richar. Lauren.

MATTHÆVS

MATTHÆVS CAP. XXIII.

VERS. I. LOCVTVS est IESVS ad turbas, & Discipulos suos dicens:

2. Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi.

3. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite: secundum opera verò eorum nolite facere; dicunt enim, & non faciunt.

4. Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere.

5. Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus; dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias.

6. Amant autem primos accubitus in cœnis, & primas Cathedras in Synagogis.

7. Et salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.

8 Vos autem nolite vocari Rabbi; vnus est enim Magister vester; omnes autem vos fratres estis.

PARAPHRASIS.

1. *Cum Dominus scribarum, ac Pharisæorum os multitudine teste obstrnxisset: ne prorsus illorum apud populum concideret auctoritas, audiendos quidem doces, at non imitandos.*

2. *Occupant scribæ & Pharisæi Moysi cathedram, cuius legem docent: quæ docent sancta sunt, vita latè dissidet à doctrina.*

3. *Proindè quæ vobis ex auctoritate Mosis præscribunt, seruate: sed tamen interim cauete, ne ad vitam illorum mores vestros componatis. Si viuerent, quemadmodum docent, totos oporteret imitari, Nunc quæ docent, ipsi non præstant: docentes igitur, non operantes æmulamini.*

4. *Ab aliis plusquam totam legem seuerissimè exigunt, ipsi sibi indulgentes: in alios austeri; in se lenissimi. Colligant enim fasciculos præceptorum graues, & importabiles, & alienis humeris imponunt, quos ipsi nè digito quidem dignantur attingere. Legem per se onerosam satis suis constitutionibus aggrauant, quò sibi sanctimonia opinionem concilient.*

5. *Quod si qua iuxta legis præscriptum præstant, non id faciunt ex animo, sed ad auram, laudemque popularem: personati quidem falsa religionis imagine fabulam agunt, vt ab hominibus spectentur. Obambulant lata phylacteria circumferentes, incedunt latis, ac magnificis fimbriis: in his præcepta legis ostentant inscripta, cum in vita nusquam appareant.*

6. *Si quo ad cœnam vocantur, ibi pueriliter ambitiosi sibi placent, quod ipsis locus tribuitur honoratior: in Synagogis, & publicis conuentibus amant primæ sedis honorem.*

7. *Cum versantur in foro, gaudent, honorificè salutari: & à populo magnifico illo titulo Rabbi compellari expetunt; quasi soli sint honore digni, aut soli sapiant.*

8. *Vos autem mei Discipuli, nolim istorum esse similes; quin potius memores exempli, doctrinaque mea fugite arrogans sapientiæ cognomen; neque vobis ipsis placeatis, si quis appellet, Magistros nostros, Vnus est enim, in quem verè nomen hoc competit: hunc Magistrum habetis communem. Vos autem ad illum collati, nil aliud quam discipuli ac fratres estis.*

9. Et

9. Et Patrem nolire vocare vobis super terram: vnus est enim Parer vester, qui in cœlis est.

9. Nec posthac Patris honorificum vocabulum hominι in terris tribuatis, semel professi Patrem cælestem, cui verè debetur, & vitam, & quidquid habetis: ne quis honorem soli Deo debitum sibi vindicet.

10. Nec vocemini Magistri: quia Magister vester vnus est Christus.

10. Si quis bene docet laudetur in eo vnus ille Magister, à quo omnis procedit sapientia. Nemo homini tribuat, quod Deo soli debetur. Haud impium Præceptorem Præceptoris appellare vocabulo: sed Pharisaica ambitio repellenda.

11. Qui maior est vestrum, erit minister vester.

11. Quia verò ex huiusmodi ambitione pestes oriuntur congregationum hac clausula sermonem absoluit: Qui inter vos maximus est, is erit vester minister.

12. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur; & qui se humiliauerit, exaltabitur.

12. Quod si quis se se iactet, & efferat de gratuitis Dei donis, spoliatus his, quibus se facit indignum, ex maximo fit minimus. Contra qui se deiecerit, agnoscens & exaggerans imbecillitatem suam, ex magno fit maior.

SECTIO PRIMA.

Pharisæorum Doctrina, & opera.

TEXTVS.

VERS. 1. LOcutus est IESVS ad turbas, & ad Discipulos suos, dicens: 2. Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. 3. Omnia ergò quæcumque dixerint vobis, seruate. & facite: secundum opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. 4. Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. 5. Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus; dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. 6. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis. 7. Et salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Moysi Cathedra.

1. *Quare aduerbiu Túc appositum?* Hugo Mat 5. Isa 6. Exod 3. Ezech 11.

CAPVT iostituit Euangelista præmittens aduerbium *Tunc.* Hugo Card. Tunc, id est, imposito silentio Pharisæis; vt imposito silentio tibicinibus excitauit puellam, Mar. 5. Et Isaias, mortuo Ozia leproso, videt Dominum. cap. 6. Et filij Israël clamant ad Dominum mortuo Pharaonc. Exod. 3. Et clamat Ezechiel ad Dominum mortuo Phaltia. Ezech. 11. At cum Maldonato, & aliis *tunc*, id est, cum videret Scribas, & Pharisæos corrigi non posse, profatur, super Cathedram, &c. Sic Chrysostomus, Auctor Imperfecti, & Euthymius annotauere.

Auctoris sententia. Maldon. Chrysost. & alij.

2. *Num omnibus Discipulis fuerit locutus?*

Locutus est ad turbas, & ad Discipulos suos.] Origenes hom 23. *Qui affectuosè audiunt Discipuli sunt; reliqui tepidè audientes turba.* An omnibus Discipulis suis Dominus ea, quæ sequuntur, proposuerit? Reor quidem non omnibus, sed iis qui minus familiares, & instructi erant. Nam Apostolos, & eos, qui ipsum frequenter comitabantur, haud opus erat admonere. Iudicauit Origenes Tract. 24. in Mat. Putat Augustinus ser. de verb. Dom. cap. 49. Christum neminem ad Pharisæorum ac Scribarum scholam immisisse, sed Scribarum, & Pharisæorum nomine euangelicæ, quam fundabat, Ecclesiæ Episcopos significasse. At expositio huiusmodi violenta mihi Maldonato hærenti.

Origen. Origen. August. *Durius cula Augustini expositio.* Maldon.

3. *Quando Cathedra Moysi.* Hieron.

Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi.] Hieronymus, *Quid Domino mansuetius? Tentatur à Pharisæis, at ipse populos hortatur, vt eorum doctrinæ subdantur.* Quidnam per Cathedram Dominus voluerit intelligi? Quidam suggestum intelligunt ex quo ab Scribis, & Pharisæis, audiente populo, lex Moysi legeretur;

1. Esdr. 8. Euthym. Luc. 4. Act. 13.

legeretur; quod legimus Esdram fecisse. 1. Esd. 8. Sic exposuit Euthymios; quod alij refellunt non immerito: quia ex Lucæ 4. & Act. 13. intelligo, Iudæorum consuetudinem non fuisse, vt qui Scripturam aut legebat, aut interpretabatur, in suggestum ascenderet; sed vt surgeret, & stans loqueretur: quod & hodie inter Iudæos fit, & olim inter Christ.colas Paulus fieri voluit. 1. Cor 14. *1 Cor. 14.*

4. *Cathedra Mosis, doctrina Mosis est. Hieron. August. Strab. Beda.*

Vnde existimo per Cathedram Mosis ipsam doctrinam esse intelligendam, quòd qui docet in Cathedra sedere soleat, etsi iam tunc ea inter Iudæos non esset consuetudo. Hieronymus, *Igitur & Cathedra pestilentiæ, & Cathedra vendentium columbas, doctrinam significant.* Augustinus tr. 49. in Ioan. *Ergo per Cathedram Moysi doctrina significatur.* Strabus, *super Cathedram, id est, doctrinam, quam Moyses docuit.* Beda, & alij contestantur.

5. *Cur Sacerdotes non reprehendantur? Maldon. Caiet. Sacerdotes publicè in concione non taxandi.*

Scribæ & Pharisæi.] De Scribis & Pharisæis, ac eorum officiis Maldonatus legendus ad cap. 2. Mat. vers. 4. Cur Pharisæos, & Scribas, non autem Sacerdotes Dominus reprehēdit? Caietanus respondet, *Non legitur Dominus reprehendisse Sacerdotes propter Ordinis reuerentiam, sed Pharisæos, & Scribas, quia profitebantur sanctitatem.* Addit, *similiter ergo Prædicatores faciant.* Nec enim Sacerdotis nomen euulgandum è suggesto nisi ad commendationem Sacerdotalis muneris, & agnatarum Sacerdotiis virtutum, vndè haud probi Sacerdotes suppresso nomine moneantur. Origenes citatus, *sicut olim sedebant super Cathedra Moysi mali homines, ita & nunc. Is tamen benè sedet, qui prius facit, quàm dicat; qui prius portat onus, quàm aliis imponat. Qui enim bene fecerit, & docuerit, hic magnus vocatur; qui verè docet, & non facit: is minimus.* *Origen.*

§. II.

Dè implendis iis, quæ ab Scribis, & Pharisæis docemur.

6. *Quomodo Dominus iubeat facere quæ Pharisæi docent si eorum dogmata enauit. August.*

OMnia ergò quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite.] An non Dominus sæpè Pharisæorum doctrinam reprehenderit? *Cauete,* inquit, *à fermento Pharisæorum.* Mat. 16. Quomodo ergò Christus iubet, omnia, quæ Scribæ, & Pharisæi docuerint, facere? Respondet Augustinus lib. 4. de Doct. Chrys. cap 19. Iesum non loqui de Pharisæis, nisi in Cathedra Mosis sedentibus: tunc enim à Cathedra ipsa coguntur vera docere. Non satisfacit solutio. Quis enim dubitet, illa ipsa falsa, quæ docebant, in Cathedra ipsa (si in Cathedra sedebant, aut in Synagoga) & schola Mosis docuisse? At Chrysostomus & Euthymius asserunt, Christum non omnia, quæ in lege erant, intelligere: sed ea tantum, quæ ad salutem erant necessaria, qualia Decalogi præcepta. Etenim ceremonias, & præcepta, quæ ad tempus tantùm data fuerāt, tantū abest, vt seruare iusserit, vt potius abrogauerit. Probabilis sentētia, sed non omnino placet; quia non solum hoc loco, sed alibi legem, eiusque ceremonias seruare iussit; quia nondum abrogatæ erant. *Chrysost. Euthym.*

7. *Auctoris solutio.*

Itaque cum iubet seruare & facere, quæ Scribæ & Pharisæi dum in Cathedra Mosis sedent, edocent, non de ipsorum, sed de legis, ac Mosis doctrina loquitur. Ac si diceret, omnia, quæ lex, & Moyses vobis dixerint, Scribis, & Pharisæis recitantibus, *seruate, ac facite.*

8. *De doctrina cum operibus. Hilar. Hugo*

Secundum autem opera eorum nolite facere.] Hilarius, *Docent Pharisæi ex Mose, Deum, & proximum diligendum; tamen Christum vsque ad mortem persequuntur:* Hugo Card. *sunt igitur sicus folia, non fructus habentes. Sunt habentes pondus vnum in ore, aliud in opere; at pondus & pondus vtrumque abominabile apud Deum; statera vere sit iusta, & æqua sint pondera,* Caietanus, *Monstrum in moralibus est Doctor dicens, non faciens Sanè Apostoli non conuertissent mundum, nec Ecclesia fuisset tot temporalibus bonis dotata: si maiores nostri dixissent, & non fecissent.* *Caiet.*

9. *Quæstiond. ...*

Si ergo audiendi sunt, cum Mosis doctrinam recitant, non cum suam adstruunt: cur Dominus non dixit, *Quæcumque Moses dicit, seruate,* sed *Quæcumque Scribæ, & Pharisæi dixerint?* Duplicem causam reddo. Vnam, quod voluerit Scribarum, ac Pharisæorum hypocrisim arguere: non autem arguisset, nisi asseruisset eos aliter viuere aliter docere. Alteram, quod toto capite eos acriter esset taxaturus oportebat, aliquantulum eos commendare; ne omnia ex affectu, ac sine iudicio improbare videretur. Sic Maldonatus. *Maldon.*

§. III.

De iniquis Pharisæorum ac Scribarum operibus doctrinæ minimè respondentibus.

10. *Quænam grauia illa onera. Act. 15.*

ALligant enim onera grauia, &c.] A sarcinis est sumpta metaphora, ligari enim solent, vt in iumenta, aut in hominum humeros imponantur. Quænam illa grauia onera? An ceremoniæ? quia nondum Christus legem abrogarat; de quibus Petrus dixit, *Neque patres nostri, neque nos portare potuimus.* Act. 15. Certè onera vocat proprias Scribarum, & Pharisæorum traditiones, aut leges Scripturæ contrarias, aut non necessarias. Nihil grauius communitate, quam addere Præsulem legibus communiter obseruandis proprij dictaminis dogmata, queis quidem fit sarcina intolerabilis. Tales existimo, quæ inferius à Domino hoc Capite reprehenduntur, *Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicumque iurauerit per Templum nihil est; qui autem iurauerit in auro Templi, debet: Et quicumque iurauerit in altare, nihil est; quicumque autem iurauerit in dono, quod est super illud, debet.* Sic Origenes, & Theophylactus exponunt. *Graue communitati, Præsulem leges pro libitu addere. Matth. 23.*

11. *Quidnam sit digito onera mouere nolle? Chrysost. Maldon.*

Digito autem suo nolunt ea mouere. Chrysostomus hom. 74. *Dupliciter eos accusat, & quia exquisitissime suos auditores viuere cogunt: & quia sibi licentiam lato viuendi indulgent. Cum contra optimus Princeps in se austerus, aliis mitis esse debeat.* Solemus planè onerata iumenta non solo digito, sed vtraque manu, & toto sæpe corpore iuuare. At Pharisæi miseros homines, quos suis dogmatibus ineptis onerauerant, ne minimùm quidem digito subleuant. Certè *nec exemplo suo incitabant ad ferenda onera, nec in suis traditionibus dispensabant, cum in Dei lege sæpius dispensarent. Hoc est, digito autem suo nolunt ea mouere.* Sic Maldonatus.

12. *Prolat duplici exemplo, facere Pharisaeos opera, vt videantur.*

Dilatant enim Phylacteria sua, &c.] Particula *enim* innuit reddi causam eorum, quæ proximo versu dixerat. Vnde non aptè aliqui particulam *Autem* apponendam ex Græco contendunt. Præmittit itaque, *Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus.*] Id probat duplici minimarum rerum exemplo, phylacteriorum, & fimbriarum. Vult Dominus quidem ex rebus minimis maximas intelligi, *&*, *vt in prouerbio est*, (cum Maldonato loquor) *ex vngue leonem cognosci.* Namque in fimbriis & phylacteriis gloriam captabant; quid in rebus maioribus facturi erant? *Hactenus* (ait Chrysostomus citatus) *eos taxauit crudelitatis, & desidiæ; nunc verò taxat gloria vana propter quam perierunt. Omnia faciunt, inquit, vt videantur. Dilatant enim phylacteria. Cum ex omnibus gloriam quærerent, etiam ex his minimis eam expiscabantur.*

Maldon. — Chrysost.

13. *De Phylacteriis Iudæorum.* Chrysost. & alij.

Quænam phylacteria Iudæorum? Chrysostomus, Hieronymus, Euthymius, Membranulæ erant, in quibus legis præcepta scripta obiiciebantur. Eas scribæ & Pharisæi circum caput, & circum brachia gestabant, vt perpetuo Dei legem antè oculos haberent. Sic intelligunt hi Doctores, quod Deus per Moysem præceperat, *Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque, & mouebuntur inter oculos tuos.* Deut. 8. Asserit Hieronymus suo etiam tempore ab Indis, Persis, & Babyloniis factum. Phylacteria Græcè idem quod *Conseruatoria*; quia ad conseruandam legis memoriam essent. φυλακτήρια, *Conseruatoria.* D. Chrysostomus, *Iussit Deus, vt haberent hi hæc phylacteria, quasi infantuli obliuiosi, quibus ligatur digito filum, vt recordentur.*

Deut. 8. — Hieron. — Chrysost.

14. *De Iudæorum Fimbriis.* R. Dauid. Num. 15. Deut. 22.

Et magnificant fimbrias.] Quænam autem Iudæorum fimbriæ? Fila quædam non texta, quæ ex infima ora vestis dependebant, quæ ab Hebræis vocantur, ציצת. *tsitsith.* Num. 15. &c. Dauid authore. Fimbrias hyacinthino colore Iudæos gestare Deus præceperat, vt legis recordarentur Num. 15. Deut. 22. Eas ergo Scribæ, & Pharisæi præ cæteris Iudæis magnificabant, id est, maiores quam cæteri faciebant. Addit Hieronymus, *Pharisæi has fimbrias dilatabant, quibus acutissimas spinas inserebant, vt eis ambulantes pungerentur, & ad memoriam cultum Dei reuocarent.* Dubitat Maldonatus, num certum hoc sit? Credendum Hieronymo, qui non asseteret, si ab Hebræis, aut graui aliquo Auctore non didicisset.

Hieron. *De spinis insertis fimbriis.* — Maldon.

15. *Quare dilatarent phylacteria, & fimbrias causa ambitionis.* Theoph.

Cur autem Pharisæi fimbrias, & phylacteria dilatarent, causa ambitionis? An vt plura legis præcepta in Phylacteriis possent inscribi? Sic quidam; sed id de fimbriis dici non potest, in quibus præcepta non scribebantur. Cum Theophylacto reor, ideo dilatasse, vt longius conspicerentur, & legis viderentur obseruatores. Vel cum Chrysostomo, vt legem diligentius, quam cæteri Iudæi, se seruare declararent.

IN
IESVM CONCIONANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
CIRCA LITERAM.

EX PHARISÆORVM DOCTRINA, ET OPERIBVS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Tunc Iesus locutus est ad turbas, & ad Discipulos suos dicens: super Cathedram Moysi sederunt, &c. *Quæcumque ergo dixerint vobis facite,* &c.

Tunc cum Pharisæi errantes aliàs in doctrina se ostentant, Dominus iubet, Discipulos exequi quod in Cathedra docent. Aptè quidem, quia dum confidit in illis, eos quasi cogit ad rectam doctrinam proferendam vel contra ingenium Pharisaicum.

Moneo Præsules, confidentia subditos cogi ad virtutem.

16. IN Commentario quæstionem excitaui, Quonammodo Dominus iubeat exequi nos quod Pharisæi docerent, si eorum dogmata taxauit? Addo vim particulæ *Tunc.* Quandonam obsecro? Cum eos ignorantes esse expressit circa carminis Dauidici sensum, *Dixit Dominus Domino meo.* Psal. 109. *Si ergò Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est?* Addit Matthæus, *Et nemo poterat respondere ei verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.* cap. 22. Si ergo tanta ignorantia Magistri laborabant, quomodo Dominus iubet Discipulos illorum dogmata audire, & exequi? Iam solui quæstionem. Attamen alicuius Interpretis ingenio si annotationem irritatus, respondeo, ignorantes Dominum quodammodo coëgisse reddi sapientes veritatis Magistros, dum eis confidit. Præsulis enim confidentia efficit subditos vel contra ingenium, aut naturam rectè operari: quemadmodum non semel suspiciosus Prælati animus qui subdito credere non audet, tum efficit contra ingenium, & morem à virtute deflectere.

Psal. 109. — Mat. 22.

17. *Confidit Dominus Petro post negationem, vt eum co-*

Christus Petro, non Ioanni Discipulorum charissimo Ecclesiæ reliquit Principatum. Quare? Hildebertus Epist. 22. *Christus Ioannem supra Petrum dilexit, non tamen Ioanni concessa est potestas ligandi, atque soluendi. Qui enim per*

Isaiam

gat plus cæ- terum amare Magistrum, & accuratiùs custodi- re gregem.
Hildeb.

Isaiam dixerat, Auferte offendicula; coram Discipulis offendicula ponere noluit: nec maioribus anteponere iuniorem, quamuis eum prærogatiua castitatis præ cæteris fecerat familiarem. Aptè quidem Domine, sed elige ad Præsulatum (si non Ioannem) Iacobum minorem, qui in Passionis tuæ instantia non deliquit. Elige Iudam iustitia egregium: non autem Petrum qui ter te abnegare veritus non est. Quomodo coram Tyrannis profitebitur se tuum Discipulum, qui coram ancillula abnegauit? Profectò Dominus quasi coëgit Petrum in fortissimum lapidem mutari, cum eum fecit Ecclesiæ Pastorem, fatus: *Petre amas me.* Petre *amas me*, Petre *diligis me plus his*, Ioan. 21. Cur ter interrogat? Paschasius asserit, vt ad eius memoriam reuocaret triplicem negationem. *Tunc* ergò ei gregem committit: *Pasce oues, pasce agnos.* Cur memoriam gerens abnegationis ei ouium curam committere non veretur? Profectò dum Petro Dominus confidit, eum quodammodo efficit petram, quæ minimè possit fragilitate commoueri. Licet ter abnegaueris, te Pastòrem constituo, vt cogam quodammodo & plus cæteris me diligere, & accuratius gregem custodire. Herodotus acutè scripsit, *Lupo tradenda ouis in custodiam.* Licet Petrus lupus esset ouium hostis, aptè ei traderentur oues custodiendæ. Etenim vel lupus contra naturæ ingenium non auderet ouem vulnerare, videns ei confidisse traditorem.

Pasch.

Herodot.

18. Non semel mente volui, quare Dominus qui Iudæ auaritiam agnoscebat, ei tradiderit curam marsupij? An non auaritia tradidit Saluatorem? *Quid vultis mihi dare: & ego eum vobis tradam?* Mat. 26. Auaritia admodum ingens, quæ Iudam impulit ad Domini venditionem. Agnoscens ergo Christus tam pronum ad rapinam Discipuli ingenium cur ei tradidit ea officio pecuniam. Cur non præcauet causam latrocinij exhibere? O confidentiæ Præsulis vis! si auaritia tàm ingens frænanda sit, si tanta ægritudo medicamine afficienda ad sanitatem: frænum fortissimum, medicina efficacissima erat Præsulis confidentia. Quis nisi Iudas *Diabolus* confidentiæ abuteretur munere.

Iuda confidens Iesus illi tradidit marsupium, vt cogeret ab auaritia remoueri.
Matth. 26.

19. Siti presso populo Hebræorum, Moysi Dominus, *Tolle virgam, & congrega populum tu, & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo, & iumenta eius.* Porrò Moses non confidens petræ siccitati, ratus verbo solummodò monitam minimè mutandam in fontem: *percutiens virga bis silicem, egressa sunt aquæ largissime, ita vt populus biberet, & iumenta.* Mox Dominus dum sitis populi extinguitur, iracundia accenditur, proclamans, *Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israël non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis* Num. 20. Et quod nam Moysi piaculum? Certè, quia petræ sibi subditæ non confidit, existimans non posse silicem siccum sine vulnere horribili aquas dulcissimas exhibere. Dat aquas non semel vulnerata petra, fortè vt tertij vulneris redimat vexationem; sed verbis dulcibus, ac susurribus compellata vndas mitteret vberiores. Confideret Moses lapidi, non solum populus ac iumenta semel biberent, sed fons perennis

Punitur Præsul, quia non confidit subditæ petra sed vulnere exegit, quod confidentia vberius exegisset.
Num. 20.

Cassiod.

exponeretur. Elegantèr Cassiodorus lib. 4. Var. Epist. 3. *Moyses Israelitico populo longa ariditate siccato de saxi sterilitate copiosos latices eduxit. Et ad implendum miraculum, vnde fecit currere humidos liquores, vbi erat sicca durities.* Preme particulam, *Ad implendum miraculum.* E quonam capite illud mirum? Certè ex eo, quod lapis acta vulneribus, flagellata virga, aquas emitteret. Nec enim assolet subditus ad obsequium adduci, cum ei Præsul confidere veretur: & vulnere curat perficere, quod suauitate verborum efficaciùs exequeretur.

Quasi miraculum est, subditum obsequi, dum ei Præsul non confidit.

Porrò Petra illa siue Petrus, qui tam perennem Christiano populo fontem exhibuit dum Dominus in eo confidit: sic ad Magistrum: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te; quid ergo erit nobis?* Mat. 19. Non solum sibi, & Apostolis, qui aderant, sed futuris Apostolicis viris Petrus præmium à Domino assignari postulabat. Profectò Apostolis à Petro cognitis aptè præmia efflagitantur, sed non dum natis quonam iure? Pulchrè respondet Chrysostomus, Petrum omnis Ecclesiæ nunquam non Præsulem iam tunc futuris subditis fidere, fore nempe, vt sint Apostolico spiritu egregij. Vnde ea confidentia facta, non dubitat dignissimos præmio futuros; quia Præsulis cōfidentia infallibiliter assolet subditos ad normam virtutis efformare. *Qui claues* (inquit Doctor) *Regni cælorum acceperat, tam confidit subditis; & pro orbe terrarum vniuerso interrogat, dicens: Ecce nos reliquimus omnia: Quid ergò erit?* 20.

Petrus præmium petit eis, quibus confidit, quia sint, rectè ex Præsulis confidentia operantes esse.
Mat 19.
Chrysost.

De Enoch Paulus, *Fide Enoch translatus est, & non inueniebatur, quia transtulit illum Dominus:* Hebr. 11. Genebrardus existimat ad Imperium quæsitum fuisse. Cur Deus noluit Enochum in Regem assumi? Fide meruit à Principatu liberari. Quare precor? Vidit Dominus fortassè malum Regem futurum. Ex quonam piaculo. Audi Sapientiam, *Placens Deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animum illius.* cap. 4. Vbi Ambrosius Orat. de obitu Satyri, existimat locum de Enochi raptu esse intelligendum. Igitur Enoch Domino placuit, quiquidem agnoscens in Regem eligendum este, illum abscondit, vt Imperium fugeret, quemadmodum Christus sciens quod eligendus esset in Regem, *fugit in montem ipse solus.* Ioan. 6. Porrò huiusce abstractionis Enochi causa fuit; quia si gubernaret subditos paterna sinceritate, abutentes subditi bonitate Præsulis, multis eum dolis deciperent. *Aut ne fictio deciperet animam illius.* Si autem malitia subditorum eum cogeret ad suspiciones, vnde dictamina immutans grauis subditis appareret. *Ne malitia mutaret intellectum eius.* Nec enim syncerirate prudenti ablata, potest Præsul laudabiliter gubernare. Ne igitur subditorum malitia cogatur, suauia immutare dictamina, ad paradisum transferatur. 21.

Transferunt Enoch ne sit Rex minus iustus e subditorum malitia subditorum eis non confidat, aut ab eis seducatur.
Hebr. 11.
Sap 4.

Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.

O Præsulum diffidentia quot
incommoda subditis
intulisti!

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Omnia ergò quæcunque dixerint vobis seruate, & facite: secundum opera verò eorum nolite facere, &c.

Scribæ & Pharisæi docentes veritatem, aliis salutares erant; iniquè viuentes, exitiales sibi.

Exprimunt planè illorum stultitiam Concionatorum, Magistrorum, ac Præsulum; qui curantes alios ad salutem adducere, ipsi addicuntur damnationi.

22. Caiet.

CAietanus aiebat, *Dicunt enim, & non faciant. Monstrum in moralibus est Doctor dicens, non faciens. Vtinam hæc verba tunc finem habuissent, non etiam nunc vera essent.* Profectò Prædicator, Doctor, aut Præsul subditos, seu auditores curans ad salutem adducere, si monstrum non est, debet simul eandem inire vitam, quam aliis curat persuadere.

23. *A tumulo se se auocet oportet, qui alium vult dicendo à tumulo suscitare.* Iud. 3. Fteisc.

Vult Doctor, proximos ad gratiæ vitam è tumulo criminis suscitare? simul se à criminis tumulo auocet oportet. *Addiderunt filij Israël facere malum in conspectu Domini, qui confortauit aduersus eos Eglon Regem Moab. Et postea clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod.* Iudic. 3. Vbi grauis, & ingeniosus Interpres noster asserit, Aod Concionatoris, ac Magistri, qui proximorum saluti studium impendit, simulachrum gerere. *Suscitauit, inquit, eis Saluatorem, id est, velut à mortuis reuocauit.* An oporteret Saluatorem cum mortuis annumerari gratiæ fortasse vita priuatum, & dare operam proximorum resurrectioni? Absit. Simul ipse resurgit, & procurat proximum ad viuos auocari. Vt scilicet vbi saluare incipit, incipiat & rectè viuere.

24. *Qui mortuus cum sit alios curat suscitare, nihil agit.* Apo 3.

Angelo Ecclesiæ Sardis Christus ait, *Nomen habes, quod viuas; & mortuus es.* Apo. 3. Quonammodo mortuus cum esset Præsul ille, nomen viuentis haberet? Profectò subditorum saluti inuigilabat, propriam salutem contemnebat; curabat subditos vita gratiæ donari, ipso in vmbra mortis dormiente. Vndè monetur, *Esto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant.* Ac si diceret, Vigila tibi ipsi, qui gregi expetis vigilare. Sic enim morituræ aliàs oues confirmantur in vita.

25. *Grex suscitatus à pastore mortuo futilis vita donatur.* Mat 9. Caiet.

Futilis namque vita gregis, haud durabilis conuersio subditi, pastoris, seu Præsulis mortem contemplantis. Christus videns turbas, *misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes, sicut oues non habentes pastorem.* Matth. 9. Numquid turbæ pastorem non habebant? Habebant quidem Scribas, & Pharisæos multos: sed tamen, quia non viuebant simul sibi, cum edocere curabant auditores: quasi extincti, aut nulli à Domino deputantur. *Turba non habebant pastorem, quia Doctores earum* (dicentes, & non facientes) non fungebantur pastoris officio.

Christus Imaginem peccatoris gessit, dum in domo parentum quasi in sepulchro latitauit. Instat tempus proximos concionibus adducendi, & profatur, *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Psal. 2. Hilarius legit, & exponit, *Ego hodie suscitaui te.* Cur suscitatur, cum munus prædicationis incipit? Quia ineptè studium expendit Concionator suscitando proximo, ipse addictus sepulchro. 26.

Christus imaginem peccatoris gerens vt prædicet, à Patre suscitatur è tumulo. Psal. 2. Hilar.

Cum ex Baptismi vnda Dominus ascendit Pater proclamat, *Hic est Filius meus dilectus.* Matth 3. Cur tunc Pater Christum suum esse Filium profitetur? Hilarius ad Psal. 2. scriptum est autem cum ascendisset ex aqua, Filius meus es tu, ego *genui te.* Addit Caietanus appositè *Ad monstrandum officium Christi prædicantis.* IESVS *siquidem vsque ad tempus sui Baptismi conuersatus, & habitus est sicut vnus è populo.* Dum Concionatoris officium non gerit sicut vnus è populo sub peccatoris forma delitescit. Cum autem ad hominum salutem prædicationem instituit, homines filios Dei facturus Filius Dei simul ostentatur. Vt doceat Concionatores, ac Magistros stultæ aliorum vitæ studium impendere propriæ salutis contemptores. 27.

Christus baptizatur, vt alios doceat prædicationis munere. Mat 3. Hilar.

Suam Christus commendat sponsam, seu egregium laudat Concionatorem, fatus: *Mel & lac sub lingua tua.* Cant. 4. Particulam *sub* preme. Haud labiis inest dulcedo, sed sub lingua delitescit. Explicat pulchrè Philo Carp. *Falsi Christi serui, quales sunt Prædicatores ficti, mel in lingua portant, quod sub lingua non habent, Sæpe enim aliis cœlestia gaudia prædicant, cum ipsi tamen terrestria, & peritura bona desideriis appetant. At recti, & integri buccinatores Dei, & sancta quæque anima & mel in lingua pertendit, dum diuina sapientia dulcedinem loquendo effundit, eaque mentes audientium reficit, & idem secum sub lingua retinet, dum ea omnia sibimet profutura reseruat, & sanctè peragit, quæ cæteris rectè prædicauit.* 28.

Verus Prædicator intus habet sibi mel, quod cunctis auditoribus præbibere. Cant. 4. Philo.

Magi Regem natum Iudæorum perquirunt, turbatur Herodes, Doctores legis aduocantur, quæritatur ab eis, *Vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt, in Bethleem Iuda,* Propheta præclamante. *Et tu Bethleem,* &c. Matth. 2. Edocti Magi quærunt Infantem inueniunt, Gentibus referunt Saluatorem. Quid autem Iudæi Magistri? Certè tenebris addicti deperiere. O stulti aquæ sitientibus propinatores siti æterna premendi! D. Leo ser. 1. in Epiph. *Iam ergò ad eruditionem Gentium propheticus sermo transibat, cum Iudæorum infidelitas veritatem ore proferret, & mendacium corde retineret. Noluerunt enim agnoscere oculis, quem de sacris indicant libris. Quæ est ista, Iudæi, tam imperita in vobis scientia, & tam indocta doctrina? Cur vobis viam, quam aliis aperitis, obstruitis?* 29.

Mali Prædicatores Pharisæi alios mittebant ad Iesum Scripturarum expositione: ipsi non pergunt. Mat 2. Leo.

Halleans Doctor.

***

OBSERV.

Observatio III.

Ad illa verba:

Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum.

Pharisæi grauia onera supra legis præscripta subditis miseris addere affectabant.

Vnde taxantur Præsules, qui præcepta, aut leges propriis aggrauant dictaminibus, subditorum planè exitio.

30. Maldon. DE Pharisæis sic Maldonatus, *Alligant onera grauia, & importabilia. Vocat onera non ceremonias, sed proprias scribarum, & Pharisæorum traditiones, aut leges non necessarias.* Quidquid legis, aut Regulæ est, portabile quidem est: quidquid autem suprà legem, aut Regulam non necessarium absolutè, à Præsulibus additur, importabile proculdubio est.

31. *Præsul non affectet potestatē summam, proprio ex marte addens dogmata, grauia quidem, addita legi.* Matth. 10. Ambros.

Discipulis Ecclesiæ Præsulibus Dominus Regum Princeps ait, *Nolite possidere aurum, &c. non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.* Matth 10. Cur Præsulibus virgam prohibet gestare si potestatis insigne est? Ioseph gestabat virgam, quam Iacob obiturus osculatus est: virgam vtique, qua Proregis potestas exprimebatur. Gestent ergo Discipuli Præsules Ecclesiæ. Ambrosius ad cap. 10. Lucæ. *Quid est virga nisi profundæ potestatis insigne, & vlciscendi instrumentum doloris?* Preme particulam, *Profundæ potestatis*, id est affectatæ, nimiæ, immodicæ. Non prohibet Dominus Discipulis Præsulibus potestatem, sed taxat profundam, affectatam, nimiam; qua quidem proprio ex marte supra legis, aut Regulæ præscriptionem addunt dogmata proprio ex dictamine, quæ magis sunt vlciscendi doloris instrumentum, quam subditorum directio ad salutem.

32. *Præsules virga, seu Iesu, legeque eius vtantur, non propria virga.* Isai. 60. Hilar.

Dixerat Isaias, *Egredietur virga de radice Iesse.* Cap. 60. Christus vtique, lex, Regula à Christo præscripta. Hæc virga traditur Præsulibus non alia virga externa, hoc est, aliæ præter hanc potestatis ad dogmata proferenda, quæ legem efficiunt subditis importabilem. Hilarius, *Nolite portare virgam, id est, potestatis externæ iure non indigent, habentes virgam de radice Iesse; nam quæ alia fuerit, non erit Christi.* Præsulibus sufficit Iesv virga, hoc est, leges, & dogmata præscripta à Deo; quidquid ex potestate externa addunt supra legem, aut Regulam Præsules non necessarium absolutè, à Christo non est.

33. *Præsules debent legis asperitatem potius dulcorare, quā eius dulcedinem amaritudine exaggerationum cādere.* Isai 60.

Porrò si non est à Christo, sed à proprio marte, intolerabile est. Obiicias precor, totam legem Iesv ex supremæ potestatis virga procedentem, strictissima Regularium omnium perpende dogmata. Certè florida cuncta subdito, sic humeris onus addicitur, ac si flos manu gelletur. Porrò si aliquid addatur à Præsule non necessarium, importabilis sarcina, humeri comprimuntur. Pergit Isaias, *Et flos de radice eius* (id est virgæ, Iesse, seu Iesv) *ascendet.* Monentur Præsules potius legum præscripta dulcorare, & alleuiare, quam onera addicere. Dixerat Propheta, *Egredietur virga*; ne autem subditi turbarentur timentes virga legum rigidarum vulnerari, bonus Præsul Isaias adiecit, *Et flos de radice eius ascendet.* Hilarius ad Psal. 2. Hilar. *Ne tyrannicam in eo seueritatem per virgæ nuncupationem auderet quisquam opinari: continuò Propheticus sermo adiecit, Et flos de radice eius ascendet, vt virgæ seueritatem floris suauitate temperaret.* Probi Præsules curant legis asperitatem floridis monitionibus, suaui executione dulcorare. At mali Præsides vel floridæ legum, aut Regularis instituti præscriptioni ex propriis dictaminibus addunt spinas, sarcinam subditis importabilem.

34. *Curat bonus Præsul, legis immaturitatem (si aliquid asperum) maturescere, efficere.* Isai. 52. Cyrill. Procop. Cant. 2.

Lex aliquid acerbum & immaturum ostentare videtur? Præsul acerbitatem illam curet maturescere suaui vtique legis, aut Regulæ executione. Sic Apostolici Prælati. *Quam pulchri supra montes pedes annunciantis pacem.* Isai. 52. Legit Cyrillus Alex. *Vt ver pura luce nitens super montes.* LXX. *Sicut hora in montibus.* Ad quæ Procopius, *Hora nomine vernum tempus, à quo florum fructuumque recens incipit editio, demonstrare significat.* Addit Doctor hîc Euangelicæ legis tempus hyemis asperitatem nescientis significari. Cui sensui accommodat illud Cant. *Iam hyemis transiit, imber abiit, flores apparuerunt in terra nostra.* Cap. 2. Prædicatores itaque, ac Præsules Euangelici annunciant hominibus legem floridam, & suauem. At sunt qui fructus insuaues, & immaturos esse affectant, contrariis veritati expositionibus, dictaminibus aduersantibus suauitati. Ideò laudat Propheta eos Præsules, qui addita suauitate proprij dictaminis fructus erumpentes maturos subditis impertiunt. Hinc appositè Tertullianus lib. 5. aduers. Marc. legit, *Quam maturi pedes euangelizantium.* Pergunt maturo gressu ad legis, ac Regulæ executionem; etsi aliquid minus maturum, seu asperum gustui apparet, ita dulcorare student, vt fructus maturi omninò videantur. Ambrosius pulchrè Epist. 11. legit, *Tanquam maturitas, in montibus. Christus Præsulum Pater sic nobis venit tanquam maturitas, vt nihil in lege acerbum, nihil sit immaturum.* An matura lex, vel legifer? Regula, an Prælatus? Certè si immatura lex, tota maturitas Prælato tribuitur; quia ille curat suauissimis dictaminibus legis, ac Regulæ auferre cruditatem. Ideo Ambrosius totam legis maturitatem Christo tribuit executori Præsuli: Christus nobis tanquam maturitas aduenit. Vereor equidem, ne de aliquo Præsule legis maturæ ac suauis dici posset, *Rector ille tanquam immaturitas nobis aduenit.*

Ambros. *Bonus Præsul tanquā maturitas subditis aduenit.*

35. *Contemni assolet lex, seu Regula ex exaggerationibus Præsulis imprudentis.* Gen. 2. Gen. 3.

Mihi credite relaxationis subditorum, transgressionisque legis, ac Regulæ principium ducitur à Præsule, qui suauitatem legis, addita stricta sine necessitate ordinatione facit amarescere. Deus legifer noster legem tulerat. *De ligno scientiæ boni & mali, ne comedas; in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Gen. 2. At Regina Eua Præsulibus offendiculum obiiciens, fatur serpenti: *De fructu verò ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud.* Gen. 3. An Deus præceperat, ne tangerent arborem? Minimè. Cur ergo hominum Mater ediscis aggrauare proprio dictamine præcepta?

Ambrof.

An nesciebas contemptibilia reddi præscripta ex nimia restrictione? Audiendus Ambrosius lib. de Parad. cap. 12. *In mandato quidem nullum vitium est, sed in velatione mandati. Etenim, quantum præsens lectio docet, discimus, nihil vel cautionis gratia iungere nos debere mandato. Namque hic quid offensionis habet prima specie, quod addidit mulier: Et ne tangeremus illud? Non tangetis enim Deus non dixerat; sed, Non edetis. Sed tamen lapsus incipit esse principium.* Sua exaggeratione Mater nostra facile præceptum reddidit intolerabile poodus, subditoque lapsus occasionem impertit.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Quæcumque dixerint vobis facite; secundum autem opera eorum nolite facere.

Monet Dominus suos Discipulos, ne audientes & gerentes quæ traduntur dogmata à Pharisæis, eorum opera non imitentur.

Facillimè enim imitamur Magistrorum, aut Præsulum exemplum, quod quidem lex viuens existit.

36. CVm Dominus iussisset, Discipulos dogmata Pharisæorum exaudire, & exequi: monet, ne opera eorum iniqua imitentur. Tanta enim vis exempli in Præsule, aut Magistro, vt nisi præmitteret documentum proculdubio ad imitationem deferremur. An non Præsulum exemplum quasi lex viuens existit? Imò efficaciùs lege subditos adducit ad obsequium.

37. Paulus Præsoli Tito, *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum.* Cap. 2. Ac si diceret, leges & imperia minimè à te multiplicentur, exemplo exhibe te legiferum, D. Anselmus, Te ipsum rectè operantem tabulas vtriusque Testamenti constitue. *Qui te viderint, legant in operibus tuis velut in libro* legis, *quid agere debeant.*

Præsul recte operans est viuus vtriusque Testamenti liber. Tit. 2. Anselm.

38. Cœlestis sapientia, *Misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia Ciuitatis.* Prou. 9. Ancillæ quænam immissæ. Virtutes planè dogmata perfectionis, leges. An in libro, seu tabulis inscribuntur? Porrò à Præsulibus executioni dantur. Caietanus ex Hebræo. *Vocauit super humeros excelsorum ciuitatis.* Pharisæi sarcinam importabilem subditorum humeris addicunt, ipsi tamen nec digitum volunt amouere. At boni Præsules super humeros pondera legis suscipiunt; tuncque leges efficacius subditos persoadent. *Significat* (addit Cardinalis) *quod virtutes missa a diuina sapientia officium vocandi, ac persuadendi exercent non scripta, sed portata super humeros excelsorum, seu Præsulum. Virtutes itaque in factis consistentes excitant homines ad diuinum conuiuium; facta autem excelsorum præcipuè vocant alios.*

Virtutes, dogmata, leges persuadent nō tam scripta in tabulis, quā à Præsulibus impleta, seu executioni data. Prou. 9. Caietan.

39. Curat Dominus, mittere humilitatis virtutem, quæ Discipulos alliciat ad pedum ablutionem, si quando opus tulerit. Misit autem ipsam humilitatem super humeros excelsi Ciuitatis supernæ nempe Christi. Qui quidem abluendo Discipulorum pedes legem præscripsit humilitatis efficacius quidem, quam si lapideis tabulis exarasset. *Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum, præcinxit se, & cœpit lauare pedes Discipulorum suorum.* Ioan. 13. Cur pedes abluerit? Certè vt præscriberet humilitatis legem; exemplum enim obseruatæ legis in Præsule ipso legis dogmate efficacius. Theophylactus, *Cum Deus credidisset* IESV *fidelium salutem, & debeat nunc omnia, quæ ad salutem eorum pertinent, monstrare eis: cœpit lauare pedes Discipulorum, Humilitatis enim lex hoc loco præcipitur.* Aliæ leges scriptæ scribontur planè, signantur; sed noo semper præcipiuntur actualiter. Præcipit Præsul iuxta legis præscripta quando sunt obseruandæ. At lex humilitatis non tam scripta in tabulis, quam à Præsule expressa exemplo nunquam non subditis præcipitur.

Humilitatis virtus in humeris Christi est lex efficacior præscripta. Ioan. 13. Theoph.

Fortitudinis ostendendæ in aduersis vult Deus hominibos perfectissimum dogma præscribere. Vnde virtutem fortitudinis misit super humeros excelsi Ciuitatis Iobi. *Dominus dedit, Dominus abstulit.* Cap. 7. Certè Iobi exemplum fortitudinis lex viuens existit. Dydimus apud Comitol. nostrum. *Illius potestati rem omnem permisit, idque ad nostrum omnium vtilitatem. Vt Iobus caracter, forma fortitudinis, tanquam in columna relinqueretur insculptus. Essetque meta virtutis non solum illius ætatis hominibus: verum etiam posteris, qui a mentis præstantia degenerassent.* 40.

Fortitudo in humeris Iobi est lex patientiæ omnibus obseruanda. Iob 1. Dydim.

An non efficacius persuadet lex horrore promulgata, quam à Præsule mandata executioni. Minimè verò. Audias, precor. Legem Deus præscribit in tabulis. *Et ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem.* Exod. 19. Profectò post tot horrorum ostentationem scripta lex sæpe ab Hebræis violatur. Apparet Verbum viuens quidem lex in Vtero Virginis omnium virtutum norma, omnis legis executio, & Christicolæ ad obsequium illico præparatior Pastoribus Iudæorū, Magis autem Gentilium submissionem exprimentibus. Exclamat Damascenus serm. 1. Nat. Mat. *O Maria Arx, Sina sanctior, quam non fumus, non caligo, non procella, non terrorem incutiens ignis contingit; verum illuminandi vim habens Spiritus sancti splendor. Illic enim Dei Verbum tanquam spiritu legem saxeis tabulis inscribebat. Hic autem ex Spiritu sancto, ac Virginis sanguine Verbum ipsummet incarnatum.* Pulchrè. 41.

Efficacius persuadet lex exemplo obiecta, quā terroribus scripta. Exod. 19. Damasc.

Observatio V.

Ad illa verba:

Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Amant primos recubitus in cœnis, &c.

Vt Dominus vitia pessima, innumeraque Pharisæorum exprimat, ostendit, eos vanæ gloriæ vitio admodum esse addictos.

Namqui vanus, seu inanis gloriæ cupidus est, se exprimit omnibus infectum piaculis; sicut humilis, cunctis plenus virtutibus.

42. Chrysost. CHrysostomus sic exposuit sententiam: *Dilatant phylacteria sua*, &c. *Hactenus eos taxauit crudelitatis, & desidiæ. Nunc verò taxat gloriæ vana, propter quam perierunt.* Tam graue piaculum est gloriæ vanæ amor, vt propter eum homines perire dicantur? Certè nimius in gloriam inanem affectus arguit homines omni addictos iniquitati. *Dicit ergo, omnia faciunt, vt videantur.* Omnia, inquit, *non hæc, aut illa. Hoc verò expulit eos omnino à charitate*, & omnia opera taxabilia esse manifestauit.

43. *Vt Iesus ostendat Pharisæos sepiè grauissimis piaculis, seu omni iniquitate infecti: eos asserit esse nimium gloriæ amatores.* Matth.23. Postquam Dominus Pharisæorum vanitatis amorem expressit, septem eorum vitia exposuit. *Væ vobis scribæ, & Pharisæi hypocritæ! Clauditis Regnum cælorum ante homines. Comeditis domos viduarum. Circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos. Dicitis, Quicumque iurauerit per Templum nihil est; qui autem iurauerit in auro Templi, debet. Decimatis mentam, & anethum, & cyminum: & reliquistis, quæ grauiora sunt legis, iudicium, misericordiam, & fidem. Mundatis quod deforis est calicis, intus autem pleni estis rapina, & immunditia. Similes estis sepulchris dealbatis, paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Ædificatis sepulchra Prophetarum. Testimonium estis vobismetipsis, quia filij estis eorum, qui Prophetas occiderunt.* Matth.23. Profectò tot scribarum, ac Pharisæorum vitia vnico verbo expressit Dominus, *Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus.* Inanis enim gloriæ nimius affectus omnimodam arguit iniquitatem. Nihil enim non aget, nulla non perpetrabit crimina, vt videatur pius & sanctus ab hominibus, qui osor est humilitatis.

44. *Dæmon vanæ gloriæ assumit omnia vitia ad animum sæ nequiora.* Matth. 12. De illo dæmone expulso ab homine, & ad ipsum redeunte Dominus ait, *Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.* Matth.12. Quinam, quæso, septem hi spiritus nequiores primo? Crediderim primum dæmonem esse vanæ gloriæ nimium affectum, septem nequiores illi spiritus vitiorum communitatem, quos inanis demùm gloriæ affectus ad animam adducit, vt fiant miseri hominis nouissima prioribus peiora. Belle

Ephrem. D. Ephrem Tract. de Pœnit. *Alij gloriam vanam mediante pœnitentia sibi comparant, & pro venia alium debitum trahunt. Hei mihi, quoniam quod ait Christus in talibus complebitur, atque firmabitur; quia septem alios spiritus nequiores se assumit, qui in eum ingressi habitant ibi.* Pharisæorum igitur inanis gloria septem væ, de quibus ibi Dominus induxit in miseros.

45. *Nabuchodonosor ob inanem gloriā,* Rex Babylonicus Nabuchodonosor sese extulit inaniter, *Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum Regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?* O miserum! Fallor nisi ad septem piacula deturberis, id est, omnium criminum malitia inficiaris. Vox auditur, *Tibi dicitur, Nabuchodonosor Rex, Regnum transibit à te, & ab hominibus eiicient te. & cum bestiis erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te.* Dan.4. Proxima verba preme. *Et septem tempora mutabuntur*, id est, septem capitalium criminum vicissitudini traderis, omnium criminum afficieris infectione. Richardus Victor. lib.1. de Erud. inter. hom. p.1. cap.41. *Vox ruit, cum sermo esset in ore, sub ipso videlicet adhuc gloriandi tempore. Tibi dicitur, Nabuchodonosor, tibi tam inaniter glorianti. Ab hominibus eiicient te. Ab hominibus eiectus ad bestias, & feras descendis, qui rationales mores deserens, cum bestialiter viuentibus sis ad omnem iniquitatem resolutus. En tempora septem.* *septem, id est, omnium criminum agitur vicissitudine.* Dan 4. Richard. Victor.

Profectò sicut vanæ gloriæ nimius amor arguit omnium delictorum infectionem: odium circa inanem gloriam omnium virtutem connotat ornamentum. Dominus monebat Discipulos. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Matth.11. Vnius humilitatis, ac submissionis edocet perfectionem & totius legis pondus suaue eis futurum indicit. Si humilitatem solummodo persuadere intendit, cur omnis legis obseruandæ gerit memoriam? Certè, quia qui inanis gloriæ fugit infici piaculo, omnium virtutum pulchritudine ornatus ostenditur. Pulchrè Paschasius lib.10. in Matth. *Tolle ergo hoc vitium vanitatis, seu inanis gloriæ de Clero, ne velint ab hominibus laudari: mox & cætera resecantur vitia.* Omnium virtutum animus fulgore ornatur. 46. *Qui vanitatem fugit, se omnium virtutū ornatū ostendit.* Matth.11. Pasch.

Saulus olim persecutor Ecclesiæ quasi omnibus piaculis inficiebatur. Quid Saulos? Salmeron tom.1. in epist. D.Pauli lib. 2. disp.2. Saulus nomen erat in Tribu Beniaminitica Regium, & hominis ex superbia Dauidem persequentis. Porrò *nomen Sauli in Paulum, id est modicum mutatum est.* Quemadmodum enim cum Saulus nominis præ se ferebat gloriam inanem Ecclesiæ veri Dauidis persecutor ostenditur: Sic cum abiecto inanis gloriæ affectu, se Paulum, seu modicum ostendit, ornatus omnibus virtutibus ostentatur. Beda, *Paulus in modico isto grandis erat, in minimo grandis habitabat; & tanto minus à se magnum excludebat, quanto magis minor erat.* 47. *Cum Saulus erat gloriæ inanis assertor, persequebatur Ecclesiam; cum abiecit, Paulus, inanem gloriā omnibus virtutibus ornatus ostenditur.* Salmer. Beda.

Psalmo decimo quinto hunc titulum Dauid præscripsit iuxta Hieronymum, *Humilis, & simplicis Dauid*, Hebraicè, *Aurum, siue deauratio Dauid.* Alij, *Corona, seu insignia Dauid.* Titelmanus, *Hunc titulum tanquam aureum insigne Regiæ nobilitatis indicium præposuit.* Regia Dauidis vera nobilitas sese virtuti omnino subiecisse. Cum ergo Dauid se humilem profitetur, simul ab omni vitio immunem, omniumque Regalium virtutum satellitio stipatum obiicit, *Corona Dauid.* 48. *Humilitati Dauidis sequitur omnium virtutum corona.* Psal. 15. Titelm.

***

Observatio VI.

Ad illa verba:

Omnia autem opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus, &c.

Vt Pharisæorum mores fugiat Christianus, curet omnia opera bona gerere cautela tanta, vt non possint ab hominibus videri.

Agnatum nempe virtutibus occultari.

49. Opera illa, quæ curabant Pharisæi hominum oculis exponi, erát ne iusta & recta? Minimè quidem, sed ficta omnino ex hypocrisis orta affectu. Vnde Dominus sæpe eos appellauit hypocritas: *Væ vobis Pharisæi hypocritæ*. Ideo *opera*, inquit, *sua* non *Dei opera*. Porrò virtutum operibus agnatum, tantæ cautelæ velamine obuului, vt non valeant ab hominibus aspectari.

50. *Laborat Dauid, vt gemitu supprimat, ne exaudiri possit.* Psal. 6.

Dauid dum pœnitentiæ affectu, lacrymas ac suspiria emittit, studet solo à Deo exaudiri. *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectū meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Psal. 6. Cur per noctes lacrymas profundit? Certè ne ab hominibus videatur tunc somno pressis. Quid si gemitus edantur? *Laboraui in gemitu meo.* Id est, totis viribus curaui lacrymas sine gemitus strepitu profluere, vt non posset ab hominibus exaudiri tot eos lacrymarū. D. Ephrem de Pœn. pulchrè. *Laboraui in gemitu meo. Cur ita? Vt nullus plane audiat. Nam gemitum prodentem retinere, negotium facessit.*

Ephrem. 3

51. *Samsonis virtus deperditur, vbi velamen capillorum aufertur.* Iud. 16. August.

Fœminæ instantiæ cedens tandem Samson, ei aperit vbinam tanta fortitudo resideret. *Ferrum nunquam ascendit supra caput meum, quia Nazaræus, id est, consecratus Deo sum de vtero matris meæ. Si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea.* Iudic. 16. Vbi quæritat Augustinus ser. 107. *Quid est, quod & in capillis virtutem Samson habebat?* Respondet, *Virtutem non habuit in manu, non in pede, non in pectore, non in ipso capite: sed in capillis, in crinibus.* Quare precor? *Quid sunt capilli, quid coma? Et nos videmus, & interrogatus Apostolus respondet nobis. Coma velamentum est. Et in velamento Christus habet virtutem.* Virtus est? Ergo velamento addicitur, ne ab hominibus videatur. Preme particulam, *Si rasum fuerit caput meum, recedit à me fortitudo mea.* Quia eo solùm tempore virtus in homine residere videtur, quo velamine absconditur.

Idem est velamen abiicere, ac virtute priuari.

Idem prorsus est, te velamen abiicere, & virtute priuari. Arcani ipsius roboro exemplo. Dum Samson secretum fortitudinis in ysterium animo occlusit, fortitudine potitus est. Mox autem ac ex pectoris abscondito transtulit in linguam, deperiit fortitudo. Haud aliter dum virtus velamine occludebatur, virtus erat; proiecto autem velamine, apparens, iam non virtus ostenditur.

52. *Perdit suas ieiunij virtus*

Discipulis sic Dominus, *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans.* Matth. 6. Quid si videaris? Quasi non ieiunasti. Chrysostomus hom. 21. in Matth. *Exhibete vos lætos sicut olim in festis diebus Iudæi cum lauabantur, vngebantur; & vt tantum thesaurum summo studio occultare, & conseruare studeatis.* Occultatur ieiunij thesaurus? conseruatur quidem. Non occultatur? perit sicut Samsonis virtus.

mox vt videtur? Matth. 6. Chrysost.

53. *Iudith abscondit ieiunium, ne pereat thesaurus.* Iudith 10.

Virtute ieiunij Iudith curat virtutem ad obtruncandum Holophernem comparare. *Factum est autem, cum cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum, vocauitque Abram suam, & descendens in domum suam, abstulit à se cilicium, & lauit corpus suum, & vnxit se myrrho optimo, & discriminauit crinem capitis sui: induit se vestimentis iucunditatis suæ.* Cap. 10. Omnis ornatus est ieiunij virtutis velamen. Preme particulam, *Discriminauit crinem capitis sui.* Quare comam pudicissima vidua ostentat? Certè vt virtuti ieiunij velamentum quemadmodum Samsonis virtuti, apponatur. Chrysostomus hom. 10. ex variis in Matth. *Dum ieiunium texit, de hoste triumphum victoria reportauit.* Quid si non tegeret? Victoria periret, si ieiunij fuerat virtute comparanda; quia virtus ieiunij non abscondita mox virtus desineret esse ieiunij!

Chrysost.

54. *Virtus absondita gladius inuincibilis aduersus hostes.* Iob. 19. Matth. 26.

O quam validum armamentum ad communiendos hostes virtus abscondita! Quare Iobus, *Fugite ergo à facie gladij.* Cap. 19. L X X. *Cauete & vos à tegmine.* Si virtus in publicum adducitur, acies gladij hebetatur; si tegmine supprimitur, exitialis hostibus ostenditur. Hinc Petro curanti virtute zeli Dominum defendere, & educenti è vagina gladium, Dominus ait, *Conuerte gladium tuum in locum suum.* An gladius tui zeli virtutem assignat? Abscondatur, tegmine addicatur, oportet. Nec enim virtus è tegmine abstracta, oculisque hominum exposita verè virtus est. Zelum euulgas Petre? Vereor, ne oculis hominum expositus, Christi Dei oculis vindicta videatur. Virtus enim abscondita, assolet euulgata in vitium conuerti.

55. *Vbi Samson reuelat secretum fœmina, virtus infirmatur.* Iud. 16.

Redeo ad Samsonis virtutem gladium fortissimum dùm tegmine claudebatur: non virtutem dum ad publicum adducitur. Nefaria fœmina Samsonem habebat in gremio. *Videns autem quod confessus esset ei omnem animum suum, misit ad Principes Philistinorum, ac mandauit: Ascendite adhuc semel, quia mihi aperuit cor suum.* Iudic. 16. Iam te ô infidelis vxor, victricem iactitas? Debellabitur proculdubio Samson. An non fortissimus hominum Dua. Fortis erat, sed iam infirmus ostendabitur. Rasisti ne capillos? Minimè. Alligasti virum? Solutus est. Vndenam autem iudicas priuatum iam virtute coniacere? Certè *quia mihi aperuit cor suum.* At virtus euulgata virtus esse non potest. Pulchrè Chrysostomus hom. 15. ex variis in Matth. *Et hunc tantum, & talem virum virtute, & sanctitate vxor sua secus inimicum decipiens alligans Pharisæis tradidit. Vnde illa mulier illi tam forti viro præualuit? Subdola irrepsit in præcordia mariti simplicis, & importunis obsecrationibus fatigatum arcano illo virtutis suæ mysterio spoliauit atque ita derasis crinibus virtute nudatum funditus euertit.*

Chrysost.

56. *Christi virtus abscondita triumpham agit.* Luc. 1.

Propheta asserit Christi fortitudinem absconditam exitialem futuram hostibus. *Ibi abscondita est fortitudo eius.* Ab vtero Mariano cœpit virtus Dominica abscondi. Fatur Angelus, *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.*

tibi. Luc.1. Tanta virtus ad Mariæ obumbrationem? Profectò Verbi fortitudo abscondita venit dimicatura. Bernardus serm.4. in Psalm. *Qui habitat, Obumbratia Maria facta est ab Spiritu sancta, ad celandum videlicet tam incomprehensibile Sacramentum.* Cur celatur? Ad debellandum hostem necessarium erat celari virtutem? Certè Dominus personam peccatoris exerens, nos edocet pugnaturos, eam virtutem prorsus hoc nomine dignam non esse, quæ sine tegmine cum hoste concertare progreditur. Verus enim Samson Dominus tunc triumphum agit, cum arcana virtutis abscondit.

SECTIO SECVNDA.

Discipulorum Christi Humilitas.

TEXTVS.

VERS.6. AMant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis. 7. Et salutationes in foro, & vocari ab hominibus, Rabbi. 8. Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus est enim Magister vester: omnes autem vos fratres estis. 9. Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim Pater vester, qui in cœlis est. 10. Nec vocemini Magistri, quia Magister vester vnus est Christus. 11. Qui maior est vestrum, erit minister vester. 12. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit exaltabitur.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Quonammodò sit Discipulis prohibitum, vocari, aut vocare Magistrum, & patrem?

1. *Doctoris fundum piaculum gloria mundi appetitus.* Chrysost.

AMant autem primos recubitus in cœnis, &c.] An peccatum, Pharisæos in cœna, aut in foro, aut in Synagogis primatum expetere? Respondet Chrysostomus, *Profectò erat Synagoga locus humilitatis.* Nec decebat, Magistrum, apud humilitatis locum appetitum vanitatis exponere. Certè *licet in cœnis, & in foro non esset peccatum primatum quærere: at Doctori Ecclesiæ peccatum est. Doctor enim vbilibet se Doctorem gerere debet, simplicem scilicet, & humilem. At si primatum diligere malorum fomentum est: quid erit, procurare?*

2. *Volūt Pharisæi, vocari, Rabbi.* Caiet.

Et vocari ab hominibus, Rabbi.] Hilarius, *Volunt vocari Rabbi, Magistrum salutis æternæ respuentes.* Caietanus, *Volunt vocari, Rabbi, non prebendo gloriam vero Doctori. Est enim facile, non præbere gloriam Deo, eum, qui se vt Doctorem vult honorari: non verò vt Christi ministrum, quasi enim, qui non acceperit, glorietur.*

3. *Discipuli iussu minimè.* Hilar.

Vos autem nolite vocari, Rabbi, &c.] Hilarius, *At Christus suos in contrarium docet, scilicet vt meminerint, omnes se fratres esse, filiosque vnius Patris, & per noua generationem natiuitatis terreni ortus excessisse primordia, & gloriam honoris æterni humilitatis conscientia capescendam.*

Thom. D. Thomas, *Nolite vocari, Rabbi. Vnus est enim, qui doctrinam habet a se, reliqui ministrant. Agnosce, te non à te habere doctrinam; nec enim eam dare potes cui volueris. Est Doctor sicut Medicus. Medicus enim ministrat, sed natura infirmi sanat. Ita Doctor exterius docet, sed intellegendi principium est natura, in qua Deus operatur.*

Omnes vos fratres estis, &c.] Caietanus, *Hæc pars ad sequentia, non ad præcedentia referenda est. Sumus vero omnes fratres secundum animam rationalem, quam nullus nisi solus Deus dat.* Dixit Dominus, *Vnus est Magister vester Christus, non vero dixit, Vnus est, Pater vester Christus, sed, Vnus est Pater, qui in cœlis est, quia Christo, vt homo, non conuenit* (cum Cardinali loquor) *quod sit pater aut animæ, aut gratiæ.* Chrysostomus hom.74. *Neque vocemini Magistri, quia nihil à se sciunt: & Paulus, & Apollo non se Magistros vocant, sed ministros. Neque Pater principaliter. Deus enim est Principaliter omnium Patrum, & Magistrorum causa. Magister vnus Christus. Etiam Pater Doctor est, sed non prædicat, quin sit Filius Doctor.* 4. *Omnes Discipuli fratres.* Caiet. Chrysost.

Igitur ab hoc loco, *Vos autem nolite vocari Rabbi*, vsque ad verba, *Væ autem*, & vna est, & facilis sententia, ne Pharisæorum mores Discipuli imitentur. Non prohibet Patrem, aut Magistrum vel vocari, vel vocare in terris absolutè: sed comparatè, ad Deum, & ad Pharisæos, de quibus loquebatur. Ad Deum quidem, vt comparatione illius neminem putemus neque Patrem, neque Magistrum esse posse: & nè huiusmodi honoris, & amoris titulos illius amori, honorique præferamus. Ad Pharisæos verò, nè eo modo, quo illi, id est, ambitiosè, aut præceptores, aut Patres appellemur: aliòs vè appellemus, vti illi appellabant, qui dicebant, *Ego, quidem sum Pauli, ego autem Apollo.* 1. Cor.3. vt suo quisque Magistro gloriaretur. *Alioqui* (ait Maldonatus) *dubium non est, quin Patres, & Magistros & vocari, & vocare, nobis liceat.* 5. *Auctoris totius sectionis expositio.* 1.Cor.3.

Qui maior est vestrum, &c.] Exponit Hugo Cardin. *Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria.* Chrysostomus, *Nihil est humilitate præstantius, ideo toties fit de ea in Euangelio mentio. Et non solum dicis, Nò super* 6. *De exaltatione humilis, &c.* Hugo Chrysost.

superbiam; sed humiliarum; vt facilius reuocet nos ad meliora. A Pharisaica superbia Discipulos auocat, humilitatis gloriam, superbiæ exprimens abiectionem.

IN
IESVM CONCIONANTEM
PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS
CIRCA LITERAM,
EX DISCIPVLORVM CHRISTI HVMILITATE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Amant autem primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis.

Pharisæorum Magistrorum vitium accumbere, sedere: minimè laborare.

Taxantur, qui ex ministerio Euangelico, quod laboris est; reiiciunt, quod commodi, assumunt.

7. PHARISÆI Doctores expetunt accubitum, & cathedram non solùm ad vanitatis ostentationem: verùm ad otij commoditatem. Ex ministerio docendi amant accubitum, & cathedram vbi requiei indulgeant: non laborem, quem quidem reiiciunt. At veri Euangelij ministri nec accubitum, nec cathedram expetunt; sed operandi laborem amplectuntur.

8. Magistrorum Magistrum testor. Cum Ioannes Baptista agnum sine macula ostendisset, *Ecce Agnus Dei, audierunt duo discipuli loquentem, & secuti sunt* IESVM. Quibus Dominus, *Quid quæritis?* Illi autem, *Rabbi, vbi habitas?* Respondit IESVS, *Venite, & videte.* Ioan. 1. Miratur Chrysostomus, Christum domum habuisse, & obiicit: *Qualiter alibi ait. Filius hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Hic autem dixit, Venite, & videte, vbi habito?* Si domum habet, vbi manere possit, iam videtur habere vbi caput valeat reclinare. Profectò Christus domum habet, sed minimè accubitum, aut cathedram, vbi sedens ostendatur.

Christus domũ habebat, sed accubitum, aut cathedram minimè. Ioan. 1. Chrysost.

9. *In domo* (inquit Dominus) *Patris mei mansiones multæ sunt.* Ergo in domo Dei terrena nulla mansio aut sedes aspicitur. Quia ex mente Augustini, gloria est defectus terreni supplementum. Saturabuntur domo superna, qui in domo terrena fame fuere cruciati: ridebunt ibi, qui hìc plorant; pauperes in terris, diuites in cœlo ostentabuntur; quia gloria est defectus terreni supplementum. Igitur si in domo Patris mansiones multæ sunt, in domo Filij terrena nulla mansio, nullus accubitus, cathedra nulla. Ex Euangelico enim ministerio solum ambit laborem, nullum commodum expetit.

Domum terrena ipsum nullum sedis habet, quia in domo Patris multæ adsunt mansiones. Matth. 5. August.

10. Paulus Præsulibus, Euangelicisque Magistris ait, *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* 1. Timoth. 3. An ita, ô Pharisæe? Porrò hic non opus bonum, sed commodum appeteret ex Episcopatu accubitum, & cathedram. Veri Episcopi, probi Euangelij ministri Episcopatum desiderantes, opera, labores, incommoda expetere videntur, mente omnino ab accubitu, & cathedra auersa. Hieronymus ad cap. 3. Soph. *Videte, quid dixerit: Bonum opus desiderat, non dignitatem. Si autem despecto opere, solam aspexerit dignitatem, cito corruit.* Cur ô Pharisæe accubitum, aut cathedram expetis *opere despecto*? Ne stans, aut pergens corruam. Proh stultum ministrum! Qui accumbit aut sedet, cito corruit.

Qui Episcopatum desiderat, non accubitum, aut cathedram: sed laborem desiderat. 1 Tim. 3. Hieron.

11. Vidisti Sacerdotem Heli laborem muneris repellentem circa filiorum crimina taxanda: cathedræ hærentem dignitati? *Heli sedebat super sellam contrà viam spectans.* Audita autem populi Dei strage, *Arcaque captiuitate, cecidit de sella retrorsum iuxtà ostium, & fractis ceruicibus mortuus est.* 1. Reg 4. De sella corruit Sacerdos ille mysticè exprimens Sacerdotes desides, qui ex munere solùm ambiunt accumbere, & sedere. *Si autem despecto opere, solam aspexerit dignitatem, cito è cathedra corruit.*

Eli Sacerdos corruit ex cathedra, quia amabat accubitum. 1 Reg. 4.

12. Dei domesticis Euangelij ministris Præsulibus, Magistris, Concionatoribus indicitur labor; non accubitus offertur. An non corpus reficiendum ad laborandum? Ita planè, sed ab ipsa refectione, & commodo accubitus, aut cathedra aufertur. Debent enim domestici Dei cibum, seu commoditatis subsidia suscipere stantes, aut festinantes ad opera velut Hebræi cum agnum typicum manducabant. *Comedetis festinanter.* Exod. 12. Fortis mulier Dei quidem prouidentia est, quæ domesticis prouidere dignatur. *Dedit prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis.* Prouerb. 31. LXX. *Dedit cibaria domo, & opera ancillis.* Cur domo cibaria dantur, & ancillis opera impenduntur? Domo accubitus adscribitur ad refectionem more Hebraico, non domesticis; quia Domini ancillis, seu operariis Dei datur cibus absumendus simul cum operatione, non

Domestici Dei comedũt non accumbentes, sed festinantes. Exod. 12. Prou. 31.

in accubitu, non in cathedra. Certè dantur cibaria ancillis, sed non sedentibus, aut accumbentibus, verùm numquam non operantibus; *festinanter* enim comeduot. Ambrosius, *Numquid manducandum, & vacandum*, aut sedendum? *Non vtique. Nam illa qua aedit escas domo, dedit & ancillis opera.*

Ambros.

13. De Salomonis accubitu sic, *En lectulum Salomonis sexaginta ambiunt fortes ex fortissimis Israel: omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi.* Cant. 3. Strabus, *Sexaginta fortes in lectulo accumbunt.* Ergò in domo Dei accubitus est, requies militibus præparatur. Profectò domus Dei, vbi militibus fortissimis lectulus, seu sedes ad accubitum præparatur cœlestis patria est. *Lectulus veri pacifici, in quo Rex cum sanctis accumbit æterna beatitudo est.* In domo Dei, seu Ecclesia militanti sanctis nunquam datur accubitus.

Solum in cœlesti domo accumbunt sancti: in terra minimè. Cant. 3. Strab.

14. Apud tribunal Salomonis geritur fœminarum causa circa filium mortuum, & superstitem. Sistitur infans in medio, iubet Rex puerum diuidi, quæ furata fuerat puerum clamat, *Nec mihi, nec tibi: sed diuidatur*, maleote vera matre in tergum aduersariæ concedi. 3. Reg. 4. Vbi Guarricus serm. 3. de Nat. in falsa matre proclamante diuisionem infantis contemplatur Pharisæos Magistros, falsosque Euangelij ministros, qui ex munere expetunt accubitum & cathedram, à labore, seu opere, separati: sibi curant adscribi accubitum, aut cathedram, alijs vero laborem. *Illa nec mihi, inquit, nec tibi: sed diuidatur. Quia sanctitatis cupit sibi retinere honorem*, accubitum, cathedram: *Et alijs relinquere laborem.* Hi planè domestici diaboli, non Christi ex Euangelij ministerio sibi laborem, alijs accubitum, ac cathedram adscribentis.

Improbus minister vult diuidi munus, sibi accubitus, & cathedra: alijs labor ministerij. 3. Reg 4. Guarric.

Observatio II.

Ad illa verba:

Et vocari ab hominibus, Rabbi.

Quam stultè Pharisæi amant primo accubitui, aut cathedræ adscribi, vt omnibus præponerentur. Verius primum locum obtinerent, si nouissimo amarent hærescere.

Humilitas enim necessariò suos eleuat amatores.

15. Anselmus, *Amant Pharisæi primos accubitus, & cathedris primus adscribi in Synagogis, & vocari Rabbi; quia quasi mercedem suæ religionis gloriam vanam sequantur.* O quam stulte ad gloriam obtinendam, primos accubitus, aut cathedras assequendum amant primo accubitui, aot cathedræ adscribi? Profectò si amarent accubitus, nooissimos, inferioresque expeterent cathedras necessariò primis accubitibus, ac cathedris locarentot. Nam quemadmodum amans primos accubitus, ad nouissimos deturbatur: expetens plane oouissimos, primis abscribitur.

Anselm.

Dominus requirit à Petro, *Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei, Etiam Domine, tu scis, quia amo te.* Ioan. 21. Non requirit à te Dominus, an illum diligas: sed an eum plus Discipulis omnibus ames? Non respondit Petrus, *Tu scis, quia amo te plus his*, sed, *quia amo te.* Quare precor. Aliquando se præposuerat omnibus Condiscipulis, *Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego non scandalizabor.* Quia Petrus amauit primo accubitu inter fratres collocari, omnium nouissimus factus est abnegans ter Magistrum. At tunc cum non audet se reliquis præponere, sed expetit nouissimo accubitui amandari: super omnes eleuatur prima cathedra, primu honoratur accubitu: *Pasce agnos meos, pasce oues meas.* Toletus noster, *Vt humilitatem eius Dominus omnibus manifestaret, quod iam cæteris non se præferre, nec comparare ausus esset, rogat, Petre diligis me plus his?* Quid autē Dominus hac humilitatis manifestatione intendit ostendere? Certè quam apte, imò quam necessariò quodammodò Petro primam cathedram, Ecclesiæque Claues tradiderit humilitatis vtrique agnata eleuatione. Nouissimum amat accubitum, & ideo primo ex necessaria humilitatis eleuatione fuit adscribendus.

16. *Curat Dominum, Petrus se omnibus submittit, vt ostendat, quasi necessario omnibus esse præpositum.* Ioan. 21.

Tolet.

17. Aliquandò Iosephus primum accubitum, & cathedram paterna expetebat in domo. *Vidi per somnium Solem, & Lunam, & Stellas adorare me*, &c. Porrò à fratribus proditus, & Ægyptiis est traditus in mancipium. Vt non solum amans primum accubitum, nouissimo adscriberetur: verum omninò priuaretur accubitu perpetuo seruitio amandatus. At cum in carcere constitutus nulli se præfert, potius amauit se ipsis delinquentibus vinctis supponere: primum accubitum, & cathedram obtinuit. Ambrosius ad Psalm. 118. *Sciuit Ioseph sibi ipsi obfuisse, quod prælatus erat fratribus. Etiam pius amor miseriam prælationis inuenit: prælatio armauit fratres; humilitas autem conciliauit externos, prælatio concitauit germanos, humilitas Regem subditum fecit.* Sit Iosephus Prorex, non Rex Regis: subdatur eius imperio Regnum, sed non Rex. Profectò humilitas Iosepho subditum fecit Regem. Quia videlicet accubitum nouissimum amanti supremus debetur. Vndè dum Iosephus amat, de ingenio mancipij vinctorum fieri seruos: nouissimum omnium accubitum expetens, supremo erat amandandus: *Humilitas Regem subditum fecit.*

Ioseph cum fratribus præponi, nouissimo loco adscribitur; omnibus submissus, omnibus præponitur.

Ambros.

Imò & ipsi Regi præpositus fuit ex necessaria humilitatis summa ad summum accubitum ascensione.

18. Rex Babyloniæ Danielem velut subditus adorauit. Captiuus ad tantam gloriam vndenam, precor, eleuatus? Certè quia Daniel nulli se vnquam prætulerat, semper locum nouissimum sibi elegerat: ideo ei supremus debebatur, ipso Rege adoratore. Chrysostomus hom. 26. in epist. ad Hebr. *Daniel habebat innumeras sui extollendi occasiones, sed sciebat, quod hæc omnia ei aderant, eo quod non extolleretur. Hæc*, inquit, *omnia.* Omnibus donatur, super omnia constituitur, supra Regis thronum accubitum collocat, quia omnium expetiit sibi nouissimum aptari.

Daniel ab ipso Rege adoratur velut Deus, quia ex profundissima humilitate angustissimū locū tenebat. Chrysost.

19. Hoc ingenio vsus Dominus (sic liceat humilitatis eleuationem necessariam exaggerare) vt ab omnibus adoraretur creaturis. Mundum condidit, hominem excitauit: nec audio Adamum & Euam Conditorem supremo accubitu imperatorem adorauisse: potiùs contempsisse

Dei Filius, omniū Conditor, non adoratur ab hominibus, at exinaniti

dum

tur, alevatur ab omnibus. Phil. 2.

dum præceptum transgrediuntur. Profectò Deus semetipsum exinaniuit, *factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltauit illum: vt in nomine* IESV *omne genu flectatur.* Phil. 2. Mors Crucis nouissimus accubitus est, vbi Dominus, *accubans requieuit vt leo.* Genes. 49. Cum igitur accubitum eligit nouissimum, ad supremum à cunctis adorandus eleuatur. Ambrosius, *Quanta fecit Dominus, audeo dicere, & non flexi ei genu? Sed flexi ei, postquam se humiliauit.*

Gen. 49.

Ambros.

20. *Qui imitatur Iesu humile, accubitum inueni: non dum Creatorem, & miraculorum patratorem emulatur.* Matth. 11. Vrban.

Ideò Dominus clamat, *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.* Matth. 11. Amatis (ac si diceret) primos accubitus, vbi animus requiescat? Discite à me non quia verbo vnico mundum exædificaui: tunc enim Adami malitia accubitus mihi datus non est; *sed quia mitis sum, & humilis:* humilitatis enim necessaria eleuatione primo accubitui adscriptus ascendi. Debeo cogitationem hanc Vrbano IV. ad Ps. 50. *O humilis celsitudo! Quam vere, si voluisses, dicere potuisses: Discite a me fabricare Auroram, & Solem; siue discite a me, quatriduanos mortuos suscitare. Sed quia potentior est solidissima humilitas, quam sublimitas: idcircò potius dicere voluisti, Discite à me, quia mitis sum, & humilis.*

21. *Dauid curat se nunquam non ab omnibus submittere; vt i nunquam non supra omnes, ad Dei gloriã, ascendat, Pater Iesu.* 2. Reg. 6.

Didicit Dauid à Filio, dum post gloriosissimos victoriarum triumphos se se coram Deo adeò submisit, vt antè Arcam saltatores comitaretur. Cur, ô Rex, ita te deijcere veritus non es? *Viuit Dominus,* (ait,) *quia ludam ante Dominum, qui elegit me potius, quam patrem tuum,* ô Michol; *& quam omnem domum eius, & præcepit mihi, vt essem Dux super populum Domini in Israel, & ludam, & vilior fiam plusquam factus sum.* 2. Reg. 6. Cur vilior fies *plusquam factus fuisti?* Certè Dauid vidit se ex submissione super omnium capita ascendisse; vidit ab humilitate euectum ad thronum Israëliticum Regium accubitum; vidit ex humilitate fuisse omnibus præpositum. Vnde curat adhuc vilior apparere, adhuc ad nouissimum locum properare, vt necessaria humilitatis eleuatione sic ascendat quotidie, vt Dei Filij Parens exsurgat, fante Matthæo, *Liber generationis* IESV-CHRISTI *filij Dauid.* Cap. 1. Quod si requiras, cur Dei Filius filius Dauid fuerit apppellatus priusquam *Abraham,* cum Abrahamus fuerit ipsius Dauidis pater? ex mente Augustini respondeo, ex humilitatis submissione præpropera festinantius ad supremum Deitatis accubitum quodammodò ascendisse.

Matth. 1. *Submittendo se ad nouissimum locũ, ascendit ad Iesu paternitatẽ prior Abrahamo?*

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Qui autem se exaltauerit, humiliabitur.

Curat Dominus, Pharisæos ab exaltatione mentis, seu vanitate auocare, obiiciens eis necessariam exaltationis humiliationem.

Agnata enim est exaltationi, ac vanitati conturbatio, deiectio, confusio.

22. Hugo.

HVgo Cardin. *Qui se exaltauerit, necessario humiliabitur. Ita dictum est. Superbum sequitur humilitas.* Ose. 2. Vndè si expetitis eleuari, & primis cathedris addici, studete submissioni. *Qui maior est vestrum, erit vester minister.* Exaltationi operam exhibetis? O quam consequens necessario humilitas! *Ita dictum est, superbum sequitur humilitas.*

23. *An quo fortissimo corruat ex vanitate, non ex validissimis libidinum tentationibus.* Gen. 3.

O quotiens diabolus consequentia necessaria vanitatis fecit corruere eum, quem totus vitiorum exercitus non poterat debellare. *Sed & serpens erat callidior,* &c. Diaboli calliditas ostenditur. Gen. 3. Vndenam sapientia tentatoris exeritur? Certè id tentaminis genus adinuenit, quo necessaria quodammodo homini ruina pararetur. *Eritis,* ait, *sicut dij scientes bonum, & malum.* Hinc didicit diabolus homines sanctissimos debellare, eos curat vanitatis aura impleri, & facili negotio conturbat. D. Gregorius Turon. de Vit. Patr. cap 15. *Sancti Dei, quos nullus libidinum aculeus incessit nullus concupiscentiæ exagitauit stimulus, quos nullius luxuriæ cœnum in ipsa (vt ita dicam) cogitatione tentauit: astu tentationis elati, visi sunt esse iustissimi, & ab hoc iactantia cothurnosa perflati supercilio, sæpius corruerunt. Factumque est, vt quos non valuit maiorum criminum gladius trucidare: leuis vanitatis fumus addictos facilè pessundaret.* Quia scilicet *superbum sequitur humilitas,* id est, quasi necessitate consequentiæ vanitas inferat humiliationem.

Gregor. Turon.

24. *Ideo Paulus dicitur carnis stimulo gloriari: ne vanitatis vulnus excipiat.* 1. Cor. 12.

Hinc Paulus, *Nè magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet.* 2. Cor. 12. Qui mille victorias ab horribilibus animi hostibus fuerat consecutus, veretur ad singulare extollentiæ, seu vanitatis certamen afferri? An Hercules fortissimus vilissimi cancri pauebit occursus? Quam iustè timet Dux Euangelicus copiaculo vel leuissimo infici, cui agnata ruina. Ambrosius lib. 2. de Virg. pulchrè ait, *Paulus carnis stimulo gloriatur, quod sibi, ne extolleretur, prouisum est.* Quid stimulus carnis? Certè tam horribilis hostis vt fortissimos Duces debellarit. Testor Dauidem, & Samsonem. Cur ergò Paulus gloriatur carnis stimulo, si tam formidabilis hostis exsurgit? Equidem quia luxuriæ tentamini non agnata ruina; multi enim viriliter mundi allectamenta superarunt. At extollentiæ quodammodò necessaria conculcatio. Vnde Apostolus quasi gloriatur carnis stimulo, vt liber possit esse ab extollentia *quam sequitur humilitas.* Addicit Ambrosius, *Illecebrosa iactantia est, quam etiam Paulus veretur: lubrica, quæ etiam in Paulo cauetur.*

Ambros.

25. *Sal euanescens solò ministerio conculcationis seruire potest.* Matth. 6.

Aiebat Dominus, *Quod si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Matth. 6. Pro verbo, *Infatuatum* alij legerunt, *Euanuerit.* Quid sal euanescens nisi Doctor egregius vanitatis aura elatus? Cuinam elatus Doctor poterit ministerio deseruire? Ad nihilum valet, nisi *vt ab hominibus conculcetur.* Officium salis euanescentis, conculcari ab hominibus; quia vanitati agnata est humiliatio. O salis miseram deiectionem! Quod ad supremum

mum ministerium docendi, prædicandi poterat deseruire: *Ad nihilum vales vltrà, nisi vt conculcetur.*

26. Apud Isaiam Angeli ad hominum conuersionem immittuntur. *Ite Angeli veloces ad gentem expectantem, & conculcatam.* Cap 18. Quænam illa gens expectans. Ex Petri Bless. mente, gens vanitatis amatrix, *quæ omnia sperat,* nullum culmen adeo augustum excogitari potest, quod sibi ambitiosus non speret. Igitur gens illa expectans apposité *conculcata* dicitur; quia necessariò ambitio deiectioni, ac despectioni addicenda est. Bernard. serm. 2. ad cap. 6. Isa. *Eunt superbi, insolescant magis, extollantur, inflentur, appetant semper in cumulo apparere, vt à plenitudine eiiciantur.*

Gens ambitiosa, necessario conculcata est.
Isa. 18.
Petr. Bless.
Bernard.

27. Gloriatur Babylonicus Imperator, *Non ne est hæc Babylon magna, quam ego ædificaui in domum Regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cum que sermo adhuc esset in ore Regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex, Regnum transibit à te, & ab omnibus eiicient te, & cum bestiis erit habitatio tua.* Dan. 4. Contendit se ad thronum Deificum eleuare, & ad nouissimum creaturarum locum ascendit, cum bestiis computatus. Richard. Victor. lib. de erud. inter. hom. p. 1. cap. 47. *Certè videt, quid agat superba gloriatio. Gloriatio meretur deiectionem. Ibi cecidit, cum superbè satis glorificaret se ipsum.* Sicut meritum submissionis est exaltatio: exaltationis meritum est deiectio. An Deus sapientissimus merita non discutiet? An Deus iustissimus vnicuique merita non impendet?

Ambitionis Rex accepit vanitatis meritū necessariò à iustissimo Iudice reddendum.
Dan. 4.
Richard. Victor.

28. Dominus aiebat, *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ.* Matth 6. Cur Dominus curat hypocrisim Pharisaicam à ieiunij virtute ablegari? Pharisæi gerunt ieiunia, *vt appareant hominibus ieiunātes. At receperunt mercedem suā,* nempè ab hominibus despici, & conculcari. Quia *gloriatio meretur deiectionem.* Vt ergò ieiunium Christicolarum non tradatur agnatæ vanitatis suffocationi, ac abiectioni: monet IESVS suspicionem vanitatis, seu ambitionis à ieiunio ablegari. D. Thomas, *Sciebat enim Dominus, gloriam vanam ex omni bono procedere: ideo spinam vanæ gloriæ, quæ nascitur in bona terra, iubet præcidere; ne suffocet fructum.* Ipsa enim inanis gloria opprimit bonum semen, & ad terram deiicit, & conculcat. Vt agnoscas, conculcationem, ac deiectionem ex ambitionis piaculo adeo esse necessariam, vt ab ipsa gloria vana conculceris: *Spinam vanæ gloriæ, iubet præcidere, nè suffocet fructum.*

Ipsa vanitas conculcat hominem, & virtutē, quin meret ambitiosi conculcari est.
Matth. 6.
Thom.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Amant primas cathedras in Synagogis, &c.

Non taxantur Pharisæi, quod cathedras amarent, seu docere proximos expeterint: sed quod primas cathedras honoris causa quærerent.

Euangelij minister non quærit, quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi.
Ant. de Escub. & Mend. Tom. IV.

29. AN Dominus Pharisæos taxat, quod cathedras amarint, quod docere alios expeterint? Minimè; qui enim *Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Porrò ex eo taxabiles ostēdit illos, quod primas cathedras, honoris causa requirerent. Qui Dei gloriam quærit, infima cathedra delectatur, quæ infimorum est eruditio. At qui primam ambit, signum exhibet perspicuum, propriam gloriam requirere, non IESV. Profectò veri Euangelij ministri vnicum Dei honorem, & proximorum salutem exquirunt.

30. Sacerdotibus indicitur, *Pones in Rationale iudicij Doctrinam, & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino. Et gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini semper.* Exod 28. Preme particulam *Doctrinam.* En cathedra Doctorum? An primaria? Certè doctrina est, cathedra est; minister Euangelij non curat de cathedræ sublimitate, sed doctrinæ impendit studium, intendens planè coram Domino docere ad eius gloriam, & populi vtilitatem. Arnol. Carno. Tract. de verb. Dom. *Quod qui hac veste induitur, in qua litteris Doctrina, & Veritas impressa est, conscientiam doctrinæ, & veritati* (non cathedræ sublimitati) *pectus suum intelligat: neque debere secularibus propriis lucris occupari.*

In Sacerdotis pectore solum resideat affectus circà Dei gloriā, & proximi salutē: non circà iallā cathedrā.
Exod. 28.
Arnol.

31. Euangelij ministris monita illa diriguntur: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.* Matth. 10. Nimia planè à terrenis rebus abstractio ministris Euangelij indicta est. Cur ita? Crediderim Dominum, huiusmodi à terrenis abstractione voluisse ministros veritatis soli doctrinæ ad Dei gloriam & proximorum salutem intendere. Ambros. lib. 6. in Luc. *Qui possunt, qui volunt, ad eum deriuare tractatum, vt spiritualem tantummodo locus iste formare videatur affectum: qui velut indumentum quoddam videatur corporis exuisse.* Bernard. pergit epist. 42. *Hoc tanto puritatis intima bono gloriari non potest veraciter, nisi qui extrinsecas gloriolas perfectè respuerit. Nec enim purè valet Dei, vel proximi quærere lucra, qui propria non contempserit,* qui cathedræ ambiuerit sublimitatem.

Omne circà propriū commodum affectus Euāgelico ministro interdicitur.
Matth. 10.
Ambros.
Bernard.

32. Dauid adhæc, *Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem.* Psalm. 103. Exponit August. lib. 15. de Ciuit. cap. 23. *Eos, qui natura spiritus sunt, facit esse Angelos suos iniungendo eis officium nunciandi.* An spiritibus præcelsioribus augustioris annunciationis iniungitur ministerium? Aliquando præcelsior Angelus ad augustioris negotij annunciationem missus est: (Gabrielē testor.) At plerúque sine distinctione sublimis annunciationis aut infimæ spiritus augustissimi assolent mitti. Hi planè igni comparātur. Et ministros tuos ignem vrentē. De igne fatur Auson. *Ignis natura semper vrere, & æquali vi cedros ac pinos inflammare: ne fumarij pastorū vilitate abstrahitur: nec regij camini sublimitate allicitur.* Euāgelij minister ignis planè exurēs cūctos, diuites edocens, pauperes informās. An diceret ignem camini ambire celsitudinē, fumarij horrere vilitatē? O Euangelij minister, cathedra infirma sufficit ad docendum: quid ambis augustam? Si ignis es, non decet te fumarij aspicere qualitatem, sed vim exurendi exercere oportet.

Angeli debent esse Euangelicā ministri, solummodò studentes doctrinæ, non cathedræ sublimitati.
Ps. 103.
August.

33. Pontificem fidelem Dominus laudibus extulit. *Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Do-*

Minister

 minus

Si solus docet constitutum super familiam; non super cathedram hanc, nisi illâ, soli Deo, ac proximo intendens.

minus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Cur non dixit super cathedram esse constitutum, sed super familiam? Quia ipsa Dei familia quasi cathedra est, super quam Doctor collocari debet, vt soli docendi ad Dei gloriam, & ad proximorum Dei vtique domesticorum, studio litetur. Bernardus citatus, *Fidelis Pontifex, seu Doctor est, qui constitutus super familiam Dei bona qualibet per manus, vel os suum transeuntia, siue diuina beneficia ad homines, siue hominum vota ad Deum columbino oculo intuens, nihil sibi retentat ex omnibus; nec populi requirit datum, sed lucrum: nec Dei gloriam vsurpat sibi. Acceptum talentum non ligat in sudario, sed partitur nummulariis, à quibus & vsuras recipit non sibi, sed Domino.* Quam alienus huiusmodi operarius à cathedræ sublimitatis aut abiectionis respectu!

Bernard.

34. Videns profatur Ioannes, *Septem Stellæ Angeli sunt septem Ecclesiarum.* Apoc. 1. Chrysostomus hom. 13. in Matth. *Exactissimè sublimioris vitæ fundamentum voluit iacere. Nam cum ad vniuersi terrarum orbis magisterium ipsos missurus esset Apostolos, ad Angelicam vt ita dixerim disciplinam ex humana vita traducit.* Hi Angeli, qui quidem sublimioris omnes speciei, hæ Stellæ, quæ planè *differunt qualitate* super æqualem cathedram collocantur. *Vidi septem candelabra aurea.* Ibid. Super hæc candelabra septem Angeli, Stellæ fulgentissimæ aspiciuntur. An superius seu inferius candelabrum. Minimè. Si differunt luminaria vti Stellæ claritate: differunt candelabra siue cathedræ sublimitate. Absit: etenim perfecti Euangelij ministri haud curant huic, vel illi candelabro, aut cathedræ aptari: sed Dei gloriæ ac proximorum saluti lucere.

Licet ministri Euangelij differant claritate, aqualibus videntur candelabris, seu cathedris aptari.

Apoc. 1.

Chrysost.

Observat. V.

Ad illa verba:

Et patrem nolite vocare super terram; vnus est enim Pater vester, qui in cœlis est.

Monet Dominus Discipulos Dei filios effectos, rursùm ad terrenam prosapiam minimè declinare.

Turpe enim Christicolæ Dei filio, iterum se, admisso piaculo, terrenum profiteri.

35. AN Dominus parentibus honorem impendi prohibet? Quonammodò prohiberet, qui de honorando parente præceptum indixerat? Quid igitur Christus intendit, cum dicit: *Patrem nolite vocare super terram?* Respondet Auctor Imperfect. *Ex quo cælestem te esse professus es, ex quo Patrem tibi vocasti de cælo dicens: Pater noster, qui es in cælis; turpe est, vt iterum te profitearis terrenum, patrem tibi vocando super terram.*

Imperf.

36. Paulus Christicolis, *Vt sitis filij Dei sine reprehensione, in medio nationis prauæ, & peruersæ.* Phil. 2. Ac si diceret, constituti in medio prauæ nationis tuæ, cognationis scilicet humanæ, filius Dei effectus, non debes rursum admisso piaculo, te hominis filium ostentare. Hieronymus ad Demetriad. *Sicut filij Dei immaculati. Non est hortatio vehementior, quam qua nos Scriptura filios Dei vocat. Quis enim non erubescat, & metuat, tanto Patre agere aliquid indignum: vt qui dicitur Dei filius, ipse efficiatur vitij seruus?*

Nos vocari Dei filios, est vehementi exhortatio, vt virtuti studeamus.

Phil. 2.

Hieron.

37. Conditurus hominem Dominus profatur, *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Gen. 1. Si ad imaginem faciendus homo, cur ad similitudinem extruendus dicitur? An similitudo quiddam adijcit ad imaginem? Respondet Origenes lib. 3. Periar. *Imaginis dignitatem in prima conditione percepit homo. Similitudinis verò sibi possibilis perfectionem ipsi sibi eam propria industria studiis ex Dei imitatione consciscit.* Vndè ad huiusmodi similitudinem acquirendam qui ad imaginem factus iam est, fatur Ioannes, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Cap. 1. Erat plane filius Dei per imaginem ex conditione, accipit autem potestatem, vt fiat Dei filius per similitudinem. Quomodo ergo homo Deo Patri assimilabitur? Certè virtutum exercitamentis obsequium præstando tanta quidem perseuerantia, vt nulla mundialium vis possit nos à diuino Parente dimouere. Sic Bernardus lib. ad frat. de monte Dei, *Sed est alia magis Deo propinqua similitudo in quantum voluntaria, quæ in virtutibus consistit, in qua animus virtutis magnitudine, summi boni quasi imitari gestit magnitudinem, & perseuerantia in bono constantis æternitatis eius incommutabilitatem.*

Deo Patri assimilamur ex perseuerantia in iustitia, & sanctitate.

Gen. 1.

Origen.

Ioan. 1.

Bernard.

38. Paulus appositè, *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater.* Rom. 8. Spiritus ergo filiorum longe recedit ab spiritu *seruitutis iterum*, id est, à recessione à Patre cœlesti. Nec enim vna in sede morantur Pater Deus & peccati seruitus *iterum*. Anastasius Nizenus qq in Scrip. tom. 1. Bibliot. PP. *Qui Deum dixit Patrem, & peccatorum remissionem, & supplicij ablotionem, & iustitiam, & sanctificationem, & redemptionem, & filiorum adoptionem: & in eum, qui est, eiusdem generis fraternitatem, & spiritus suppeditationem confessus est per hanc solam dictionem.* Non potest enim Deum vocare Patrem, qui illa omnia bona non sit assecutus. Qui ergo Deum Patrem vocauit, æquum est, vt semper ostendat eam vitæ agendæ rationem, vt hac generis nobilitate non videatur indignus.

Spiritus filiorum Dei excludit affectum iterum ad seruitutem peccati ineundam.

Anast. Nizen.

39. Alibi Apostolus, *Eratis aliquando tenebræ, nunc autè lux in Domino. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & sanctitate.* Eph. 5. Lux hæc minuenda numquá, sed *vsque ad diem perfectum* producenda est. Hieron. *Si Deus lux est, & tenebræ in eo nunquam fuerunt; filij Dei filij lucis sunt; nec non si Christus lux vera est: filij quoque eius, ad quos loquitur, dicens: Filioli mei, adhuc modicum vobiscum sum.* Ioan. 13. *filij veræ lucis sunt.* Quidnam ergò vt filij lucis ambulare, nisi progredi, sinè tenebrarum irruptione, *vsque ad perfectum diem?*

Lux filiorũ Dei nunquã minuenda, sed prouidẽda vsque ad diẽ perfectũ.

Ephes. 5.

Hieron.

40. *Sic luceat* (fatur Dominus) *lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.* Matth. 5. An Pater nostris ex operibus rectis glorificatur? Certè ex hoc capite nostrum ostendit se esse Parentẽ. Cyprian. l. de zelo, & liuore, *Si hominibus lætũ est, & gloriosum, filios habere consimiles: & tunc magis*

Patrem cælestem bonis operibus glorificamus, & parentem nostrum esse ostendimus.

Matth. 5.

Cyprian.

magis generasse delectat, si ad Patrem lineamentis paribus soboles subcrescens respondeat: quanto magis in Deo Patre lætitia est, cum quis sic spiritualiter nascitur, ut actibus eius, & laudibus diuina generositas prædicetur. Quæ iustitiæ palma est, quæ corona, esse talem, de quo Deus non dicat, Filios generaui, & exaltaui, ipsi autem postbac spreuerunt me. Isa. 1.

Isa. 1.

41. An filius Dei possit vocitari homo mutabilis, qui hodie filius ex virtutum similitudine die autem crastina voluptatibus litat obsequium? Nyssenus orat. 2. de Orat. Domin. *Deum incorruptum, iustum, & bonum Patrem dicimus, ut ea integritate propinquitatem referamus: eamque veram esse ostendamus. Nam bonus Deus non habet bonum naturam, ut sit Pater malæ electionis, & instituti; neque eius, qui est vita profanatus, qui est sanctus; neque qui à peccato est morte affectus, is, qui verè est vita; neque ut eius, qui ignominia affectibus, ac perturbationibus se indecorè gerit, qui est purus, & immaculatus, neque ut eius, qui per auaritiam aliis facit iniuriam, qui est largus, ac beneficus; neque ut eius,* (attende) *qui mutatur, qui est immutabilis.*

Homo mutabilis non potest Dei aeterni, & immutabilis filius appellari.

Nyssen.

42. Proclamat Sponsa, *Venter eius eburneus distinctus Saphiris.* Cant. 5. Ex mente Procopij ventris vocabulo filij Dei exprimuntur, *Sanctorum vtique chorus, quem ipse in almam lucem protraxit, & fouit.* Chaldaicus Paraphrastes ad cap. 1. Cant. vers. 11. *Quo tempore legislator natura insculptam lapideis tabulis legem Moysi tradidit: illas ipsas tabulas appellauit lapideas tabellas, quibus diuini characteres perpetuo insculpti erant.* Igitur hinc ventrem Patris Dei siue filios agnosces, quod tabulæ sunt lapideæ, quibus perpetuò Patris optimi leges numquam non obseruandæ insculpantur. Chrysologus ser. 68. *Quia fuit tibi quondam pater, qui te resoluit in limum, qui te ad claustra duxit: & pertraxit ea serui: terram nesciat, amorem carnis ignoret, patrem pulueris non requirat, nihil in se vitijs licere permittat, qui Deum Patrem cælestem repetit ad naturam. Et qui se Dei filium credit actu, vita, moribus, honestate tanto generi respondeat, nè etenim ad terrena descendens, ad ipsam tanti originis tendat iniuriam.* An non sententia hæc nostræ clausulæ exhibet commentarium? *Et nolite patrem vocare super terram.* Id est, qui contempto Adamo ad Deum Patrem es eleuatus, haud rursum te operum iniquitate hominis filium exhibeas.

Filij Dei ut distinctus...

quam lege obseruarent.

Cant. 5. Chald.

Nihil indignum tanta filiatione gerat.





LIBER TERTIVS.
SERMO DE PRÆLATORVM HVMILITATE, SEV PEDVM ABLVTIONE.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput decimum tertium Ioannis.

Panegyrici Morales circa literam in Iesum Concionatorem.

PROLVSIO.

Dominici vitalis ligni FRVCTVS TERTIVS.



OST Agni typici esum antè institutionem Eucharistiæ IESVS pedes Discipulorum loturus à cœna surrexit, Petri licet aliquandiu resistentis pedes lauit, in exemplum simul & mysterium. Tanto enim exemplo ad veram animi humilitatem, demissionem, modestiam, & charitatem illos inuitat: imò puritatem Eucharistiæ sumpturis alimoniam, edocet necessariam. O quanto loquebatur affectu qui suos *in finem* dilexit alumnos, hoc est persistenter vsque in vitæ terminum. Hæc equidem Filij in homines dilectio à Deipara exprimitur. Christus *in finem dilexit?* Maria diligit in finem, prophetico ex ore locuta: *In charitate perpetua dilexi te.* Ierem.31. Ad quæ Laurentius lib.4. de Laud. Deip. *Maria charitas perseuerans est, quia numquam excidit, vnde & dicit filiis, In charitate perpetua dilexi. Similabatur enim charitas eius charitati Filij, de qua Ioannes, Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Si vsque in finem Maria diligit, eius quidem alumnos felicissimus finis expectat.

Ier.31. Richar. Lauren.

IOANNES CAP. XIII.	PARAPHRASIS.
VERS. 1. ANTE diem festum Paschæ sciens IESVS, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.	1. *PRIDIE Pascha, quod Hebrais Phase, id est, transitum sonat, quum sciret Dominus* IESVS, *quem nihil fugiebat, iam adesse tempus, quo & ipse festi dici vocabulo respondens transiret ex hoc mundo, ad Patremque, vnde fuerat profectus, rediret: cum semper dilexisset suos Apostolos, quos vt domesticos & amicos specialiter sibi delegerat: in ipso digressu potissimum rari cuiusdam amoris exhibuit indicia.*
2. Et cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotæ:	2. *Postquam igitur postrema illa cœna peracta esset, cum non ignoraret, iam, diabolo suggerente præcordiis, Iudam Iscariotem agere, vt se proderet Iudæis capiendum: cuius mentem sic auaritia pestis occuparat, vt tanta leuitate Magistri non fuerit à crimine reuocatus.*
3. Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.	3. *Cumque sciret, quod Pater nihil horum pateretur interire, quæ sibi seruanda tradidisset: sibique conscius esset, quod mox ad Patrem esset iturus, vnde profectus erat: tamen vt omnem ambitionis affectum penitus ab animis Discipulorum suorum eximeret.*
4. Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua; & cum accepisset linteum, præcinxit se.	4. *Surgit à cœna, positisque vestimentis, quo planè ministri gereret imaginem, accepit linteum, & sese præcinxit.*
5. Deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.	5. *Mox ipse misit aquam in peluim, & abiectissimam iuxta mundum officij functionem aggressus Discipulorum suorum pedes cœpit abluere. Porrò qui sese ad prædicationis Euangelicæ munus accingebant, qui Dominicæ mensæ participes esse volebant, oportebat, ab omnibus terrenis affectibus esse purissimos. Lauabat itaque pedes, & linteo quo erat accinctus & tergebat.*
6. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes?	6. *At cum peluim gestans, ad Simonem Petrum accessisset, eique procumberet, pedes illius loturus, exhorruit Petrus inauditum humilitatis exemplum, hinc suam imbecillitatem, hinc Domini dignitatem considerans: Domine, inquit, quid istuc est rei, quod paras? Tu ne mihi lauas pedes? Noui qui sim, & noui qui sis.*
7. Respondit IESVS, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.	7. *Detrectanti Christus respondit, sine me Petre, quod gero, perficere. Non leue est, non otiosum. Hoc, quid sibi velit, nondum quidem intelligis; sed postea cognosces, quod ego nunc ago, tibi fuisse necessarium.*

8. Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei IESVS, si non lauero te, non habebis partem mecum.

8. *Porrò Petrus adhuc magis fugit, dicens: Nunquam patiar, vt tu tantus mihi tantillo abluas pedes. Dominus autem vt recusationem licet ex amore profectam minis prohiberet, addit: Quid reluctaris Simon parum obedientis nomini agnate? Si non lauero te, non potes esse mei consors. Aut lauaberis, aut à mensæ, fœderisque mei consortio semoueberis.*

9. Dicit ei Simon Petrus, Domine, non tantum pedes meos; sed & manus, & caput.

9. *Petrus autem, qui feruido amore erga Dominum tenebatur, Domine, inquit, potius quam à te diuellar, non solum permitto tibi lauandos pedes, quando ita vis, sed & manus, & caput.*

10. Dicit ei IESVS: Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes.

10. *Ad hæc Dominus, Qui semel lotus est, non opus habet, vt denuo lauet. Iam enim reliquo est corpore mundus: nihil superest, nisi vt pedes lauet, qui terra contactu sibi nonnihil sordium colligunt. Vobis non lauo rursum corpus reliquum, solum pedes dilao: estis enim mundi tametsi non omnes.*

11. Sciebat enim, quis nam esset, qui traderet eum; propterea dixit, Non estis mundi omnes.

11. *Hac exceptione Iudæ Iscariotæ conscientiam taxauit. Nouerat enim à quo erat tradendus Iudæis. Ob hunc itaque dixerat, Mundi quidem estis, sed non omnes. Tanta erat Domini mansuetudo, vt cognitum non proderet cæteris, nec à lotione pedum secluderet.*

12. Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua: cum recubuisset iterum, dixit eis: scitis, quid fecerim vobis?

12. *Hoc igitur officio perfunctus* IESVS *erga duodecim Apostolos suos, recepit vestimenta sua, cumque suis rursum accubuit. Sed interim exemplum modestiæ, quod illis exhibuerat, rursum eorum infigit animis. Intelligitis, inquit, quid sibi velit, quod vobis omnibus pedes dilui?*

13. Vos vocatis me Magister, & Domine: & bene dicitis; sum etenim.

13. *Vos appellatis me Magistrum, & Dominum; idque meritò facitis. Sum enim verè, quod me dicitis.*

14. Si ergo laui pedes vestros Dominus, & Magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes.

14. *Quod si ego vestros ablui pedes, qui vere Magister sum, & Dominus: vos, qui inter vos fratres estis, & conserui: multo magis non grauabimini mutuis officiis inuicem deseruire.*

15. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

15. *Nam ideo tanto maior exemplum hoc vobis exhibui; ne vos inter pares pigeat imitari, quod ego Discipulis, ac seruis exhibui: pudeatque fratrem in fratrem, & conseruum in conseruum sumere supercilium, cum ipse vsque ad lauandos memet pedes vestros abiecerim.*

SECTIO PRIMA.

Iesv *occumbentis Dilectio.*

TEXTVS.

Vers. 1. Ante diem festum Paschæ, sciens Iesvs, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Paschate.

1. *De nomine Pascha.* Ante diem festum Pascha.] Nomen Paschæ est Hebræum, vt notat Hieronymus Matth. 26. à verbo פסח *Pasahh*, quod significat *transire*, inde Pesabh, significans *transitum*. Hinc assero, haud esse probandam etymologiam affirmantium, esse nomen Græcum à verbo, *πάσχω*, quod significat *patior*. Huic enim etymologiæ aduersatur scriptura Pascha à verbo Hebræo transeundi deducens, *Est enim Phase, id est, transitus Domini.* Exod. 12. (Exod. 12.)

2. *Pascha quatuor habet significationes.* Profectò Pascha quatuor habet significationes. Primò, significat agnum ipsum, qui occidebatur, & immolabatur. *Omnes mundi, ad immolandum Pascha vniuersis filiis transmigrationis.* 1. Esdr 6. (1. Esdr. 6.) *Vbi vis paremus tibi, comedere Pascha?* Matth. 26. (Matth. 26.) Secundo, Pascha significat celebrationem diei, in quo immolabatur agnus, qui erat decima quarta Lunæ. *Decima quarta die mensis Phase Domini est, & decima quinta solemnitas.* Num. 28. (Num. 28.) Tertiò significat Pascha totam solemnitatem, quæ decima quarta Lunæ ad vesperam incipiebat, & per septem dies Azymorum continuabatur; quamuis primus dies, qui erat decimus quintus esset omnium celeberrimus. Num. 28. Hoc sensu dicitur, *Fecit Iosias Pascha Ierosolymis.* 3. Esdr. 1. (3. Esdr 1.) *Prope erat Pascha Iudæorum.* Ioan. 2. (Ioan. 2.) Quartò, Pascha significat etiam animalia, quæ illis septem Azymorum diebus offerebantur. *Immolabis Pascha Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus in loco, quem elegerit Dominus.* Deut. 16. (Deut. 16.)

§. II.

De concordia verborum Ioannis cum cæterorum Euangelistarum textu.

3. *Conciliantur Euangelistæ.* Ante diem festum Pascha.] Cœnasse asserit Ioannes Dominum *ante diem Pascha*, reliqui Euangelistæ primo die Azimorum comedisse Pascha Christum affirmarunt. Porrò si dies primus Azimorum decima quarta die ad vesperam incipiebat, totaque die decima quinta durabat: ergo ante primum diem Azimorum Dominus Pascha comedit, quia *ante diem festum Pascha*. Matthæus, *Prima die Azimorum accesserunt Discipuli ad Iesvm, dicentes: Vbi vis, paremus tibi, comedere Pascha?* Cap. 26. (Matth. 26.) Marcus, *Primo die Azimorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei Discipuli, Quo vis eamus, & paremus tibi, vt manduces Pascha.* Cap. 14. (Marc 14.) Lucas, *Venit dies Azimorum, in qua necesse erat occidi Pascha, & misit Petrum, & Ioannem.* Cap 22 (Luc. 22.) Prima die Azimorũ agnum comedit? Quomodo igitur ante diem festũ Paschæ, si hic erat dies primus Azimorum?

4. *Respondetur difficultati, ex dissidio.* Respondendũ, tam Ioannem, quam reliquos Euangelistas noctem, & vesperam illam, in qua agnus edebatur decimæ quartæ diei Lunæ annumerasse, & diem sequentem appellasse decimam quintã. Porrò decimã quartam dixerunt Azimorũ diem, non quia in decima quarta comederent Azima: sed per Synedoche, quia illa nocte erant Azima edenda, ideo dixerunt diem Azimorum; noctem enim illam, & vesperã pro decima quarta computabãt, quãdo Dominus Discipulos immisit, vt præpararent Pascha illo vespere comedendum. Ioannes dixit. *Ante diem festum Pascha,* nempe vespere decimæ quartæ, quem etiam computans cum decima quarta dixit, *Ante diem festum*, id est, decimum quintum. Hic enim solennissimus erat dies, & solemnitas Paschæ dicebatur. Num. 28. (Num. 28.) Itaque Ioannes reliquis Euangelistis contrarius non est, sed nec diuersus, imò eadem dixit, & eundem diem significauit, nempè decimam quartam Lunæ: tamen vesperam computauit cum decima quarta, sicut & cæteri Euangelistæ. Sic Toletus & alij.

5. *Authoris facilior solutio.* Attamen facilius adhuc dixerim, Hebræos vsum scripturæ sequentes nunquam solitos esse appellare dies, nisi qui à nocte distinguantur: nec scripturam vnquam diem appellare, nisi eam temporis partem, quæ à nocte secernitur; noctes autem sequentibus diebus annectere. Ioannes igitur quando *Ante diem festum* dixit, diem non intellexit ab occasu solis; sed ab ortu. Quamuis ergo solemnitas festi ab occasu inciperet, tamen dies ab ortu suum habebat initium. *Ante diem* itaque *festum Pascha* fuit non illa præcedens inter decimam quartam, & decimam quintam diem. Profectò cæteri Euangelistæ diem primũ Azimorum appellarunt decimam quartam; quia in ea conficiebantur Azima comedenda nocte sequenti. A præparandis igitur Azimis decima quarta dies dicta est, prima Azimorum. Hic sensus Marci, & Lucæ: *Prima die Azimorum, in qua necesse erat occidi Pascha.* Pascha autem non occidebatur nisi decima quarta ante solis occasum. Asserit Iosephus lib. 2. Antiq. cap. 5. *Iudæos vocasse dies Azimorum octo.* (Ioseph.) Quod esse non potest nisi etiam dies decima quarta dies Azimorum appellaretur; non quod tunc ex præcepto comederentur Azima, (nam decimus quintus erat primus, cuius solemnitas erat ab occasu diei præcedentis) sed quia decima quarta conficiebantur.

6. *Locus Ioannis exponitur ex præmissis.* Hisce præmissis Ioannis locum sic exposuerim: *Ante diem festum Pascha*, id est, pridie quam pateretur Dominus, (festo enim Paschæ passus est) hæc, quæ narrantur, facta sunt. Cum autem passus sit decima quinta Lunæ, die sexta hebdomadæ: consequitur, quinta feria decima quarta Lunæ primi mensis anni, qui apud Iudæos Martius erat, hæc, quæ scribũtur à Ioanne, gesta esse.

§. III.

De veniente Hora IESV.

7. *Quando nam sciuerit Iesus, horam illam venire?*

SCiens IESVS, *quia venit hora eius.*] Sciebat Dominus, venisse horam. At non quando venit hora, primò sciuit, sed ab instanti Incarnationis suæ horam hanc sciebat. *Hora est, quæ nunc aduenit,* (ait Toletus) *non scientia, quæ antiqua erat.*

8. *Cur eius hora dicitur?*

Cur *eius hora* dicitur? Quia ab eo erat disposita, non fatali aliqua imposita necessitate. Erat *eius* secundum potestatem, non secundum necessitatem.

9. *Hora, vt transiret, ex Pascha significatione.*

Vt transeat. Erat quidem hora, vt transiret, obiret. Mortem transitum appellauit, quia ab vno termino ad alterum Dominus recedebat, manens semper eadem persona, quæ Dei erat Filius. Existimo Euangelistam respexisse Hebræi verbi similitudinem; sunt enim eiusdem verbi etymologia *Pascha,* & *Transeat.* Ac si Latine diceres: *Ante diem festum transitus.* Ipse enim Pascha nostrum immolatus est, vt nos simul transire efficiat.

10. *Terminus à quo, & ad quem.* Tolet.

Ex hoc mundo ad Patrem.] Toletus, *Optimus terminus transitus huius est ex hoc mundo, vbi miseria est: ad Patrem, vbi summa est beatitudo.* Cur transire de hoc mundo dicitur, si inuisibiliter mundo per prouidentiam non desistat adesse: & in Sacramento Eucharistiæ nobiscum maneat, fante ipso: *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi?* Matth. 28. Profectò quia ab hac mortalitate, & corruptione, & ab hominum oculis, & sensibus remotus: in cœlis immortalis, ac nescius pati, secundum humanitatem regnaturus proficiscatur.

§. IV.

De speciali obituri Domini dilectionis ostensione.

11. *Quosnam Dominus suos appellat?* Chrysost. Euthym.

CVm dilexisset suos, qui erant in mundo.] Quosnam Christus suos appellat? Chrysostomus hom. 69. & Euthymius, Vocauit suos qui erant in mundo, ad distinctionem eorum, qui mortui iam erant. Decesserant enim Patriarchæ, Prophetæ, & iusti multi. Cyrillus lib. 9. cap. 2. ad differentiam Angelorum dictum censuit. Est enim Christus omnium Dominus. Non placet expositio, quia amor hic, de quo Ioannes, erga homines est.

12. *Auctoris sententia.*

Reor ideo esse appositam particulam, *Qui erant in mundo,* vt significetur causa, cur à Domino huiusce dilectionis signa, & argumenta fuerint exposita. Discipuli enim, & innumerabiles electi adhuc hoc in seculo remanebant, ipso visibiliter recedente: quibus oportebat miris effectibus suum amorem feruentissimum declarare. Toletus, *Illud, erant, perseuerantiam significat, id est, adhuc erant, adhuc permanebant electi, & sui in hoc mundo.* Tolet.

13. *Quid, in finem diligere?* Chrysost. Euthym. Cyrill.

In finem dilexit eos.] Chrysostomus, Euthymius, & alij, *Vehementer dilexit eos:* ac si dicat, nihil omisit, quod vehementem deceret amantem. Nam cum eos relicturus esset, vehementem ostendit dilectionem. Cyrillus, *In finem dilexit, quia mortem subire propter eos non prætermisit.* Vera hæc.

14. *Expositio Auctoris.*

At literæ accommodatius, sic exposuerim: Quos ante amauit, etiam vsque ad mortem ipsam amare non destitit. Fateor hisce verbis indicari, vehementiora discessurum amoris documenta exposuisse; Ideo amor hic in finem exprimitur, vt magnitudo eius commendetur. Fateor, ita eos dilectos esse, vt mortem pro eis subire non recusarit; ideo amor hic adnotatur à Ioanne. Tamen sensus est, In finem dilexit, id est, vsque ad mortem amor ille continuatur, & post obitum perseuerat. Aliud est, quod verba significant, aliud propter quod dicta sunt. Significant, vsque in finem, seu mortem dilexisse: dicta sunt, quia argumenta dilectionis vberiora discessurus exposuit.

15. *Describitur amaris Dominici præstantia.* Tolet.

Porrò exuberantem Christi erga suos dilectionem sic Toletus Cardinalis pulchrè descripsit: *Amicorum huius seculi amor valde est imperfectus. Sero amare incipiunt, cito desinunt, parum amant. Sero incipiunt, quia magna pars vitæ iam est transacta, quando amici amicitiam ineunt. Citò desinunt, quia raræ sunt amicitiæ, quæ vsque ad mortem perueniant; quod si aliquæ tales sunt, morte complentur. Parum etiam amant; nam pauci sunt, qui vitam pro amico exponere sint parati: & qui amici vtilitati vehementer studeant. At Christus Dominus, etiam vt homo, perfectè suos dilexit Discipulos, & electos. Citò incepit, qui ab instanti suæ incarnationis intensissimè suos dilexit. Nunquam desiit, nec desinet; nam nec morte amor ille finem habuit. Multum, & suprà modum amauit, qui morte, & passione sæuissima, & horribili (quando patres etiam filiorum obliuiscuntur) imminente, adhuc tenerrimè amans, seipsum in cibum, & sacrificium perpetuum dedit.*

IN
IESVM CONCIONANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS.
CIRCA LITERAM.

EX IESV OCCVMBENTIS DILECTIONE.

OBSER

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Antè diem festum Pascha sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat.

Passionis hora specialissimè nota Christo, & specialissimè eius hora nuncupatur.

Dulcissima enim tam egregio amatori hora, in qua pro hominibus liberandis pati deberet: nulla Domino in Passione, ac morte amaritudo videtur extitisse.

16. QVænam illa hora, quam IESVS venire sciebat? Anselmus, *Hora eius est ipse dies Pascha, quo transires per Crucem, quæ est veritas illius figuræ.* Hunc diem, hanc horam Dominus specialiter venire dignouit, quia specialissime appropinquare cupiebat. Hora autem, ac tempus Christi appositè vocitatur; quia vnicum Iesu desiderium, pro dilectis occumbere. Hæc dulcissima Saluatoris hora nulla illita amaritudine, hanc specialissime venire sciebat, quia vni huic horæ quodammodo mens hærebat, ac desiderium.

17. Prædixit Zacharias, *Et erit dies illa, non erit lux. Et erit dies vna, quæ nota est Domino non dies, neque nox* Cap. 14. Vbi Cyrillus Ierosol. Cat. 13. *Quale est hoc ænigma: Dies illa neque dies est, neque non? Quomodo eam vocabimus.* Vocitemus eam *horam non diem*, & sit *hora* illa de qua Ioannes, *sciens Iesus, quia venit hora eius.* Profecto hora vel ad diem vel ad noctem debet attinere; vnde in hora illa vel dies vel nox: lux aut tenebræ. Profectò dies illa passionis. Cyrillus, *Dies illa passionis Domini, quam fecit Dominus, & illa dies nota Domino.* Igitur in illa die aut in hora illa neque dies neque nox; tam breuis enim fuit patienti Amatori, vt quasi volarit in instanti, nec videatur ad diei, aut ad noctis ditionem potuisse pertinere.

Tam breuis dies passionis Domino, vt nec hora sit, nec videatur esse tempus.
Zach. 14.
Cyril.

18. Psalmi multi hoc titulo inscribuntur: *Pro filiis Chore.* Annotat Origenes hom. vnica ad lib. Reg. *In Psalmis tantummodo illis, qui attitulantur, Filiis Chore, nihil amaritudinis vel austeritatis videtur inferri, sed hoc eis quasi diuina munere consensum est, vt nomini eorum Psalmi semper læta quæque contineant.* Age titulum illum exponas, Quid *Filij Chore*? Augustinus *Filij Chore sunt Christi suffixi in Caluaria monte fideles.* Profectò si Psalmi illi Iesu passionem, ac suffixionem exprimunt, quo iure asseruit Origenes, *In ipsis solis nihil amaritudinis, vel austeritatis videtur inferri; sed semper læta quæque contineant.* Certè quia nihil Christo dulcius, quam hora illa, qua pro dilectis sanguinem profundebat.

Nihil triste, aut amarū Iesu in eius passione, ac Cruce.
Origen.
August.

19. Dauid cecinit, *In Sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo: Exultauit vt gigas, ad currendam viam.* Psal. 18. Vbi Augustinus lib. 73. qq. q. 71. *In sole posuit tabernaculum suum, quod a Pilato flagellis cæsum est.* Quare se cæsum flagellis in sole collocauit? An vt ab omnibus videretur? An vt iniuria flagellati Domini terræ terminis daretur aspectanda? Profectò in sole se constituit flagellatum, vt qui horam vix passionis diem reputauerat, quasi interminabiliter (quotidie exoriente sole, & occumbente) pateretur. Vt sicut Paulus ob affectum tradendi pro Domino spiritum proclamabat: *Quotidie morior*: Sic Dominus ardentiori admodum profareturaffectu: *Quotidie flagellor.* Porrò & ipse *tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* Cum flagellatur, quasi è thalamo procedens obiicitur, Ideo sponsa. *Filiæ Ierusalem, videte Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis, & lætitiæ.* Cant. 7. Flagellatus, & spinis cinctus collocatur in Sole, vt diuturna possit esse tanta iniuria, ac passio amatori.

Quotidie
Iesus cupiebat flagellari.
Psal. 18.
August.
Dies flagellationis Iesu fuit desponsationis dies.

20. Ioannes ait, *Post hæc abiit* IESVS *trans mare Galilææ quod est Tyberiadis.* Cap 6. Preme particulam, post hæc, Maldonatus, *Id est, post necem Ioannis præcursoris.* Vt scilicet agnatam humanitati tristitiam de obitu dilectissimi propinqui solitudine relaxaret. Nam qui Lazari mox surrecturi obitum lacrymis est prosequutus, non mirum necem Ioannis mœrore honoraret, celebraret luctu. Rupertus quidem pulchrè ansam exhibet cogitationi: *Abiit trans mare, transmigrauit amara via, & difficili nauigatione, scilicet portatus ligno Crucis.* Hæccine ista doloris Domini ex nece Baptistæ relaxatio? Profectò tanti amatoris luctus nullo prius obiecto poterat ablegari, quàm dum in pelago materiali, illius maris contempletur amaritudinem, de qua ipse: *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.*

Vt Dominus se expediret à mœrore ex nece Ioannis concepti, pergit ad passionem, ac Crucis simulachrum.
Ioan. 6.
Rupert.

21. Hac quidem nocte post expressionem venientis horæ Discipulorum pedes abluit. *Sciens quia venit hora eius, vt transeat: cœpit lauare pedes Discipulorum.* Ioan. 13. Ad quæ bellè Cyprianus lib. 3. Epist. *Intuemur Dominum, qui tempore passionis non superbior, sed humilior factus, pedes Discipulorum suorum lauit.* Preme verbum, *Non superbior sed humilior factus.* An in passione haberet aliquid, vnde potuerit superbire? Certè tanta erat Iesu gloria pro hominibus pati, tam augustas putabat contumelias: vt si posset re aliqua superbire, ex passionis instaret instantia: *Quia venit hora eius.*

Christus ex passione adeò affectus gloria, vt quasi quodammodo superbiendi periculū incurreret.
Ioan. 13.
Cyprian.

22. Ideo sponsa dilectissima non audet cum Christo suffixo loqui. *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem.* Cant. 1. Bernardus, *Dum esset Rex. De ipso loquitur, non cum ipso.* Cur cum ipso non audet colloqui, quæ paulo antè proclamabat: *Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino. Trahe me post te,* Pergat consequenter, *Dum esses, ô Rex, in accubitu tuo.* O quam aptè de ipso sponsa, non cum ipso loquitur, quia tunc *sponsus erat* (loquor cum interlineati) *in accubitu Crucis.* Tanta autem gloria Christo erat suffigi pro hominibus, vt non audeat sponsa cum Domino tam ineffabiliter eleuato colloquium inire. Vulgariter exponam? *Ya no ay quien le habla.*

Non audet sponsa dilectissima cū Iesu suffixo loqui.
Cant. 1.
Bernard.
Interl.

23. An non mirabeteris dum Christum audis cum

Matte

Mirum, quod ipse Dominus cū Matre loqueretur, & officij fuisset recordatus. Ioan. 19. Ambros.

Matre colloquentem è ligno? *Mulier, ecce filius tuus.* Ioan. 19. Iam audiui Dominum è throno Regio Crucis latroni Regnum promittentem: *Hodie mecum eris in Paradiso.* Luc. 23. Ad quæ Ambrosius Lucam expendens: *Solus Ioannes me docet, quod alij non docuerunt; quemadmodum in Cruce positus, appellauerit Matrem, pluris putant, quod victor suppliciorum, atque pœnarum, pietatis officia diuidebat, quam quod Regnum cœleste donabat.* Ac si diceret, Dum donat Regnum augustissimæ potentiæ vim exerit Crucis sublimitati agnatam. Dum autem officium curat, Matris lludens obsequio: non videtur tantæ magnitudini Crucis digna prouidere. Necessum mihi vulgari idiomate me expedire: *No parecia cosa digna de tanta gloria, humanarse a cuidado, que no fuesse repartir Reynos celestiales: à seruicios. y no a beneficios.*

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Antè diem festum Pascha sciens Iesus, quia venit hora eius.

Venit hora lætitiæ, & Paschatis IESV, cum venit mortis hora.

Verum enim Pascha lætissimum planè tanto amatori, pro dilectis occumbere.

24. PRoximæ Obseruationis argumentum alio ex capite confirmo premens Paschæ vocabulum. Augustinus apud Saa, *Non est Pascha, vt quidam existimant Græcum nomen, sed Hebraum, quod transitum significat. Tunc enim primum celebratum est, cum fugientes ex Ægypto rubrum mare transierunt.* Addit pulchrè Anselmus, *Ipse dies Pascha Iesu, quo transiret per Crucem, quæ est veritas illius figura.* Paschalis dies transitus erat Hebræis, Domino transitus per Crucem Paschalis verè dies est.

August.

Anselm.

25. Vt transitus hic augustius à Domino celebraretur non pedes incedit, sed eques, sancti Ioanne: *Et ecce equus albus, & qui sedebat super illum, habebat arcum, & exiuit vincens vt vinceret* Apoc. 7. Transit ad Patrem eques Iesus vincens quidem. Quidam Interpres asserit equum album non tam bellum indicere, quam triumphum: *Exiuit vincens*, sed vt *vinceret*; triumphator enim Iesus hodie fidelium præcordia debellat. Vis describam triumphatorem? Doctor Angelicus ad 1. Pet. 4. *Dominus armatus fuit in Cruce. Habuit enim in capite galeam, non de auro, sed de spinis. Habuit loricam non de ære, sed carnem immaculatam. Habuit in manibus non lanceam: nec gladium. Sed magnos clauos manibus affixos. In pedibus quasi calcaria, clauos infixos. Pro equo verò habuit ipsam Crucem.* Hic habitus decet triumphatorem, hoc Pascha Domino celeberrimum, nouum planè.

Passionis dies Domino dies triūphi, verum Paschā. Apoc 7.

D Thom.

26. Discipulis profatur, sciens, *quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur, vt crucifigatur.* Mat. 26. Cur non dixit Pascha veniet, sicut Ioannes ait: sciens Iesus, quia venit hora eius; sed *Pascha fiet*? Vel quare non dixit, Pascha nominabitur? An quia Pascha nouum non vulgare, sed celeberrimum, quasi desiderio Domini effictum erat dies, in quo erat tradendus? Vulgariter exprimam, *Pascua hechiza.* Pulchrè Chrysostomus, hom. 80. *Non dixit, quia post duos dies tradetur, sed quia post duos dies Pascha fiet: & tunc adiecit, Et Filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Vt ostendat mysterium hoc esse maximè festum diem, atque solemnitatem, quæ ad salutem orbis celebratur.* Profectò *dies, quam fecit Dominus.*

Erat hæc Pascha dies Paschæ à nouo Patienti desiderio effictum. Matth. 26.

Chrysost.

Aut non Paschatis dies epulo celebrabatur? Præparatum erat Domino epulum tam abundans, vt sæpè memor epuli ieiunaret, vt auidior properaret ad mensam. Cum Dominus cum Samaritide loqueretur, accessere Discipuli profantes: *Magister, manduca.* Queis ille, *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Ioan. 4. Me quidem ieiunio præparo ad conuiuium, vbi satiabor. Propheta prædixit, *saturabitur opprobriis.* Paschasius Paschatis Iesu conuiuium expressit. *Manducauit Pascha cum Discipulis, manducauit & Pascha cum passus est, quando transiuit ex hoc mundo ad Patrem. Ego, inquit, cibum habeo manducare, quem vos nescitis; voluntas Patris est, vt calicem bibam. Ergò in cruce manducauit, & bibit, & inebriatus est, & dormiuit.* 27.

Christus diu ieiunauit, vt ad epulum Paschatis huius futurā dies opprobrijs præpararetur. Ioan. 4. Paschas.

An eques calcaribus vtebatur? Minimè quidem. Nam auctore Comico, *Non generosus equus, qui calcaribus indiget.* Aliqui Equitem Diuinitatem Domini exposuerunt, equum autem Humanitatem. Vt igitur Dominus transeat ex hoc mundo ad Patrem calcaribus minimè est agitatus: Transitus enim ipse Pascha erat patienti. Iudas *abiit, & locutus est cum Principibus Sacerdotum, & Magistratibus, quemadmodum illum traderet eis; & gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare.* Luc 22. Petierat enim, *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* An non audisti, quam facilè negotium Discipulo tradere hostibus Saluatorem. Quid si se Dominus ab Vrbe, & ab horto præripiat. Facilem reputo traditionem, quia nihil Domino iucundius, quam pro hominibus immolari. Cur saltem non pactus es cum illis ingentiorem pecuniæ vim tibi exhibendam? Quia quod facillimum est executioni non magno vendendum est pretio. Nihil facilius, quàm Christum agnum hostibus tradere, quia nihil Christo iucundius, quam verum celebrare Pascha, scilicet transeundo. 28.

Facillimum Iuda, Dominum tradere, quia ipse mori cupiebat, expetebat &c. Periander. Luc 22.

His qui illigaturi venerant Dominum Iudas profatur, *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite cautè.* Mat. 14. O piaculum prorsus infandum! innuere necessarium esse Dominum alligari, & cautè duci, vt ad Paschatis veri solemnitatem pergeret: peccatum quodammodo irremissibile. Ideo vidimus Iudam pœnitentia duci, pecuniam, (quod non facile pœnitenti) restituere: nec admittitur, sed laqueo se dedidit. Quare precor? Quia quodammodo inueniabile crimen, asserere Dominum vinculis indigere, vt ducatur ad Crucem diù desideratam. Origenes Tract 35. in Mat. ait, aliqua esse crimina quodammodo immedicabilia 29.

Quam immedicabile quodammodo Iudæ scelus, monentis, quod caute ducerent eum, qui mortem expetebat? Mat. 14.

Origen.

immedicabilia vri delictum Angelorum, de quo Dauid, *Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus ex Principibus cadetis.* Et addit, *Refertur hoc ad illum Principem, qui cecidit tanquam fulgur de cælo*; modo ad Iudam, Qui in morem illius Principis, velut immedicabiliter videtur cecidisse. Cur igitur Iudas sicut homo moritur ex peccato; & velut diabolus ruit quasi immedicabiliter? Certè quia diabolum malitia vicit, cum milites monuit, *Tenete eum, & ducite cautè.*

30. *Quasi immedicabile delictū Iudæ, pretium pœnitentiæ pro traditione Saluatoris currentis ad necem.* Orig. Mat. 27.

Addiderim, quia pretio tradidit eum, qui gratis omninò se tradere cupiebat; nè videretur, vllam difficultatem posse excogitari ab homine, vt Christus pro eius amore occideretur. Origenes ingens delictum, *vendere pretio volentem redimere totum mundum sanguine suo.* Conscientiæ aculeo punctus Iudas, *Peccaui*, inquit, *tradens sanguinem iustum, & abiens, laqueo se suspendit.* Matth. 27. *Retulit* ille *triginta argenteos, pœnitentia* ducitur, & tamen desperationis baratro absorbetur: nec admittitur pœnitens, nec restituens recipitur. Quid mirum si pretium exquirens, innuit difficilem esse aliqualiter, nec omnino gratiosam Christi Passionem. D. Maximus hom. 2. de Accusato Dom. *Referens Iudas Dominici sanguinis pretium, ait: Peccaui Accusator eius & confitetur de scelere, & reus est de mercede.*

Maxim.

31. *Velocior Iesus ad tradendum se morti, quam Iudas ad tradendum eum Iudæis.* Ioan. 13.

Cum Iudas & monitione illa: *Ducite cautè*, & pretij exquisitione, *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam*, innuerat Dominum ad necem subeundam, ad verum comedendum Pascha pigritate: Dominus voluit hominibus ostentare se velociorem ad necem tolerandam existere, quam Iudam ad procurandam, & exequendam traditionem. Iudæ Dominus, *Quod facis, fac citius.* Ioan. 13. An decens, ô Iesu hortari ad criminis meditati executionem peccatorem? Respondet acutè Origenes, Non hortatur ad culpam, *sed prouocat aduersarium ad pugnam.* Liceat mihi vulgariter exponere. *Apostemos ò Iudas, qual corre mas.* An tu ad tradendum? an ego ad moriendum? An vt tradas me Iudæis? an vt tradat Agnus carnificibus? Currit Iudas velociter, præcurrit Saluator suus *Cucurri in siti.* Apud hortum Discipulis Dominus proclamat, *Surgite eamus, ecce appropinquat, qui me tradet.* Mat. 26. *Que corre mucho Iudas, que va sobre apuesta, corramus: surgite, eamus*: ecce appropinquat, qui me tradet. Prius ego tradendus obuiar.

Origen.

Matth. 26.

Observat. III.

Ad illa verba:

In finem dilexit eos.

Verè Dominus nos dilexit in finem, id est, nihil prætermisit, quod valdè deceret amantem.

Profectò verus amor non verbis, sed operibus comprobatur.

32. August.

AVgustinus, *In finem dilexit, id est, vsque ad mortem: non tamen dilectionem mortis finiuit. Vel vsque ad finem dilexit, id est, vsque ad mortem dilectio eum ipsa perduxit.* Chrysostomus autem. *Dilexit in finem, id est, nihil reliquit eorum, quæ valdè amantem facere decet, perfectum amorem in eos ostendens: & hoc est, In finem dilexit eos.* Chrysost.

Non amat, qui se iactat verbis amare: sed qui operibus tacens ostentat. Sponsa tepiditatis ab sponso incusata, sic dilectionis vim manifestat: *Adiuro vos, filiæ Ierusalem, si inueneritis Dilectum meum, vt annuncietis ei, quia amore langueo.* Cant. 5. Quesnam probabimus documentis, te amore languescere, te dilectione vulnerati? Operibus expono *surrexi, vt aperirem Dilecto meo.* Acedia laboraui, profiteor, dum obiecerim, *spoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?* Attamen thalamum despexi, & surrexi, vt aperirem. *Manus meæ distillauerunt myrrham.* Mortificationis opera exposui. *Percusserunt me, tulerunt pallium meum.* Ei patientiæ obsequia litaui. *Dicite ergo ei, quia amore langueo.* 33. *Sponsa operibus ostendit se dilectione in Iesum vulnerari.* Cant. 5.

Fraternam correctionem Christus Discipulis indiceos fatur: *Si te non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos; vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.* Mat. 18. Vbi Chrysostom. mysticè asserit adhibendos ab homine dilectionis proximi documenta, testes amoris, ipsa opera expressa causa dilecti. *Habes* (inquit hom. 61. in Mat.) *iam testes* dilectionis fraternæ *opus a te tuum.* 34. *Adhibenda opera in testes dilectionum.* Mat. 18. Chrysost.

Periculum de Petri dilectione Christus gerit post negationem trinam. Simon Ioannis diligis me? At ille, *Domine, tu scis, quia amo te.* Ioan. 21. O Petre, non me in testem adhibeas dilectionis tuæ: (*Tu scis*) sed tua opera in testes adhibe. Ideo ter interrogans de amore, ter adiecit particulam, *Pasce oues meas, Pasce agnos.* Vt velut pastor Iacob, dilectionis in testes exhibeas opera charitatis. Cyrillus lib. 12. Cap 64. *Petrus amare se fatetur, & amoris sui Christum in testem citat.* Attamen non plene probauit, donec ex operibus ipsis ostenderetur: *Pasce oues.* 35. *Petrus probarilectionem instar Iacobi, pascendo oues.* Ioan. 21. Cyril.

CAPVT I.

Probat Christus se dilexisse in finem, dum pati, ac mori pro dilecto gestit.

PRimum testem dilectionis ineffabilis Dominus exhibet, dum pro dilecto gestit pati, & occidi. *Nemo*, inquit, *tollit animam meam a me, sed ego pono eam à me ipso, & potestatem habeo ponendi eam.* Ioan. 10. Potestatem exeris ô Domine, moriendo? Quis non crederet hominem potestate vsurum, vt se ab instante nece liberaret? O Domini dilectionem! D. Leo ser. 11. de Pas. *Crux Domini est in Crucifixi virtute, nam potestate suscipitur.* 36. *Potestate vtitur Iesus, vt moriatur pro dilecto.* Ioan. 10. Leo.

Christi suffixi species Prophetam in admirationem rapuit. *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum*, Zach. 13. *Quid?* An quid verè est, te plagis vulnerari, vel chimericum quoddam spectaculum? Omnipotentes manus configuntur, illigantur, & non in morem Samsonis, clauorum expediuntur à vinculis? En dilectionis ineffabilis miraculum, potestate configi. Exclamat Rupertus, *O magnum miraculum præsertim in Domino Dominatore omnium, plagas habere in medio manuum suarum.* 37. *Miraculum dilectionis Iesu, plagas habere.* Zach. 13. Ruper.

Iudæ

Iuda pedes abluit, et Eucharistiā ministrauit indigno O prodigium amoris! Cyril.

38. Inde pedes abluit Dominus, ei Eucharistiam indigno ministrauit, nec crimen curauit operire, ne antè tempus erumperet, fante Cyrillo, *Huius clementia magnitudinem quis non admirabitur: Videbat* IESVS *animum Iuda, cognouerat venenosa cum agitare consilia: honorauit tamen vt alios, & eius quoque pedes lauit, charitatem v, que in finem conseruans: & antequam crimina in exitum erumpant, illum non derelinquens.* Preme id: *Antequam crimina in exitum erumpant*, id est, antequam perficeret traditionem, non permisit eum à Collegio, ac à vita deficere. Quare, precor, si Collegium Apostolicum debebat, à tam improbo socio liberari: ideo enim recedente Iuda, Dominus iuclauauit; *Nunc clarificatus est Filius hominis.* Ioa. 13. antè dici festi instantiam multis retro diebus non fuit à sacro Collegio deturbatus? Certè quia Dominus patiendi anxius; noluit vnum iniquum recedere; ne ob defectum (sic liceat fari) traditoris nex eius differretur.

Tolerauit Iudam diu ne deficeret traditor ad necem? Ioan 13.

Ex dilectione ineffabili Dominus peccata tolerauit humeris Exo. 28.

39. An non ipsum Iudam tolerauit, onus quidem passione ac Cruce grauius? Vndenam huiusmodi affectus nisi ex ineffabili dilectione? *Portauitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum, quando ingredietur sanctuarium.* Exo. 18. Rationale super pectus pendebat ab humeris. Aptè quidem filij Israël, qui portantur in humeris, collocantur in pectore. Nec enim portare poteris: quem non amas. D. Franciscus Seraphicus Epist. 7. pulchè *In lege veteri summus Sacerdos portabat in Rationali iudicij, quod ex humeris super pectus pendebat, nomina duodecim Tribuum Israel. significans in hoc, quod vt Prælatus subditos suos in humeris portet, necesse est, vt eos in pectore gestet. Nam tolerare non poterit: quos amare desierit.* Tolerabat Iudam portabat in humeris? Ergo eum in corde gestabat. O charitatis ignis immensitas, cuius cibus tanta ingratitudo potuit ostendi!

Francisc

Propter vnū Thomam ouiculā errantem quasi iterum patitur. Ioan 20. Chrysol.

40. Vnus Discipulus velut errans ouicula à grege discesserat. *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. non credam.* Ergo vt credat Thomas Dominus profatur, *Infer digitum tuum & vide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus.* Ioan. 20. In corde gestabat, quem mirum in modum sufferebat in humeris. An non sine molestia manus ostentauit, & latus? Audi Chrysologum ser. 35. *Thomas Apostolus vt Christum Deum crederet, immisit manus, patefacit vulnera: & vt Christum crederet, iterum pati compulit Christum.* Quonammodo pati iterū cōpulit, si *Christus resurgens à mortuis iam non moritur?* Imo & quia iam moriturus non est, quodammodo cogitur rursum pati; quia tanto amatori durum non posse pro singulis errantibus ouiculis toties pati, & occidi quoties à grege separantur: *Iterum pati compulit Christum.*

Rursum Iesus sese offert neci ob dilectos libro vitali scribendos. Apoc 5.

41. Ioannes ait, *Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & seniorum Agnum stantem tanquam occisum. Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum Et cum aperuisset librum.* Apoc. 5. Liber ille prædestinatorū sit tibi Catalogus. Signatur liber, cum prædestinatorum absoluitur numerus. Nemo operit, vt alius possit vlterius scribi. At Agnus Patri tanquam occisum se ostendat stans quidem. Ac si dicat, O Pater speciem refero ocisi, me vero non fuisse occisum existima, rursum manus suffigēdas exponam sæpe quidem, vt cuncti homines vitali scribantur in libro. Bernardus ser. 2. de trib. mixt. *Merito flebat Ioannes, non inueniri, qui aperiret librum. Aperi tu librum Agne Dei vera mansuetudo. Fodiendas expone Iudæo manus tuas, & pedes tuos* O quam lubens Dominus se traderet sæpe quotidie neci, si resurgens ex mortuis adhuc moreretur: Vt liber vitalis nullam sine nominibus peccatorum ostenderet paginam. Bernard.

42. E Cruce pendens clamat, *Pater ignosce illis.* Luc. 23. Cur Patrem petiit, vt suffixores donaret venia; quam Dei Filius ipse eis poterat impertiri? Caietanus respondet, *Quod docuerat verbo, docet modo exemplo, orans pro crucifixoribus: & tanto affectu pro illis orat, vt Paternum impleret amorem.* An non Dominus ineffabili flagrabat amore? Cur ergo Patris amorem implorat? liceat mibi, vt respondeam profani Auctoris sententiam præmittere. *Patientia & amor aqua lance appenduntur.* Vulgariter quidem, *Al palo que amo, sufra*, Christus ergo Paternum implorat amorem, vt adiiciens lanci amoris immensitatem, possit immensam addere lanci alteri tolerātiam. Liceat iterum vulgariter loqui. *Qui erat amar mas, por sufrir mas.*

Curas Iesus Paternum amorem implorare, vt plus diligeret peccatores? Luc. 23. Menar. Græcus.

CAPVT II.

Probat Christus, se dilexisse in finem, dum omnibus suis diuitiis donat amatum.

43. SEcundum Dominus suæ ineffabilis dilectionis testem adhibuit amantis agnatam munificentiam. Tepidè amat, qui non liberaliter elargitur. Fauonius à Poëtis amoris ventus confingitur. Lucanus lib. 1.

Omnia impendit, qui amat. Lucan.

Genitabilis aura Fauoni.

Terra Fauonij flagrāti aura inspiratur, & amans suas diuitias prodiga exponit. Natalis Comes, *suas prodiga Tellus opes ostendat; dum Zephiro, hoc est, vento afflatur amoris.* Hæc humana profana dilectio. Natalis Comes.

44. Profectò diuinus Amor magis se nudum ex munificentia potest exponere. *Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo.* Deut. 30. Lxx. illud: *In corde tuo,* sic transferunt, *In manibus tuis.* Cor in manus conuertitur, cum afficiunt. Quidnam cor succensum amore? Totum quidem manus ad munificentiam, Augustinus lib. de Nat. & Gra. Cap. 69. *In corde ipso sunt spirituales manus. Si quis enim in corde affectum habeat, & amorem; eo ipso iam manus habet, quibus facilè possit per opera legem Christi facere* Preme illud: *Prope est verbum in corde tuo.* Verbum in corde amantis opus est, manus est. Vulgaris exponam. *El hablar, o el decir del que ama ha de ser dar.*

Dum cor ardet amore, manus munificentia vtuntur. Deut. 30. August.

45. O Christi plenam manibus dilectionem! Postquam Samaritanus cœlestis oleo & vino hominem cicurauit vulneratum, stabulario tradidit. *Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcumque supererogaueris reddam tibi.* Luc. 10. An non sufficeret ô cœlestis Medice, dilectionem vulnerato misero ostendisse, quam nec Sacerdos, nec Leuita expresserant: cur sumptus addidisti? Parum esset tanto amatori dilexisse, si non exposuisset agnata veræ dilectioni documenta. Bachiarius lib. de Recip. lap. *Magister noster à latronibus vulneratum non solum cura dignum indicat; verum etiam ad stabulum suum restituit, ac datis stabulario duobus denariis, maius ei premiū pollicetur.* Preme verbum.

Samaritanum cœlestem non solum amantis, occurrit affectu, sed sumptu, Leminimi vulnerato. Luc. 10. Bachiar.

verbum, *Ad stabulum suum restituit.* Si stabulū erat Samaritani, cur stabulario famulo pecunias tradit, & adhuc *maius præmium pollicetur?* Certè quia vera dilectio non esset, si prodiga non ostentaretur. *Suas prodiga Tellus opes ostentat.*

46. *Dominans animam inuitis Ionathas: sed & animam exuit, vt tradat dilecto.* 1.Reg.18.

Vis ostẽdam augustioris dilectionis effectus? *Iniorum David & Ionathas fœdus, diligebat enim eum.* Petiit iam vulgaris exaggeratio. *Amicus dimidium animæ*, si velut anima integra à Ionatha Dauid diligebatur. Quonãmodo Ionathas animæ suæ affectū expressit, vt possit Historiographus facere asserere, Dauidẽ instar totius animæ esse dilectū. Additur opportunè, *Nam expoliauit se Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam David, & reliqua vestimẽta sua, vsque ad gladium, & arcū suum, & vsque ad balteum.* 1.Reg. 18. Itáque expressum fuit à Ionatha Dauidẽ instar totius aniinæ fuisse dilectū? *nam* Ionathas se vestibus expoliauit, vt Dauidi dilecto impenderet. An non exuberantioris Iesu dilectionis documentum non iam vestes, sed animá totam pro dilectis hominibus tradidisse? Gentilis scripsit, *In quid amicū paro? Vt habeam pro quo mori possim; vt habeam quem in exilium sequar; cuius me morti opponam, & impendam.* Profectò in hoc Dominus parauit amicos, vt haberet pro quibus moreretur.

Seneca.

47. *Amor est porta angusta, vbi omnia relinquuntur bona, vt amato impendantur.* Mat. 7. Eph 3.

Hinc Discipulis, Intrate, inquit, *per angustam portam*. Mat 7. Ac si diceret, si me diligẽtem homines imitari curatis, angusta vobis porta ineunda est, in qua vel pellem in morem serpẽtis relinquatis. An non dixit Apostolus, *In charitate radicati, & fundati possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, & sublimitas, & profundum.* Eph.3. Si tam ampli charitatis, ac dilectionis sinus, quonãmodo per angustam portam intrare necessarium est ei, qui ad sinus se recipit charitatis? Profectò charitas amplissimos sinus expandit ab hominibus ad Deũ dum ascẽdit: omnes excipit, nullum abiecit: amicos amplectitur. At simul est ad angustias redacta portæ, id est, legis tam strictæ, vt cogatur relinquere diuitias, imo vitã amato. Paschasius ad hæc lib 4. in Mat. Satis itaque excelsa est charitas, dum vsque *ad amorẽ Dei* ex hominibus *erigitur. Satis vero deorsum angusta, cum etiam pro amore proximi nos mori velle, iubet.*

Pasch.

48. *Christus iniuit angustã dilectionis portam.* Cyril.

An Christus ipse, qui monet angustam esse dilectionis portam, ipsam inire noluerit? *Christus* (ait Cyrillus Alexand. ad cap. 13. Ioa.) *magis nos, quam seipsum amauit.* En charitatis amplitudinẽ. *Quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum.* An per angustam portam dilectionis intrauisse nudum diuitiis expressit donatis: seque ipsum impendit. *Nouus atque inauditus huius dilectionis modus. Nihil omnino dilectioni hominum antepofuit non gloriam, non diuitias, non corporis huius mortem.*

CAPVT III.

Probat Christus, se dilexisse in finem, dum Eucharistia epulum hac passionis instantia hominibus instituit.

49 *Exinaniuit se infinita Maiestas vt possit excipi ab hominibus.*

TErtium denique testem dilectionis suæ Dominus exposuit Eucharistici Epuli institutionẽ. Porro in hac sacerrima mensa melius quam in columnis Herculea manus, inscribere potest ille, qui *exultauit feruens vt gigas ad currendã viã*, Dilectionis meæ non plus vltra. Immẽsum ne recipiet humana exiguitas? Profectò se exinaniuit Domini immẽsitas, vt ab homine caperetur. Paulus ait, *Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit.* Phil. 2. Exinaniuit se immẽsus vt ab hominibus excipi posset. Dionysius Alex. Episc. ad Paul. Samos. *Hæc est inanitio Dei facta ad vsum nostrum, vt possimus capere eum. Hoc enim mysterium pertimescendum dicit Apostolus, cum ait: quod semetipsum exinaniuit, non relicto Patre vt a nobis capiatur. Ipsius verba offeram, cum dicit: Ego & Pater veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Exinamri vocat Apostolus capi à nobis Mysterium vita per manus eius incontaminatas, & incorruptibiles, & diuinas: vt possimus, qui sumus fideles eius, capere eum, & fieri mansio eius, accipientes eum totum.* Annon in finem dilexit, qui semetipsum exinaniuit, vt posset ab hominibus totus excipi? Doctor Angelicus Opusc. 58. cap. 5. *In hoc Sacramento est expressio summæ largitatis, & præcipui amoris.*

Phil. 2. *Dionys. Alex.* *Thom.*

An non dilectionis affectuosæ documentum, laboranti, ac desolato amico subuenire? Testor Martham, Mariam Dominum monentem, *Ecce quem amas infirmatur.* Ioan. 11. Cur non precantur, vt veniret? Quia amanti satis admodum dilectum laborantem aperuisse. Ergo augustissimum amoris Dominici documentum Eucharistiam instituisse ad laborantium Discipulorum, ad fideliũ leuamen, vt cum discessionem præparabat, cum illis remaneret. Fugiens Elias Reginæ Iezabelis, seu tygridis iracundiã, Angeli ministerio reficitur. *Et ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi surge, & comede, grandis enim tibi restat via. Respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis.* 3. Reg. 19. Vbi Abulẽsis quæst. 4. quærit, cur Elias non potius antea, cum per annos septem regio illa fame premeretur donatus fuerit cœlesti epulo? Certè quia amicus tunc speciatim subuenit eum dilectus afficitur extrema angustia. *Iste* (inquit) *Angelus duxit Elio panem vnum, & scyphum aquæ, eo quod Elias Elias dilectus erat in extrema angustia.* Cum Discipuli ob absentiam Saluatoris, cum sponsa ob recessum Iesu extrema laborabat angustia: (*Amans* enim ait Herodotus, *facilius mori, quam discedere*) cœlestis amator extremè laboranti succurrit sponsæ. 50

Documentũ affectuosæ dilectionis, dilecta afflicta Iesum Eucharistiã reliquisse. Ioan. 11. *3. Reg. 19.* *Abulen.*

Deus planè expressus in homine illo de quo Lucas, *Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.* cap. 14. Vbi D. Thomas ex Cyrillo in Cat. *Hic Conditor omnium parauit cœnam magnam in Christo peractam. In nouissimis enim temporibus, & quasi in occasu nostri seculi illuxit nobis Dei Filius & mortem pro nobis sustinẽs, dedit nobis propriũ corpus comedere.* Miror planè se excusãtibus diuitibus, solos pauperes hoc epulo frui, profante Domino, *Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cæcos, & claudos introduc huc.* Ibid. Pauperibus? Cur non principibus sicut Assuerus, *Fecit grande conuiuiũ cunctis Principibus, & pueris suis fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & Præfectis Prouinciarum coram se.* Pauperibus quidem Eucharisticum epulum Rex cœlestis præparauit, quia afflicti calamitatibus arctius amanti Domino colligantur, vt Dilectionis Eucharistiæ 51.

Præparauit cœna Eucharistica solis amicis desolatis, quos diligit Iesus in finem.

aptius vis exprimeretur, est enim incredibilis amoris affectus Gregorius hom. 37. in Euang. *Pauperes*, id est, *huius mundi aduersitatibus fracti, qui ad Dei amorem redeunt, compelluntur intrare in cœnam*, quamquidem Iesu amor in finem præparauit.

52. Paulus & Silas retro carcere recluduntur. *Media autem nocte orantes laudabant Deum, subito vero terræmotus factus est magnus ita vt mouerentur fundamenta carceris.* Act. 16. Ad quæ Chrysostomus. *Carcerē ingressa Pauli catena, omnia, quæ illic erant, Ecclesiā effecit, & Corpus Christi attraxit, & mensam spiritualem apposuit.* Vndenam Corpus Dominicum attractū est? Certè ex Pauli dilecti catena. Epulum enim sacerrimum ineffabilis dilectionis documentum afflictis dilectis apponitur, desolatis obiicitur. En tribus testibus stat verbum Dominicæ immensurabilis dilectionis.

Dilecti Pauli catena attraxit Corpus Christi, dilecto afflicto succurrens.
Act. 16.
Chrysost.

Observatio VI.

Ad illa verba:

In finem dilexit eos.

Miris effectibus Dei Filius suum ineffabilem amorem declarauit.

Vbi describo amantis veri conditiones. Cupit affici opprobriis, exinaniri, seruire, pati solus, in amati commodum.

53. Toletus sic particulam illam: *In finem dilexit*, exposuit: *Cum dilexisset suos, qui in hoc seculo erant permansuri, dilexit eos in finem, ostendens, & declarans amorem suum effectibus miris.* Qui quidem vehementem ostenderēt dilectionem. Vnde Chrysostomus hom. 69 explicauit, *In finē, id est, vehementer dilexit.* Ac si dicat, Nihil omisit, quod vehementem deceret amantem.

Tolet.
Chrysost.

54. An non amantis gloria pro dilecto opprobria subire? Iesu gloria, pro hominibus Crucis opprobrio affici. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum* Isa. 6. Quinā thronus excelsus. Strabus. *Qui peccator est, videt Dominum sedentem in valle Iosaphat, id est, iudicij. Qui iustus, & amicus est, vt Isaias, super solium excelsum. Vides humilem, & proximum terræ thronum eius, nempe Crucem.* Crux ne Domini gloria? *Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius.* Ioa. 12. Amico ergo gloria Domini obiicitur, cum Cruci suffixus Christus ostēditur; quia miræ dilectionis documentum est, Crucem pro gloria à Domino reputari.

Amāsse Iesu gloria Crucis opprobrium.
Isa. 6.
Strab.
Ioan. 12.

55. Vides Dei Filium ante Discipulorum pedes procumbentem, vt abluat? Contemplaris Regē cœlestem immūdissimi Iudæ pedes diluentem, indigni pectus sacramentaliter occupantem? An non hæc Deo indigna munia? Profectò Deo amanti digni ssima obiiciūtur. Pulchrè Tertullianus lib. de carne Christ. *Quodcumque Deo indignum est, mihi expedit. Natus est Dei filius, non pudet, quia pudendum est. Mortuus est Dei Filius, prorsus credibile, quia ineptum est.* Preme particulam. *Quia mihi expedit*: ad difficilis sententiæ expositionem. Expedit mihi, quodcumque Filius Dei gessit, quia amans ineffabiliter est operatus, quod videtur tantæ indignū Maiestati. *Non pudet eum, natum fuisse, quia pudendum erat.* Amans enim indigna quæque dignissima reputat, si expediant amato. Quis credat Dei Filium mori potuisse? Immortalia ne potuit subiici mortis potestati? *Prorsus credibile, quia ineptum est.* Amanti enim *in finem* nihil non aptum obiicitur, si mihi expediat amato.

Quod indignum est, Dei amāti est dignum si expediat amato.
Tertul.

56. Ex Theophylacti mente, non tam Iudæi, quam diabolus eorū ore proclamauit: *Si Filius Dei es, descende de Cruce.* Mat. 27. *Diabolus*, inquit, *rursus se ingerebat, ad tentandum Christum, vt si a Cruce descenderet, certus fieret, quod non est verus Filius Dei. Sed ipse Dei verus existens Filius, non descendit.* Imprudentia videtur diaboli astus laborasse, dùm reputat signum esse, quod non sit Dei Filius, si è Cruce descendat. An non aptius argueret, si Dei Filius est, poterit se à Cruce expedire, vt descendat? Profectò ex hoc mirifice dæmonis sapientia ostētatus. Sciebat ille, quàm immenso amore Dei Filium erga homines affici, quorum salus ex Crucis opprobrio. Ideo ratus, impossibile esse quodammodo, posse se Dominum à Cruce expedire, cui ob amati hominis salutem fuerat illigatus.

Reputauit Diabolus, impossibile esse Dei Filium se a Cruce expedire, qui ob amorem fuerat illigatus.
Mat. 27.
Theoph.

57. Quantum quis ostentat amantis, tantum imprudentis exponit; quia cæcus est amor, voluntas arripit intellectum. Ait Laurentius Iustin. Hist. de cœl. Connu. cap. vlt. *Ignitus amor semper meditatur noua, & insueta componit, impatiēs namque cum sit, cogitare non desinit, quomodo ardentius diligat.* Amor meditatur, & cogitat. Certè amor cogitans & sapiens solius Dei amor est. Quid meditatus est? quid hodie cogitauit? sub habitu stultitiæ hominibus præsentari, vt facilius credatur esse dilectio, voluntaris affectus: dum ab intellectus operatione magis videtur abstracta. Paulus egregiè. *Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Nos autem prædicamus Christum crucifixū, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiā.* 1. Cor. 1. Dei dilectio sub habitu sapientiæ non ostendebatur, quia mundus credit amorem sapientia inopē exhiberi. Ideo Dei Filius sub stultitiæ specie expressit actiones, vt amantissimus ostenderetur. Chrysostomus pulchrè, *Quoniam in Dei sapientia, quæ apparet per opera, per quæ voluit cognosci, non cognouit mundus per sapientiā Dei amorē: placuit Deo per stultitiam saluos facere credentes. Prædicamus Christum crucifixum, quod Gētibus dilectus stultitia, & per illam persuadentur, vt appareat, eius, qui prædicatur dilectionem esse infinitam.* Nam *in finem dilexit eos.*

Christus se ostendit insipientem, vt ardentiorem exponeret se amātem.
Lauren. Iustin.
1. Cor. 1.
Chrysost.

58. Dum vides Dominum Discipulorum pedes abluentem linteo præcinctum, non ne potius famulum profiteris? *Præcinget se, & faciet eos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Luc. 12. Quis præcinctum linteo Dominum fecit hodie ministrare Discipulis nisi vehemens dilectionis operatio. *Non rapinam arbitratus est* (ait Paulus) *esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.* Phil. 2. Ergo si formam serui non accepisset, arbitratus esset quasi rapinam esse Patri æqualem? Ita planè affirmauit Iustinus Mar. *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Si enim illam formam serui non accepisset, quasi rapinam arbitratus fuisset, esse se Deo æqualē.* Liceat vulgari idiomate expendere: *Pareci era le auer hurtado la Deidad, y que no era suya, si no la auatiera aser sierua por el amado.*

Quasi rapinam reputaret, esse se æqualem Deo, si non acciperet serui formā, Discipulorū pedes diluens.
Luc. 12.
Phil. 2.
Iustin.

Memini

59. Memini me apud Marium legisse *amorem sibi pondera reseruare, dilecto lenamina adscribere.* Certè Iesus incredibilis se dilectionis saucium ostentat, dum hac passionis instantia nihil sic curat, quam sibi soli tormenta adscribere, dilectis cómoda præparare. *Torcular*, inquit, *calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum.* Isa.63. Ideo permisit percusso pastore oues dispergi, vt ouiũ incolumitati prouideret. D. Thom. sic, *Torcular calcaui solus, Torcular, id est,* Crucé, qua, pondere passionis pressus, hostes calcauit, solus patiens, & vincens. Et de gẽtibus, non est, ait, vir mecum in auxilium, quia eo relicto omnes fugerunt.

Sibi soli adscribit onera passionis, vt commoda reseruet amantis. Mari. Isa.63. Thom.

60. Iden comprehensoribus, *Quem quæritis?* Illi, *Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire.* Ioa.18. Preme particulam, *si ergo.* Quænam hæc ô Domine, consequentia? *Si me quæritis, ergo sinite eos abire.* Certè amans ardentissimè, quasi consequentiæ vi cum ipse patitur reputat se toti passioni singulariter addicendum, ad omnimodam dilectorum incolumitatem. Chrysostomus hom.8 in Ioan. *Si ergo me quæritis sinite, hos abire. Quasi dicat, si me quæritis, nihil vobis ad hos commune est ad pœnas scilicet infligendas: ecce me ipsum trado. Vsque ad vltimam horam ad suos dilectionis conseruantiam* demonstrat. *In finem* etenim *dilexit eos.*

Passurus, iubet hostes, vt abire sinãt amatos, vtì solus pati possit. Ioan 18. Chrysost.

Observatio V.

Ad illa verba:

In finem dilexit eos,

Specialissimum suum erga homines Dominus discessurus ostentauit amorem, dans operam Eucharistiæ institutioni, vt doceret Discipulos, quonammodo ad mortem se præparare deberent.

Assero egregiam ad mortem præparationem esse mori; in vna enim morte instrueris ad alteram.

61. Toletus noster premit sic adhuc particulam, *In finem dilexit eos. Cum horam, quam sibi ad patiendum, mortemque pro hominibus subeundam elegerat, aduentasse sciret: quos amore suos, qui erant in mundo, prosecutus erat antè, etiam passioni, & morti proximus prosequi non destitit, quod magis argumentis, & signis declarauit, sua enim carnis, ac sanguinis sacramentum reliquit, ac doctrina cælesti instruit.* Quanam eos instituit doctrina relinquens eis Eucharisticum epulum? Profectò eos edocet, quonammodo vtiliter ad mortem præpararentur: nempe moriẽdo: vt mox prima, disponeret animum ad secundam. *Statutum est singulis hominibus semel mori.* Vndè si mors vnica haud homini salutaris existit, sine medicamine perire cogetur. Ideo Christus dilexit nos in finẽ, edocẽs hodie, quonãmodo poterimus bis obire.

Tolet.

62. Quæsierim, quare Dominus non reseruarit solemnitati Resurrectionis, Eucharisticã mensam instituere, sed inter proximæ mortis angustias Corpus ac sanguinẽ suum nobis exhibuerit? Crediderim, vt Christus prius quodãmodo in Eucharistia moreretur quam obiret in Cruce: vt nos doceret vna morte ad alteram esse præparandos. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: Sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.* Mat. 12. locus difficilis, quia Dominus nec tribus noctibus integris, nec trium noctium partibus (vt per Synecdochẽ posset verificari) in corde terræ fuit commoratus. Vt igitur verificari possit sententia necessum fuit Christum in corde terræ, siue mortuum existere à nocte Iouis, vsque ad noctem Sabbathi. Quonammodo ergo tribus diebus, & tribus noctibus potuit addici mortis ditioni, si non abiit die Iouis, sed Veneris? Profectò die Iouis Agnus verus occisus est. Quonammodo, precor? Eucharistiæ sacramẽtum instituit vt ante mortẽ Crucis, moreretur. Nyssenus Orat. 2. de Resur. *Qui potestate sua cuncta disponit, non ex proditione sibi impendentem necessitatem, non Iudæorum quasi prædonum impetum, non Pilati sententiam expectat; sed consilio suo antevertit, & arcano sacrificij genere seipsum pro nobis hostiam offert, & victimam immolat, Sacerdos simul existens, & Agnus. Quomodo id præstitit? Cum corpus suum Discipulis congregatis edendũ & sanguinẽ bibendum præbuit. Tunc aperte declarauit Agni sacrificiũ iam esse perfectũ.* Pridie ergo quam pateretur, ex Eucharistiæ institutione Agnus mactatur, vt vna morte nos doceat oportere ad aliam præparari.

Instituit Dominus Eucharistiã pridie quam moreretur; vt vna morte nos doceret præparari. vt ad alterã m. Matth. 12. Nyssen.

63. Monet nos Dominus, *sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ, &c.* Luc. 12. Tertull. lib. 4. cont. Marc. cap. 9. *Succingere debemus lumbos, id est, expeditos esse ab impedimentis laciniosæ vitæ, & implicita,* instar eorum, qui profectioni sunt addicti. Ac si diceret, Mũdo moriamur. Mox adiicit, *Et lucernæ ardentes in manibus vestris,* in mortem moribundi. Si iam mortui sunt Discipuli, cur eis adhuc mors indicitur? Certè ad mortem secundam primo obitu præparamur.

Præcingamur morte, ad lucernas mortis. Luc 12. Tertull.

64. Dixit Oseas, *Pendebit populus meus ad reditũ meum.* cap. 11. Pendebit? Quonãmodo? Tanquã inter cœlũ & terram, id est, velut mortuus expectabit sponsum, *quando reuertatur à nuptiis.* Quare pendens expectat populus Dominum? Quia in die obitus nostri accedit spõsus ad iudicium properans authore Gregorio. Vt ergò præparemur aptè ad mortẽ illam, oportet prius pendere, prius mori. Vbericus, *Pulchrè pendebit tanquã inter cælum & terram. Vulgo dicitur, Malè expectat, qui pendet:* ego autem dico, Feliciter expectat, qui sic pendet, quia morte vna præparatur ad alteram.

Pendeat fidelis, quasi moriens, vt expectet Dominum die obitus iudicaturũ. Ose 11. Gregor. Vberic.

65. Iam clamat sponsa, *surrexi, vt aperirem Dilecto meo: manus meæ distillauerunt myrrhã* Cant. 5. Surgit sponsa vt aperiat, quãdo Dominus in obitus instantia iudicaturus aduenit. At ad illum obitũ præparatur, dum manus operũ myrrha mortis inungit. D. Gregor. Nyssen. hom. 11. *Myrrham mortis esse symbolum, nemo est, qui ambigat. Pulchrè ergo ait sponsa, quia manus ipsius myrrham, id est, mortem stillant, cum aperuit ostium Deo,* ad iudicium aduentanti.

Sponsa præparatur myrrha mortis ad mortem alteram. Cant. 5. Nyssen.

66. Enim verò si Dominus huiusmodi mortis præparationẽ in Eucharistia expressit: æmulemur oportet. cum ad Eucharistiã accesserimus, existimantes illico morituros. *Quando sederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ apposita sunt antè faciem tuam, & statue cultrũ gutturi tuo.* Pro. 23. Quid apponitur ante faciem nostram? Christus tanquam occisus Agnus mortuus, vt moreretur. Statuamus ergo cultrũ gutturi nostro, moriamur epulaturi, vt discamus mori.

Cum accipis Eucharistiã morere, vt ad obitum præpareris. Pro. 23.

August. Pulchrè Augustinus, *Qua mensa est Potentis nisi vnde sumitur corpus, & sanguis eius, qui animam suam posuit pro nobis? Quid est intelligere, qua apposita sunt, nisi, nisi quia sicut pro nobis Christus mortuus est,* quodammodo dum Eucharistiam instituit: *sic nos* cum sacro epulo fruimur, Christo commoriamur; vt non semel iam, sed sæpe moriendo, ad nouissimum obitum præparemur.

67. *Iugulantur fideles accepturi Agnũ, vt morte vna preparentur ad alteram. Prou.9. Lyra.* Sapientia Iesu, qui hodie mensam Eucharisticam apposuit, *Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam*, elamat fidelibus inuitatis, *Venite comedite panẽ meum.* Prou. 9. Lyra, *Scilicet corpus meum sub specie panis exhibitum: & bibite vinum, quod miscui vobis, scilicet sanguinem meum sub specie vini, in quo admiscetur aqua.* Quænam autem victimæ à Domino immolatæ? Tertullianus pro *Immolauit victimas suas*, legit, *iugulauit Filios suos. Solum autem iugulat filios, an & torquet?* Profectò fideles communicaturi sunt filij iugulati; quia ad Agnum in Eucharistia suam mortem exprimentem, debent accedere velut commortui. Annon in Eucharistica mensa *Agnus tanquã occisus*, & velut iugulatus? Ergo accepturus Agnũ tãquam occisum ante Crucem, tamquam iugulatus debet ostentari ante communem obitum, vt discat morte vna ad alteram præparari. Iam ergo statuatur singulis hominibus sæpe mori.

✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤

SECTIO SECVNDA.

Ipsa pedum ablutio, & Sermo Iesu.

TEXTVS.

VERS 2. ET Cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariothæ. 3. Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: 4. Surgit à Cœna, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum, præcinxit se. 5. Deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes Discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. 6. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes. 7. Respondit Iesus, & dixit ei; Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. 8. Dicit ei Petrus: non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus, si non lauero te, non habebis partem mecum. 9. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantùm pedes meos: sed & manus, & caput. 10. Dicit ei IESVS: Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. 11. Sciebat enim, quisnam esset, qui traderet eum; propterea dixit, Non estis mundi omnes. 12. Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua: cum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis, quid fecerim vobis? 13. Vos vocatis me, Magister, & Domine: & benedicitis: sum etenim. 14. Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus, & Magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes 15. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De tempore, quo surrexit Dominus à Cœna, & de Diabolo in cor Iudæ immittente.

1. *Quonam tempore surrexerit Dominus ad diluendum pedes?* ET *Cœna facta.*] Quonam tempore Dominus surrexit à Cœna? An antè inceptam Cœnam legalem? Nonnulli id affirmant non quidem aptè. Adiicit enim Ioannes Dominum, postquam lauit pedes Discipulorum accepisse vestimentum ac iterum recubuisse. At non diceretur accubuisse iterum, si non præcessisset accubitus. Non igitur ante Cœnam pedes diluit. An completis omnibus, etiam Eucharistiæ institutione? Sic Cyprian. hom. de Ablut. ped. Cyprian. Non admitto, quia non iterum discubuisset, si omnia iam perfecta essent. Addo, panem intinctum Iudæ porrexisse post pedum ablutionem. Ergo nondum Cœna absoluta. An post Cœnam legalem, sed antè Cœnam communem? Sic alij quos reiicio; quia surrexit à Cœna, & iterum recubuit. Sedebat ergo, & recumbebat prius; incepta igitur erat Cœna communis; nam in legali Cœna non recumbebant, sed stantes cœnabant. Exod. 12.

Aptius reor cum Augustino Tract. 55. inter cœnandum factam esse lotionem, antè institutionem Eucharistiæ Est communis Doctorum sententia, ex quorum placitis sic Historiæ ordinem exprimo: Peracta iam Paschalis Agni Cœna, & communi incepta, illis cœnantibus, surrexit Christus, lauitque Discipulorum pedes: quibus dilutis, recumbens, omnia hæc locutus fuit, quæ Ioannes narrat, & spiritu turbatus de suo loquitur traditore. His peractis, Eucharistiam instituit, quo Mysterio peracto, iterum de traditore loquitur, vt ait Luc. Cap. 22. *Verumtamen ecce manus me tradentis mecum est in mensa.* Tunc interrogat Petrus Ioannem: *Quis est, de quo dicit.* & Ioannes interrogans Iesum audit, Cui ego panem intinctum porrexero. Et post hanc buccellam introiuit in Iudam satanas, & recessit; quo recedente, & Cœna omnino absoluta, Christus Concionem exprimit cœlestem, à Ioanne descriptam. Legendus August. lib. 3. de Consen. cap. 1. August.

3. *Auctoris sententia. August. Ordo totius Historia.*

Cum

3\. *Cum cœna communis incepta esset, dedit operã ablutioni. 1.Cor.11.*

Cum igitur *cœna esset facta*, id est, cum iam cœna fieret, omnesque discumberent: perfecta lotio. Innui duplicem esse cœnam, legalem scilicet in qua Agnus Paschalis edebatur, & hæc præcessit, de qua Paulus, *Postquam cœnauit, dicens: Hic Calix nouum Testamentum est.* 1.Cor.11, & communem, cui Christus, illa peracta, accubuit, & dum cœnat cum eis, interrupta cœna, solus surrexit, vt pedes Discipulorum ablueret. De hac cœna communi dicitur, *Et cœna facta*, id est iam incepta. De iis enim, quæ in motu, & successione consistunt, sic alloqui solemus. Augustinus Tract.55. *Non quasi consummatam, & iam transactam cœnam intelligere debemus: adhuc enim cœnabatur; sed quia iam erat præparata, & ad vsum conuiuantium perducta, cœna facta dicitur.* (August.)

4\. *Cur Ioannes hanc interserat clausulam? Tolet.*

Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotha.] An non Iudas, instigante & stimulante diabolo, Iesvm tradere decreuerat? Ita planè. Cur ergo clausulam hanc Ioannes interserit? Respondet Toletus, *Vt Christi dilectionis magnitudinem, & humilitatis profunditatem commendet*, qui & eius, qui iam eum tradere decreuerat, pedes lauare non recusarit, & ei seipsum in cibum ministrare dignatus sit. A D.Chrysostomo accepit hom.69.

5\. *An culpa Iudæ in dæmonem transferenda?*

Cum diabolus iam misisset in cor.] An culpa Iudæ in dæmonem transferenda? Minimè, nemo enim propter dæmonis tentationem excusatur à criminе. Expositum autem id, vt iudicium contra diabolum insurgentem in Christum significetur. Princeps enim huius mundi iudicatus est, quia vna cum Iuda, & Iudæis Iesv mortem intulere: non autem Iudas, ac Iudæi culpa vacarunt. Suadet diabolus, non vim infert; prauas excitat cogitationes, non cogit voluntatem.

6\. *Obiectioni fit satis. August.*

Obiicis. Fatur Ioannes, *Cum iam diabolus misisset in cor.* & paulo inferius adiicit, *Post buccellam introiuit in eum Satanas.* Quomodo ergo asseritur intrasse, qui iam in cor miserat? Respondet Augustinus lib.3. de cons. cap 5. Intrauit diabolus in cor Iudæ, quando cogitationes hasce iniquas immisit, easque Proditor suscepit. Tamen multo plenius à dæmone possessus fuit, quando ipso opere abiit, vt traderet. Exemplo confirmat. *Acceperant Spiritum sanctum Apostoli per gratiam; & post Resurrectionem dictum est eis: Accipite Spiritum sanctum.* Plenitudo ergo iniquitatis, & confirmatio malitiæ exprimitur, cum Euangelista profatur: Et post bucellam intrauit in eum Satanas.

§. II.

De præparatione ad diluendum Discipulorum pedes.

7\. *Tres causas exponit Ioannes, quæ Iesum induxere, ad hæc mira patranda. Prima causa.*

SCiens quia omnia dedit ei Pater in manus: & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: surgit à cœna] Tria perfecit Dominus post cœnam, pedum ablutionem, institutionem Eucharistiæ, admirabilis doctrinæ sermonem. Tres ergo causas exponit Ioannes, quæ Dominum induxere, ad hæc mirabilia patranda. Primum, scire omnia data sibi à Patre in manus, id est, hominum salutem, & redemptionem esse ei à Patre commissam. A Patre meo, quem infinite diligo, imposita mihi redemptionis cura? Quid non vehementissimè appetã? efficacissimè perficiam? Secundum, (*Secunda causa.*) scire, se à Patre exiisse, id est, se esse Dei Filiũ naturalem, eiusdem cum ipso substantiæ, & potentiæ. O quantũ rebus à Patre meo iniunctũ est incumbendum! An non possum digna Patre exhibere? Ergo opus omnipotentiæ pro hominibus à Patre dilectis, & mihi commendatis exponam, me ipsum eis impendam, sacrificium infiniti valoris Eucharisticum perficiam. Tertium denique est, scire, se ad Patrem vadere, id est, instare iam tempus, hominum saluti consulendi, vt sermo salutaris doctrinæ absentiæ visibilis supplementum exponat, confirmet exemplum. Lauat suorum pedes, mira docet, doctrinam cœlestem instituit. Ex Chrysostomo hom.69. & Origene hom.32. in Ioan. ansam arripui ad huiusmodi expositionem sciens generalius communiter expendi sententiam. (*Tertia causa.* Chrysost. Origen.)

Ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum, &c.] Ministrantis habitum induere, linteo præcinctus, & deposito suo vestimento, voluit, socium non accersiit, sed solus ipse aquam in peluim immittit, & linteo dilutos pedes extergit. Chrysostomus, *Dignum erat, qui à Deo exiuit, vniuersum conculcaret morem: vide autem humilitatem. Postquam resedissent omnes, surrexit; nec solum lauit, sed vestimenta deponens, linteum præcinxit, ipse peluim impleuit.* Augustinus, *Cum Pater illi omnia dedisset, & cum se sciret, à Deo exiisse, & pergere ad Deum: hominis serui implet officium.* 8. (*Serui implet officium Dominus.* Chrysost.)

Mysticè Patres sic locum exposuere. Anselmus, *Surgit à cœna, id est, de cœlestibus descendit, seipsum exinaniuit, & formam serui induit.* Strabus, *Surgens à cœlesti refectione, qua cum Angelis reficiebatur, deponit gloriam æterna beatitudinis.* Augustinus, *Posuit, vestimenta, qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit. Præcinxit se linteo formam serui accipiens, non tamen eam, quam habebat, deposuit. Misit aquam in peluim, sanguinem in terram fundens, quo immunditiam ablueret peccatorum. Linteo pedes tersit, carne, qua erat indutus, Euangelistarum vestigia confortans.* Plura mitto. 9. (*Quid mysticè Patres de Ablutione.* Anselm. Strab. August.)

§. III.

De Iesv cum Simone Petro colloquio.

VEnit ergo ad Simonem Petrum.] Quemnam Christus Discipulorum primum abluerit? Augustinus Tract.56. & Bernard. ser.x. de cœna Dom. *Petrum Apostolorum Principem futurum.* Origenes hom.32. Chrysostomus hom.69. & Euthymius, *Iudam proditorem; vt medicina* (Origenes) *vbi magis morbus vrgebat, citius adhiberetur.* Addit Petrum vltimũ omnium ablutũ fuisse. 10. (*Quemnam primò diluerit.* August. Bernard. Origen. Euthym. Chrysost.)

Profectò an Petrus fuerit vltimus, seu Iudas primus haud reperio rationem probabilem affirmandi, aut negandi. Assero tamen Iudam inter eos, qui loti fuerunt, extitisse. Negauit Cyprianus hom. de Ablut. ped. sed affirmarunt Augustinus Tract.56. Cyrillus lib.9. cap.7. Origenes citat. & alij. Id probat illa particula: *Vos mundi estis, sed non omnes*, quod propter Iudam expressum: ergo aderat Iudas, nam ad omnes distantes Christi hoc verbum referebatur. At quod ad Petrum attinet, primum lotum non fuisse probabilius reor. *Cœpit*, inquit, lauare pedes *Discipulorum*, & addit: *Venit ergo ad Petrum.* Iam ergo lauare cœperat. Approbat Augustinus. Toletum audi; *Post alios igitur, à quibus inceperat, venit ad Petrum. Quod si ab illo initiũ cœptum est, dicendum erat, Venit autem ad Simonem. Hæ enim particula* 11. (*Auctoris sententia. Iudas dilutus.* Cyprian. August. & alij. *Probabilius primus non fuit Petrus dilutus.* Tolet.)

apud Ioannem magnam habent significationem, & multa occulta indicant.

12. *Petri renitentia.* Cyrill.
Et dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes.] Existimans Petrus lotionem esse commuocm ad laborem itineris temperādam, vt notat Cyrillus lib. 9. cap. 4 & Christi dignitatem fide viua considerans: ab hoc officio curat Dominum remouere. An seruorum officium erga Dominos, vis Domine, erga seruum explere? Absit, Cur non dixit, *Tu lauas nobis pedes*? Ne alios, qui se lauare permiserant, argueret videretur: sed ad seipsum vti indignum verba conuertit, *lauas pedes*. An abluere inceperat? Minimè; sed dicit *lauas*, quia lauare volebat.

13. *Vndenam Petri excusatio verum habuit?* Cyrill. August. Chrysost. Ambros.
Vndenam Petri orta excusatio? Pauor fuit humilitatis in tanta maiestatis Christi, & vilitatis suæ collatione. Sic Cyrillus citat. Augustinus vbi sup. Chrysostomus inibi ad dilectionis refert vehementiam. Ambrosius lib. 3. de Sacra. cap. 1. & Cyprianus hom. de Ablut ped. ad humilitatem. Subscribo lubens. Portò humilitas illa commendabilis, quamuis (fateor) ignorantia fuerit admixta, quamp auot tanti mysterij induxerat.

14. *Quando agnouerit Petrus ablutionis mysterium?*
Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.] Nescis ô Petre, huius lutionis mysterium, rationem ignoras; idcircò mei reuerentia affectus impedire procuras. Paulopost mysterij quod nunc non calles, rationem edisces. Quandonam agnouerit ablutionis causam? Cum Dominus dixit: Scitis, quid fecerim vobis? &c. Sic Cyrillus lib. 9. cap. 4 Scio Chrysostomum hom. 69 ad tempus post Resurrectionem, & Spiritus sancti aduentum protulisse; sed minus conuenienter. Hinc cœca obedientia commendatur, de qua Gregorius lib. 2. ad lib. 1. Reg. cap. 3. *Vera obedientia nec Præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit. Nescit indicare, quisquis perfectè didicerit obedire.*
Cyrill. Chrysost. *Cœca obedientia.* Gregor.

15. *Quid significet, Non lauabis in æternum?* August. Tolet.
Non lauabis mihi pedes in æternum.] Petrus in sua excusatione persistens, Numquam, inquit, patiar, te mihi pedes diluere. Sic Augustinus tract. 56. Adnotat Toletus vocem. *Non lauabis mihi pedes in æternum*, vehementis affectus esse, excusandam à culpa, *quæ quidem vox a fide perfecta, reuerentia, dilectione, timore, & humilitate procedebat.*

16. *Expositio leti.*
Si non lauero te, non habebis partem mecum.] Tu propter me, (inquit Dominus) & ex dilectione mei, pedum recusas dilutionem; scito, te minus dilectum, & longius à me futurum, si non te diluero.

17. *Quid significet illa particula: Non habebis partem mecum?* *Prima expositio.* Ambros. Bernard. *Secunda.* Cyprian. August. *Tertia.*
Quid, quæso, illa signet particula: *Non habebis partem mecum?* An quia necessaria pedum realis ablutio, vt cum IESV partem habeamus? Sic Ambrosius lib. 3. de Sacr. cap. 1. & Beroardus serm. de cœna Dom. Reiicienda plane sententia: quia si necessaria est pedum realis ablutio, vt partem habeamus cum Christo: igitur baptizatus non potest Regnū cœlorum inire, nisi ablutis pedibus, quod nemo Catholicus admittet. An quia necessaria lotio spiritualis interior, cuius exterior illa signum exponeret? Sic Cyprianus hom. de Ablut. ped. & Augustinus Tract. 56. Improbo, quia violentum est, ad mundiciem spiritualem hanc solam confugere, ratione cuius dictum sit: *Si non lauero te, non habebis partem mecū*; cum etiam de reali ablutione sit sermo, & comminatio. An de documēto humilitatis Dominus hoc sensu locutus? Nisi susceperis humilitatis documentum, quod ego hac pedum ablutione trado, *non habebis partem mecum*. Sic Chrysostomus hom. 69. & Cyrillus lib. 9. cap. 5. Difficile accommodo expositionem; quia ad hanc realem ablutionem Christus Petrum inducebat, & hæc erat necessaria, vt partem haberet cum Christo.

Existimarim, comminationem tantam factam esse propter inobedientiam, hoc sensu: Si non lauero te, nec mihi obedientis volenti te diluere, non habebis meum partem tanqnā inobediens. Non quod ablutio necessaria esset, sed obedientia, quam tunc exigebat à Petro. Cōfirmo expositionem ex Basilio orat. de peccato. *Hanc ob rem eiusmodi iacta sunt mina, vt nisi promptitudine, ac velocitate obedientia voluntatem suam correxisset, non illi illa beatitudines a Deo in eum profectæ, non dona, non promissiones, non etiam illa ipsa Dei, & Patris talis, ac tanta erga Vnigenitum Filium propensa voluntatis declaratio suff.cissent, ad prasintem inobedientiam expiandam.* 18. *Auctoris sententia.* Basil.

Ex hac expositione idem magnus Basilius duo egregia documenta exponit lib. Moral Reg. 12. cap. 2. Vnum est. *Qui iussis Domini aduersatur, licet id pie, & amico animo faciat, is tamen ob eam causam abalienatur a Domino.* Alterum autem, *Quod à Domino dicatur, id cum summa animi expletione debemus suscipere.* 19. *Duplex Basilij documentum.* Basil.

Necnon approbarim Toleti expositionem. *Non habebis partem mecum, si te non abluero. Quod non de Regni ingressu, nec de gratia priuatione dictum est; sed de priuatione sumptionis corporis, & sanguinis Christi, ad quam ablutio, & mundicies ordinabatur.* 20. *Approbatur mens Toleti.* Tolet.

Domine, non tantum pedes meos; sed & manus, & caput.] Totum se dilucodum offert potius, quam à Christo vel minimum diuelli patiatur. Fælix excusatio, quæ tam seruentis dilectionis ac deuotionis flammam accendit! 21. *Feruor Petri.*

Qui lotus est, non non indiget, nisi vt pedes lauet; sed est mundus totus.] Similitudinem exponit Dominus ab eo, qui lotus iam est, qui sola pedum ablutione indiget, propter faciltatem, quæ contrahunt sordes: vt totus sit mundus. Discipuli loti erant, & mundi interius IESV gratia, indigebant tamen aliqua lotione, scilicet ea, quæ pedum est, propter leuia piacula, sine quibus qui hanc terram incolunt, & calcant, non viuunt, & ideirco eorum pedes diluuntur. Sic totam sententiam pressius expono: Sicut qui lotus est, totusque est mundus, quia totum habet corpus mundum: eo solo indiget, vt pedes lauet, qui facilè puluere inficiuntur: ita & vos spiritualiter mundi estis. Portò illa particula. *Sed* vim babet causalis. Non indiget lauati, *quia totus est mundus.* 22. *De solis pedibus diluendis.* *De particula, Sed.*

Et vos mundi estis, sed non omnes.] Mundos appellat propter gratiam, & animæ sanctificationem; nec lotione alia opus erat illis præter eam, quæ à leuibus piaculis, quæ facilè contrahuntur è terreno puluere, purgarentur. Ab hac mundicia Proditorem excludit, non eum distinctè indicans, ne alij in ipsum furore commoti insurgerent. At dissimulare omninò noluit, vt Iudas suæ conscientiæ stimulo ad correctionem pungeretur. 23. *De Iuda non mundo.*

Sciebat enim, quisnam esset, qui traderet eum; propterea dixit, Non estis mundi omnes.] Exponit Ioannes cur adiecerit Dominus particulam, *Non omnes*. Planè propter Iudam proditorem adiunxit, vt Christum omnia præsciuisse significet. 24. *Cur adiecerit, Non omnes?*

§. IV

§. IV.

De Mysterij ablutionis pedum reseratione.

25. *Recumbit indutus ad mensam.* POstquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua: & cum recubuisset iterum, dixit eis.] Vestimenta Dominus rursum aecepit, quæ deposuerat, iterumque recubuit; nihil cibi sumpsisse cõstat communis, Discipuli vero cœnam continuarunt: antè cuius finem Eucharistiæ Sacramentum Christus instituit, & quæ sequuntur pronunciauit. Matthæus, *Cœnantibus eis, accepit* IESVS *panem*, &c. Cap. 26. Indicat planè, cœnam suam noodum Discipulos expleuisse. Math. 26.

26. *Ego, vobis.* *Scitis quid fecerim vobis.*] Haud opos verbo explicare quæ ipso experimento didicistis. *Ego vobis.* Ego Dominus, vobis seruis pedes dilui, humile, & vile exercens ministerium.

27. *De Magisterio Christi.* *Vos vocatis me Magister, & Domine, & benedicitis: sum etenim.*] Venit Christus, vt redimeret hominem; vt autem fructu redemptionis frueretur, venit vt doceret, & viã salutis ipsi manifestaret. De priori. *Venit Filius hominis, saluum facere, quod perierat.* Luc. 19. De posteriori, *In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.* Ioan. 18. Propter illud, Saluator: propter hoc Magister est appellatus. Sic Prophetę. *Ecce Rex tuus venit iustus, & Saluator.* Zach. 9. *Lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis Doctorẽ iustitiæ.* Ioël. 2. Verè ergo Christus *Magister* à suis Discipulis prędicabatur, quia ipse solus Magister est, è quo reliqui didicerũt: *Sum etenim.* Luc. 19. Ioan. 18. Zach. 9. Ioel 2.

Erat & verè *Dominus* etiam vt homo, duobus
28. *De Christi Dominio.* maximè titulis: vnus erat ratione vnionis humanitatis ad Verbum; illi enim humanitati propter vnionem ad Verbum data est omnis potestas, & omne dominium omnium creaturarum. Alter erat ratione Redemptionis, propter quam vltra dominium omnium generale, habuit dominium singulare vniuersorum, quos suo sanguine redemit, & de tyrannica diaboli potestate eripuit.

Iam expono sententiam. Fatemini vos, me Dominum, & Magistrum esse: & eadem confessione vos seruos, & Discipulos agnoscitis: & reuera rectè dicitis, quia sum Dominus, & Magister. Ecce ergo & quis *Ego*, & qui *Vos* sitis. An suam Christus magnitudinem iactat? Absit; hisce enim verbis vtitur, vt eo tanto exemplo ad humilitatem adhortaretur. Scio Paulum de se magnifice locutum, cum ad proximi vtilitatem vidit conferre. 2. Cor. 11. 29. *Expositio sententiæ.* 2. Cor. 11.

Si ergo ego laui pedes vestros Dominus, & Magister; & vos debetis alter alterius lauare pedes.] Dominus, & Magister seruorum, ac Discipulorum pedes ablui: ergo & vos inuicem debetis alter alterius pedes diluere; cum non sit distinctio tanta inter vos ipsos, quanta est inter me, & vos; conserui enim, & condiscipuli estis. Argumentum est à minori. 30. *Argumentatur à minori.*

Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.] An præcipitur pedum lotio? Non, sed humilitas commendatur; vt si opus fuerit, non dedignemur, opus etiam serui se pro animarum salute subire. Lauit itaque pedes Discipulorũ, ac seruorũ *Dominus, & Magister* vt eis humilitatis mutuæ exhiberet exemplũ. Hinc Basilius lib. Mor. Reg. 70. cap. 10. *Qui alios docendi munus suscepit, seipsum exemplar reliquis ad res omnes honestas probere, præstareque prius ea, quæ alios docet, debet.* Et cap. 24. *Qui alios in Ecclesia docendis præest, data sibi potestate, nequaquam ad subditorum contumeliam abuti debet, neque se supra illos efferre: sed potius gradum illum tanquam materiam quandam exercendæ erga eos humilitatis, teneat.* Adnota, Dominum multo maiora potuisse à Discipulis & seruis exigere. Si enim Dominus lauat pedes seruorum, ad viliora seruus obligabitur, non ad paria. Satis, inquit, est, si quod ego feci, id etiam vos inuicem faciatis. 31. *Christus prædicauit exemplo.* *Prælatis condit documenta.* Basil.

IN
IESVM CONCIONANTEM
PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS.
CIRCA LITERAM.
EX ABLVTIONE, ET SERMONE IESV.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus: & quia à Deo exiuit, & ad eum vadit: surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, &c.

Sciens Dominus, se Dei Vnigenitum, ad ablutionem pedum Discipulorum prouoluitur.

Agnata enim nobilitatis sublimitati Humilitas.

32. CVR Dominus seruorũ pedes abluere studet: vilitati se ministerij accingere expetit? Quia scit se Dei Filium; agnata enim sublimitati humilitas, Theophylactus, *Humiliari opus est eius, qui a Deo egressus est, & ad Deum vadit.* Theoph.

Deitatis altitudo in humilitatis fundo ostentatur. Paralyticum è tecto quatuor pij iuuenes ad Domini pedes demiserũt. Quinam ille? Ambros. lib 8. in Luc. Sic mysticè. *Paralyticus ille ideò est sanatus, quia à quatuor iuuenibus demissus è tecto est; quia quatuor adminiculo virtutum, prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ, atque iustitiæ ad pedes Christi alta quadam ratione se subiecit.* Subiecit, ac summisit se qui in tecti culmine morabatur *alta ratione*, id est, ratione humilitatis. Cur alta ratio vocitatur humilitas? *Nihil* (adiicit Doctor) *excelsius humilitate, quæ tanquam superior nescit extolli; quia nemo id affectat, quod intra se iudicat* Ergo ratione altitudinis excelsus ille tot ornatus virtutibus humiliauit se. Christus ergo alta quadam ratione, altitudinis Deificæ ad pedes Discipulorum se deiecit. *Sciens, quia à Deo exiuit, cœpit lauare pedes Discipulorum.* 33. *Ratione altitudinis Christus humiliatur.* Ambros.

Ex ore Dauidico, *Ego sum vermis, & non homo.* 34.

 Psal. 21.

Purpura Regia Iesu è vermiculo humilitatis elucet. Psal. 21. Cant. 7. Plin. Isai 1.

Psal. 21. Humilitas ne, se vermem vocitare? Prorsus fuit gloria. *Coma capitis tui sicut purpura Regis.* Cant. 7. Plinius asserit purpurea vestimenta vermiculo debere pulchritudinem. Ideo Isaias, *Si fuerint peccata vestra rubra sicut vermiculus.* Cap. 1. Vermis Dominus, sed qui purpurea Regibus indumenta donat, Rex Regum. *Cœpit lauare pedes Discipulorum.* Quare Deificæ manus ad tam vile humilitatis ministerium exeruntur? *Quia omnia dedit ei Pater in manus.*

35. *Sciens Deipara, se Matrē Dei, consequenter se appellauit ancillam.* Psal 44. Leo Imper. Luc. 1. Ambros.

Ex ore Dauidico sapientissima Virgo audierat se filiam vocitari, *Audi filia & vide,* &c. Psal. 44. Quid audiret? Filiam Dauidis futuram Spiritus sancti sponsam: *Et concupiuit Rex speciem tuam.* Vbi Leo Imperator. *Audisti ô verè filia admonitionem, & oblita es domum patris tui,* &c. Vnde ad sponsæ gloriam es eleuata. Sciens ergo Maria ex Patrum sententia, se filiam Dei, se sponsam Spiritus sancti à primo conceptionis instanti: (de quo Leo asseruit) Mater Dei ab Angelo appellata, profatur: *Ecce ancilla Domini.* Luc. 1. Qua veritate se appellauit ancillam filia, Regina sponsa, Mater? Certè humilitatis vi agnatæ celsitudini, ac sublimitati. Ambrosius lib. 2. de Virg. Humilior facta est, vbi se *à Deo cognouit electam.* Dum se ex gratia filiam, & sponsam agnoscit: se famulā profitetur. At sciēs se electam in Matrem, *humilior* (ex celsitudinis consequentia) *facta est.*

36. *Magnitudo Dei ex ipsa eleuatione fecit arcum ad humilitatem.* Ezech 1. Rupert.

Redeo ad Domini ex sublimitate submissionem. Filius hominis sese Prophetæ ostendit. *A lumbis deorsum vidi speciem ignis, & arcū* Ezech. 1. Vbi Rupertus, *Ante carnis assumptionem, quæ per lumbos significatur, Deus generi humano iratus tantummodo ignis consumens erat; postquam autem carnem assumpsit, iam non solummodo ignis, sed & arcus, hoc est, inclinatio nobis est.* Igitur Christus ignis est Deitatis, ex qua quidem arcus ostenditur, siue inclinatio ad Discipulorum pedes diluendum. Vbi species ignis aspicitur, siue Deitas, ibi arcus, siue inclinatio humilitatis aspectatur; quia sublimitati agnata est inclinatio, & submissio. Facit arcum sublimitas ex agnata quidem inclinatione.

37. *Regnum Iosephi expressum spica faciente arcum, ob submissionē, imagine.* Gen 37. Lipoman.

Iosepho dormienti futurum Regnum sub triticei manipuli ostentatur specie. *Et quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meū Responderunt fratres: Numquid Rex noster eris?* Gen. 37. Lipomanus, *Viderat manipulum suum in somnis Ioseph, qui postquam iacuisset vt res contemptibilis; sese erexit, & firmiter constitit;* in futuri Regiminis documentū. Cur ergo Regnum triticeo assignatur in calamo, & non potius in virga aurea, aut ferrea? Vidisti tritici germina ascendentia ad culmum, & ad spicæ maturitatem illicò arcum, spicæ pondere, efformare? Quam aptum Regiæ celsitudinis documentum! Thronum quis occupat augustum? Ipso honoris pondere gerit arcum, & Deitatis æmulatione, inclinatur, ad pedes prouoluitur.

38. *Ecclesia Regnum exprimitur specie lilij arcum gerentis.* Cant. 2.

Ecclesiæ Reginæ profatur spōsus, *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Cant. 2. Cur Ecclesiæ Regnum fragili figuratur in lilio? sponsi Regnum fructifero designatur in malo, *Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios.* Cur ergo sponsus morem gerens dilectæ, non eam arbori fructifero cōparauit: Sicut oliua inter salices? O quam aptè Ecclesiæ Regnum assignatur in flore? Vidisti iam lilium albescens cum foliorum radios exerit in coronam, aut particulis sceptrum ostentaturum, si plures non non essent. Quam iuste Reginæ flori flores præstant obsequium! Porrò Plinius mirabilem lilij Plin. describit proprietatem lib. 21. cap. 5. *Nulli florum excelsitas maior, interdum cubitorum trium.* At ad tantam perductum celsitudinem lilium quasi necessariò, *languido collo est, & non sufficienti capitis oneri.* Celsitudo enim Regni arcum efformat humilitatis affectu. Ergo pulchrè humillimæ comparatur Regnum Ecclesiæ imperio lilij ex vi celsitudinis inclinati.

39. *Creuit Maria ad obsequiū, vt ex sublimitate collum lilij veri languesceret.* Luc. 1. Chrysol.

Pondero vlterius Deiparæ inclinationem. Fatur Angelus, *Ne timeas Maria.* Luc. 1. Maria idem, ac *Domina.* Rogo, an audito Dominij nomine, siue Reginæ appellatione Virgo collum erexerit? Certè *languido collo* verum lilium ostentatur. *Ecce ancilla Domini.* Crescit quidem Mariæ ex ore Angelico sublimitas, sed ad humilitatis obsequium. Pulchrè Chrysologus serm. 142. *Deuotus animus in afulis beneficiorum crescit ad obsequium.* Id est crescit ad inclinationem. Nam illud ipsum virgam eleuati, est arcum efficere.

40. *Luna Reginæ nostra minuitur, in consummatione.* Eccles. 43. Hailgr.

De minori fulgentissimo luminari Salomō ait, *Luminare, quod minuitur in cōsummatione.* Eccl. 43. Lunæ quidem vltimum accretionis instans imminutionis est primum. An non Luna arcum incipit efformare cum primum suorum incrementorum accedit ad cumulum? Hailgrinus Card. asserit Reginam describi Lunam in Principum documentum; qui quidem in consummatione deberent imminui. Christus ergo sciens infinitam suam ex Deitate eleuationem, consummationem, quasi cogitur humiliari, & submitti. Vt dicat Theophylactus, *Humiliari opus est eius, qui à Deo egressus est, & ad Deum vadit.* Addit Doctor, *Superbire autem, & fastuosum esse, opus est eius, qui à dæmonibus exiuit, & ad dæmones vadit.* Theoph.

Observatio III.

Ad illa verba:

Sciens Iesvs, *quia omnia dedit ei Pater in manus surgit à cœna,* &c. *& cœpit lauare pedes Discipulorum suorum.*

Sciens Dominus, se omnibus hominibus esse præpositum, cœpit subditis ministrare.

Præsulum enim proprium est seruire eis, qui eorum ditioni addicuntur.

41. Anselm.

Anselmus, *Sciēs Dominus, quia Pater subiecit ei omnes homines, etiam traditorem: Surgit à cœna, & vestimenta ponens incipit subditis, etiam traditori ministrare, eorum pedes abluendo.* Monus, mihi credite, Præsulatus seruile est. Qui non seruit subditis, haud scit se Præpositum esse. Scit planè Rector Deum sibi in manus posuisse subditos, vt eis possit manibus ministrare opera exerens seruitutis.

42. *Humeris Adami fidelibus ex Principatu, ad icitur subdita coniux.*

Cum Adamus somno corriperetur, *tulit Deus vnā de costis eius, & ædificauit in mulierem.* Gen. 2. Princeps Adamus exsurgit, prima subdita cōiux, cuius totus addicitur seruituti, fragilitati enim subditæ mulieris robur ossis exhibetur, oneribus deportandis

deportandis. Ediscat primus Præsul oportet seruilem esse Principatum. Cyrillus Alexandr. lib. de Ador. in spir. *Quoniam tam praclaris dotibus ornatum oportebat, non sinere in arrogantiam facile prolabi, prasertim ignorantem seruitutem, & conditionem mancipiorum.* An non mancipij seruitus semper oneribus deportandis bumeros exhibere? O misera Principis seruitus Adami nunquam non osseum robur subditæ coniugis oneribus addiceentis.

Cyril.

43\. Aiebat D. Nazianzenus Orat. in laudem Basilij. *Nauticam legem praclaram censeo, qua gubernatori futuro primum remos committit, deinde ad proram collocat. Eadem rei militaris est ratio, miles primum, deinde Centurio, tum Imperator.* Cur oportet nauclerum primum remigandi ministerio addictum fuisse: Imperatorem autem militis expleuisse munus? An non aptius ediscetet primum ipsum munus gubernandi, ac imperandi exercere? Profectò vt possit existere Gubernator, & Imperatoris sciat munus explere: necesse est ediscere remigium gerere, & militis obire munus; quia nauem regere quid nisi remigare? Imperare subditis, quid nisi militem gerere obsequentem? Centurio aiebat, *Ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit.* Matth. 8. Dum videor tibi Centurio militibus imperare, potius sum sub militum potestate constitutus. Centurionis enim munus quid nisi militibus omnibus inseruire. Vnde oportet eum, qui Centurio futurus est, primum militem agere, vt sciat Centurio subditis militibus obtemperare: *Miles primum, deinde Centurio.*

Gubernator omnes, & Imperator prius disdit esse remigus, & miles est vt Gubernator remiget, Imperatorque miliiet. Seruilia gubernatio, & Imperium.
Basil.
Matth. 8.

44\. Paulus egregiè, *Et quidem cum esset Dei Filius didicit obedientiam, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis.* Hebr. 5. Quonammodò cum Dei Filius esset, didicit obedire? Quia illud ipsum scire se à Patre exisse, seo Filium Dei esse, cui *omnia dedit Pater in manus*, idem fuit, ac subditis obedire, quibus ministrandis aduenerat; quia Præsul eorum. Sic *consummatus factus est.* Præsul *omnibus obtemperantibus*; quia Præsul ille consummatus obiicitur, qui subditis norit ministrare.

Dei Filius hominum factus Princeps, didicit obedire, vt imperans seruiret.
Hebr. 5.

45\. Iob proclamat, *Gigantes gemunt sub aquis.* Cap. 20. Tunc Gigas, tunc Præsul munus gubernandi explet, cum gemitus edit seruitutis pondere pressus. *Bos* (inquit Berchorius) *symbolum seruitutis, & Euangelica potestatis.* Apostoli enim Principes Ecclesiæ duodecim vitulis assignantur mare æneum sustinentibus. Quid Principi cum seruitute? An non bos ad seruiendum agnatus? Existimet Princeps, ad seruiendum subditis assignari, subditorumque ponderi homeros submittere debere. Nilus in Ascet. *Boues sub pelui declarant eos, qui subeunt onus Rectorum, nihil respuere, aut auersari deberet sed & onera, & sordes inferiorum perferre.* Profectò Præsules non solùm subditorum sunt famuli, sed mancipia; quia famulus dedignatur domum à sordibus emundare: famulæ mulierculæ, aut mancipij homoncionis est ministerium.

Bos sub pelui declarat Prafulatus seruitutem.
Iob. 20.
Berch.
Nilus.

46\. Sapientia incarnata profatur, *Quasi platanus exaltata sum iuxta aquas.* Eccli. 24. Vbi D. Anselmus innuit illam exaltationem Christi Imperium exponere *respectu inferioris aqua*, siue subditorum. Exaltatur Dominus, *iuxtà aquas* hodie, cum exaltationem, seu Imperium, Præsulatumque suum ostendit, dum aquis diluit pedes subditorum: dum Iudæ curat sordes non tantùm è pedibus, sed & ex corde emundare, *volens illum compungi* (ait Euthymius) *qui talia aduersus talem Gubernatorem cogitaret.* Subditi enim compunguntur, dum vident Præsulem seruilibus eorum causa ministerijs incumbere.

Christi Imperium, & Prafulatus iuxta aquas, dum abluit pedes subditorum.
Eccli. 24.
Anselm.
Euthym.

47\. Sophonias ait, *Verbum Domini, quod factum est ad Sophoniam filium Chusi filij Godolia.* Cap. 1. Ad quæ Remigius. *Sophonias speculator filius Chusi, interpretatur humilitas, aut seruitus. Habebat auum Godoliam, qui dicitur magnitudo Domini. De magnitudine Domini generatur humilis seruitus.* Quia scilicet idem est Dominationis magnitudo, ac seruili addici humiliati ad obsequium vtique subditorum.

Idem est dominatio, ac seruitus.
Soph. 1.
Remig.

48\. Contemplatur Origenes hom. 6. in Isai. Petri excusationem, *Domine, tu mihi lauas pedes?* Ioan. 13. requirit, *Quis me mundat? Quis lauat pedes meos?* An tu, Domine? Si Dominus es, debes subditorum sordes diluere; seruile enim munus accepisti, cum addictus es Dominationi. Vnde Petrus non aptè curat Dominum à seruili ministerio abstrahere. *Domine, tu mihi lauas pedes?* Imò quia Dominus est, debet pedes diluere seruum agens. *Domine IESV veni, sordidos habeo pedes, propter me factus es Dominus sis seruus, mitte aquam in peluim tuam, veni, & laua pedes meos.* Scio enim, quod agnatum sit Dominationi Præsulatus subditis seruiliter ministrare.

Quia Dominus est, curat Petrus istù à lauando pedes ministerio seruili abstrahere: imò quia Dominus est, debet subditis inseruire.
Ioan. 13.
Origen.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, &c.

Omnia in manus dedit ei Pater, vt largiter impenderet; largitati enim IESV vix omnia sufficiunt.

Sic enim donat hodie hominibus, vt omnia elargiendo semel, sæpe sæpius donandi omnia obaratus esse videatur. Vbi de Eucharistia quasi ex Dei dantis debito exigenda.

49\. CVr Ioannes memorat speciatim hodie à Deo Patre Filio Iesu omnia in manus esse tradita? An non à primo conceptionis instanti omnia in manu IESV fuerant à Patre collocata? Ita planè. Attamen ideo hodiernæ diei instantia speciatim asserit Ioannes, omnia in manus IESV tradita esse à Patre; quia tot homines opplet muneribus, vt nisi omnia haberet in manibus, vacuus omnino remaneret. Dedit nobis Eucharistiam, vbi omnes Dei diuitiæ continentur, vt quotidie accipere possimus, dedit vitam Pastor egregius, & quod pro cuncto grege patitur, singulis ouibus integre impendit. Qui dat omnia sæpè, necessum est in manibus omnia instar fontis perennis habere, vt possit omnibus sæpe omnia elargiri, & omnia semper manibus continere, vt nunquam non elargiatur. O Christi munificentiam

inessa

ineffabilem! Dedit Eucharistiam, & ex illa omnium diuitiarum elargitione quasi obæratus redditur, ad offerendum corpus Cruci suffigendum. Ergo omnibus indiget plenas manus habere, qui dum omnia semel dat, ad donandum mox omnia redditur obæratus.

50. Fatur Ennodius l. 5. epist. 14. *Diuina beneficia gradibus semper accedunt, & quibus bona conferunt, meliora pollicentur.* Donat nos Christus fructibus passionis vitam propriam impendens, & sæpe omnibus hisce nos in Eucharistia quotidie dignatur redonare. *Quibus bona conferunt, meliora pollicentur.* Hodie Deus dum vitam suam confert, si non pollicetur meliora, quia omnibus nos donauit vitam exhibendo: eandem omnium elargitionem in Eucharistiæ munere pollicetur.

Quibus Deus bona cōfert, maiora pollicetur.
Exod.

51. Iudith prosternens se, *Clamabat ad Dominum: Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum: subueni, quæso te Domine Deus meus mihi viduæ. Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti.* Cap. 9. Preme particulam, *Illa post illa cogitasti.* Nam cum Deus priora munera exhiberet, cogitauit, quænam munera post prima posset elargiri. Cogitauit Deus alienigenas illos in Ægypto protegere, eosque in manu valida à captiuitate eripere. Ergo ex illo munere dato Hebræis cogitauit Deus Hebræos ab Holopherne liberare, *Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Aegyptiorum videre dignatus es.* Exigis, ô prudens, fœmina debitum, an precaris munus? Profectò ea est diuina munificentia, vt velut debitum contrahat ex beneficio exhibito ad aliud elargiendum. Chrysologus serm 88. *Qui dando debet, sibi magis ipsum facit obnoxium creditorem.* Dat hominibus vitam, & dando se facit Eucharistiam dandi quasi debitorem, nosque sibi creditores constituit.

Beneficiis datis Deus velut debitor constituitur.
Iudith. 9.
Chrysol

52. Obsequia ab hominibus sibi religiosè oblata Deus debitor effectus munerat beneficiis *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Psalm. 115. Omnia retribuit dum omnia donat? Si Dauid meditatur quid soluere possit pro omnibus acceptis, cur non dixit: *Quid retribuam pro omnibus, quæ tribuit?* Appositè admodum ait, *Pro omnibus, quæ retribuit* quotidie dum Dauid *Calicem* accipit salutaris; quia dum Deus Dauidem donat omnibus, quasi debitor fit omnia illi rursum retribuere. Pulchrè Saluianus lib 7. de Gubern. Dei. *O bonum, ô pium, ô inæstimabilis misericordiæ Dominum! qui ad hoc nobis in præsenti Religiosis munera tribuit, vt ipsa in nobis posteà, quæ nunc dat, munera muneretur.* Vt magis soluere debitum, quam munus exponere videatur.

Dum Deus nobis tribuit omnia, quasi debitor retribuit. quia ex vno munere quodammodo tenetur illud alio munerari.
Psalm 115.
Saluian.

53. Iam calleo illam præsumptionem, qua fideles piè audent precari ne, an imperitare? Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Matth 6. Chrysostomus, *Panem supersubstantialem*, Eucharisticum videlicet. Ad quæ Augustin. lib. 2. de serm. Dom. in monte, cap. 8. *Quid charius debet esse filiis, quam Pater? Et supplex affectus cum homines dicunt Deo, Pater noster, & quodam imperandi præsumptio, Panem nostrum da nobis hodie.* Cur non rogant. Precor, vt tribuas? Profectò quia panis noster est, dum quotidie recipimus; quia semel datus nobis panis ille quasi debitorem reddit Deum sæpe sæpius tribuendi. Itaque cum ad panem meum recipiendum accingor, quasi præsumptuosè non rogo, sed impero, da meum panem. Non supplex oro vt tuum panem dones, sed vt meum soluas. *Solue, quod debes*, quod à conseruo seruus ille exigebat.

Semel dato nobis pane Eucharistico, exigimus, Deum debitorem, vt iterum retribuat.
Matth. 6.
August.

Aliter non minus appositè locum expendam. *Pater noster.* Deum Patrem appello innumerabilia me à Deo beneficia accepisse profiteor. Recenset ea Chrysostomus hom. 10. in Matth. *Qui Patrem dixit, & peccatorum remissionem, & adoptionem, & hæreditatem, & fraternitatem, quæ est ad Vnigenitum, & spiritus largitionem, per vnam hanc confessus est, nuncupationem.* Ergo omnibus donati ex Patre, iam possumus quasi imperantes exigere alteram eorumdem omnium quasi debitam in Eucharistico pane elargitionem: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Dupliciter* (adiicit) *orantium igitur erigit sensum, & dignitate eius, qui inuocatur: & magnitudine beneficiorum omnium, quibus orans potitus est.* Sensus enim erigitur, vt omnia rursum petamus in pane, qui omnia iam in filiatione acceperamus. Deus enim dando omnium est debitor. 54.

Dum efficimur filij Dei omnibus donamur, vnde quasi ex debito à Deo exigimus, rursū omnia recipere in Eucharistico pane.
Matth 6.
Chrysost.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cœpit lauare pedes Discipulorum suorum.

Cum Dominus se se ad opus abiectum præparat, aptè surgere dicitur.

Quia humilitatis demissio prorsus est eleuatio.

CHrysostomus audiens verbum *surrexit.* 55.
Mox exclamauit, *Vide autem humilitatem, postquam resedissent omnes, surrexit.* Profectò humilitas potius erat aspicienda in verbo, *Lauit pedes*, quam in verbo *surrexit.* Cur ergo cum audit surrexit, antequam *lauit* exaudiret, celebrat Domini humilitatem? Porrò quia è mensa ad humilitatis actionem properabat, quæ quidem apprimè surgendi vocabulo exponitur; humiliari enim, potius est eleuari.

Chrysost.

Cum iniungendus in Regem Israël Dauid 56.
Samueli sisteretur, à Domino Propheta audiuit: *Surge, & vnge eum; ipse est enim.* 1. Reg. 16. Miror Dominum illo vsum vocabulo: *Surge.* Vt puerum inungat potius debet Propheta demitti. *Surge* inquit Dominus; quia in Dauide humilitas obiiciebatur, quæ necessariò eleuatur adeò, vt gigas Propheta debeat surgere, vt surgentem humilem possit inūgere. Pulchrè D. Gregorius, *Quid est, Surge, & vnge eum? An tantus erat paruulus, vt sedendo vngi non posset? Sedendo quippe tangere alta non possumus. Magna est virtus, magna celsitudo humilium, si ad eorum summo nec Propheta pertingit.* Surgat ergo Propheta vt assurgentem humilem inungere valeat. En Christi parens Dauid illam ad opus abiectum eleuationem præsignauit: *Surgit à cœna, Surge & vnge eum.*

Surge Propheta magnum, vt vngeret Dauidem, qui ex humilitate surrexerat.
1. Reg 16
Gregor.

Ait

57\. Ait Ioannes, *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, surgit a Cœna, & cœpit lauare pedes Discipulorum.* Cap. 13. Quare memoria geritur omnipotentiæ Domini, vt opus abiectissimæ humilitatis referatur? Certè quia opus humilitatis opus est quodammodò omnipotentiæ. Adeò enim humilis exaltatur vt Deus omnipotens ostentetur. Dauidem testor satum. *Ego minimus fui in Tribu mea, & elegisti me ex omnibus, & assumpsisti me.* 2. Reg. 7. Preme verbū *assumpsisti.* Quonammodò Dauid assumpsisset? An ad Regni soliū? Praua esset humilitati assumptio. Assumptus est quodammodò ad Deitatis omnipotentiam; quia qui opus gerit humilitatis quasi omnia in manibus se habere ostendit. Chysostom. *Videtis, quanta culmina procedant de radice humilitatis, quam vberem fructum Deo efferat? Inde omnes virtutes, inde omnes bona actiones, inde cuncta potentia ascendunt, id est, totum posse.* Quid excogitatius?

Quasi omnipotens ostenditur humilis. Adeò surgit, & eleuatur humilitatis abiectio.
Ioan. 13.
2. Reg. 7.
Chrysost.

58\. Deiparens ad Bethleemum *peperit Filiū suum primogenitum, & pānis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia nō erat ei locus in diuersorio.* Luc. 2. Virgo Regina cœli in stabulo parit, Iosephus Christi parens, Deiparæ Sponsus in stabulo commoratur; Christus Dei Filius reclinatur in præsepio. O humilitas, quæ Mariam, ac Iosephum ad Deitatis fastigium quodammodò eleuasti: Christum autem vere esse Dei Filium ostēdisti. Preme verbum: *Quia non erat locus ei.* Ostentantur ne immensi haud loco circūscripti? Certè humilitas assolet homines ad Deitatis eleuare cumulum Ait pulchrè D. Maxim. hom. 1. de Epiph. *Vnigenitus autem Altissimi sic humiliter ingressus est in mundum, vt indubitata Diuinitatis sua deferret indicia.* Curauerat Pater aduentum Messiæ adeò esse lectetum, vt vel diabolo esset abscoonditum. Attamen tanta humilitate ornatus mundū ingreditur dum præsepio addicitur, vt quodammodò necessarium fuerit Deitatem abscōditam manifestari. Quonammodò precor? Quia humilitas tanta necessario Deitatis eleuatur ad verticem. Vndè qui vidit eum ad præsepe descendere, simul eum ad immensitatis aulam Deificam assurgere aspectat: *Quia non erat locus ei.*

Ioseph, & Maria dum humiles descendunt ad stabulum, quasi sine loco immensi aspiciuntur.
Luc. 2.
Dum Iesus reclinatur in præsepio, necessariò Dei Filius manifestatur, ex humilitatis eleuatione
Maxim.

59\. Iam agnosco tartarei serpentis astum, qui Domino è pinna Templi persuadebat descensum. *Statuit eum suprà pinnaculum Templi, & dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorsum.* Matth. 4. Vbi Chrysol. serm. 13. *O signum! Mitte te deorsum. Conuenientius dixerat, si Filius Dei es, ascende ad cœlum: cum sit hominis vtique, ad ima caderes, Dei sit, ad superna conscendere.* Certè crediderim Diabolum se se petens descensum ad dignoscendam in carne Deitatem, astutissimum ostentasse. Sed enim humilitatis ille descensum non aufugeret, proculdubio ex necessaria tantæ Dei humilitati eleuatione Deitatis gloria reseraretur.

Curat diabolus scire ex humilitatis descensu Deificam eleuationem Iesu. Si descendis aspicies ad Deitatis verticem.
Mat. 4.
Chrysol.

60\. Sophonias clamat, *Verbum Domini, quod factū est ad Sophoniam filium Chusi filij Godolia, in diebus Iosia filij Amon Regis Iuda.* Cap. 1. *Chusi* Hebraicè idem est ac *Humilitas*, vnde Sophonias est *filius humilitatis* ex mente Remigij. Porrò Iosias idem est Hebraicè ac *Eleuatio Domini.* Sophonias ergò humilitatis filius fuit in diebus Iosiæ. Quare, precor? Remigius respondet? *Hic talis ac tantus filius humilitatis benè dicitur fuisse in diebus Iosia Regis sanctissimi, qui interpretatur Eleuatio Domini. Tempore ergo eleuationis extitit filius humilitatis; quia per humilitatem eleuamur ad cœlestem eleuationem.* Allegorica quidem, sed pulchra cogitatio.

Humilitas extitit in eleuatione Domini tempore
Soph. 1.
Remig.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Domine tu mihi lauas pedes? Quod ego facio, tu nescis modo: Scies autem postea. Non lauabis mihi pedes in æternum.

Nesciebat Petrus, & ideo tenaciter primæ hærebat sententiæ.

Est enim eorum, qui non sciunt, tenaciter suis votis harescere.

AVgustinus, *Exterritus Petrus facti altitudine non permittit fieri, quod cur fieret, ignorabat.* Vnde *nesciens quid diceret*, post Domini monitum adhuc instat: *Non lauabis mihi pedes in æternum.* Anselm. *Nunquam hoc patiar.* Nesciens adhuc Discipulus flecti nescius perseuerat. Obstinatè etenim parum sapientes assolent propriæ hærescere opinioni. 61.

August.
Anselm.

Conqueritur Iobus. *Stulti quoque despiciebant me; & cum ab eis recessissem detrahebant mihi.* Cap. 19. Præmiserat Diuus, *Venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me, & obsiderunt in gyro tabernaculum meum. Noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei; & qui me nouerant, obliti sunt mei. Inquilini domus mea sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum.* An non vides verborum diuersis temporibus Iobum vsum? Latrones *fecerunt, obsederunt*; noti *recesserunt*; propinqui *dereliquerunt, obliti sunt*; inquilini *habuerunt*; stulti autem *despiciebant, detrahebant.* Cur cuncti hostes persecutores in præterito designantur, stulti autem in præterito imperfecto exprimuntur? Certè quia imperfectum illud præteritum indicat persistētem actionem. Cuncti igitur hostes mei me persequuti sunt, iamque à sua impugnandi seuitia decesserunt, finem imposuere persecutioni. Verū stulti pertinaciter despiciebant, & detrahebant; quia stultitiæ agnata est voti pertinacia. 62.

Stultus pertinaciter persequebatur Iobum.
Iob. 19.

Philo lib. de Sacr. Abel *Sapiens est stulti redemptio.* An captiuitati addicitur stultus, vt sit à sapiente redimendus? Profectò in *inferno nulla est redemptio.* Iam audisti. Cur autem nulla sit in tartaro redemptio? Certè quia dānati pertinaciter hærent iniquitati; culpa autem persistente in animo, pœna æternetur necesse est. Igitur stultus quasi damnatus obiicitur; quia assolet tenaciter, ac pertinaciter propriis votis hærescere. At sapiens eum edocens, à stultitiaque liberans redimere eum potest à pertinaciæ tartaro; quia nisi cadat à pertinacia voti, incapax huiusmodi redemptionis non obiicitur. 63.

Stultus assolet proposito, seu voto tāquam damnatus pertinaciter hærescere.
Philo.

Dixit Dominus Petro, *Quod ego facio, nescis modo.* At ille quasi non monitus, cum deberet mox obsequium præstare humilis obedientiæ, tenaciter proposito illigatur: *Non lauabis pedes mihi in æternum.* Vndenam pertinacia, nisi quia nesciebat. 64.

Ignorantes filij Israel semper persistere in va-

Ie illi: Manhu, quid est hoc? Exod. 16.

nesciebat. Quam ad rem destuxio Mānæ! *Quod cum vidissent filij Israel, dixerunt ad inuicem: Manhu? quod significat, Quid est hoc? Ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moyses, Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum.* Exod. 16. Miror planè, dum lego nomen inditum fuisse cœlesti pani, *Manhu*; seu *Quid est hoc?* Quare huiusmodi notatur nomine? Certè quia Israëlitæ adhuc suo in proposito tenaciter adhærebant: *Quid est hoc?* An non dixit Moses, *Hic est panis.* Cur non eum panem appellatis? Vocitatur *Manhu*, quia Hebræi suo errore pertinaciter illigantur. Vndenam precor incorrigibilitas opinionis? Crediderim, quia ignorabant. Audi pulchram Theodor. q. 10. sententiam. *Quare vocatum est Manna? Eo quod Israelita statim vbi conspexissent illud, à se mutuo quærebant, Quid est hoc? Videntes enim filij Israel, dixerunt, Quid est hoc? Ignorabāt enim quid esset. Vnde in nomen versa est interrogatio.* Semper tenaces in quærendo, *Quid est hoc*, ostentantur, quia *ignorabant.* Quēadmodum itaque Petrus post monitionem Domini, *Quod ego facio nescis modo: scies autem postea*, adhuc suo proposito hærebat Apostolus; quia nesciebat: ignorantes Hebræi etiam post Mosis monitum, *Hic est panis*: proposito hærescunt, *Manhu, quid est hoc?* Vnde Dominus Petrum redimit, sapiens stultum tunc edocet, vt à pertinacia liberaret proclamantem, *Non tantum pedes, sed & manus, & caput.*

Theodor.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Domine, non tantum pedes meos, sed & manus, & caput.

Edoctus à Christo Petrus prudentissimè, ac sapientissimè sententiam mutat, à primi propositi tenacitate cadit, se dilui permittens.

Sapientis enim est, mutare consilium.

65. CVm Petrus ignorabat, suo in proposito persistebat: cum autem à Domino edocetur, sapiens efficitur, & illicò sententiam immutauit: *Non tantum pedes, sed & manus, & caput.* Anselm. *Petrus per pedes, manus, & caput intelligit affectiones, opera, cogitationes.* Qui ignorabat, iam intelligit, iam insipiens cœlesti sapientia informatus obijcitur; iam ad mystica ascēdit. Ideo proclamat, *Non tantum pedes*, &c. Nūm indecens tanto viro mutasse sententiam? Certè indecentissimum fuisset Præsuli summo non mutasse. Nam quemadmodum insipientis est tenaciter haud salutari proposito hærescere: sapientis est, consilium, ad salutem animæ, immutare.

Ansel.

66. Non semel audistis Deum proclamantem. *Pœnitet me, fecisse eos.* Gen. 6. *Pœnitet me, quod constituerim Saul Regē; quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit.* 1. Reg. 15. An Deo infinitæ sapiētiæ circa consilium pœnitudo? Profectò illa externa specie mutationis consilij sapientes vult Præsules erudire. Tertullian. lib. 2. cont. Marc. cap 24. *Quoniam quidem dixerit Deus: Pœnitet, quod Regem fecerim Saul; præscribens scilicet pœnitentiam.* Ac si diceret, se pœnitentia affectum simulat externè, vt edoceat Præsulibus sapientis esse sententiam mutare, & de consilio haud salutari pœnitere.

Deus externe simulat pœnitentiā, vt adstruat, Præsulibus congruere, consilium mutare.
1 Reg. 15.
Tertul.

67. Cum instaret *dies festus Iudæorum Scenopegia*, vt rogaretur IESVS à fratribus, vt ad diem solemnem ascenderet, respondit: *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego enim non ascendam ad diem festum istum. Vt autem* (addit Euangelista) *ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum.* Ioan. 7. Patres requirunt, an consiliom mutauerit Dominus? *Non ascendam*, inquit, *ad diem festum istum, & ipse ascendit ad diem festum.* Quomodo si ascendit, verificatur illud, *Non ascendam?* Theophylactus, *Noluit in principio ascendere, vitans iram frementium Iudæorum. Non ascendam* (ac si diceret) *principio* Anselm. *Ascendit post vbi non illi.* Chrysostomus, *Ascendit, non vt patiatur, sed vt erudiat. Ascendit* (alij explicant) *quasi in occulto*, quod est quasi non ascendere. Attamen crediderim voluisse Dominom *præscribere* (vt aiebat Tertullianus) sapientibus propositi, aut sententiæ mutationem. Se scientia proficientem abiicit, qui infinite erat sapiens: IESVS *autem proficiebat sapientia, & ætate.* Luc. 2. vt scilicet doceret, neminem repente fieri summum. Simulat se, puerorum instar, à parentum gremio aberrare. *Remansit puer* IESVS *in Ierusalem.* Luc. 2. vt videlicet edoceret Euangelij ministros commodis renunciare, vt opus Dei gerere valeant. Nunc autem se obiicit (specie tenus) concilium mutasse, vt erudiat homines, & persuadeat eis, sapientis esse, consilium immutare.

Videtur Iesus consiliū mutasse circa profectionem ad diē festum, vt idē edoceret.
Ioan. 7.
Theoph.
Anselm.
Chrysost.
Tertull.
Luc. 2.

68. An non sapientiæ cœlestis clamores auditis? *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam: in capite turbarum clamitat, in foribus portarum Vrbis profert verba sua, dicens: Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient; & imprudentes odibunt scientiam?* Prou. 1. Quid, scientiam odio prosequi? Exposuit grauis Interpretes, *Persistenter cupere ea, quæ tibi noxia sunt.* Profectò consilium non mutare noxium, sed immobiliter primo voto hærescere, insipientis est. Tunc autem prudens ostendêris, amatorque prudentiæ, cum mutans consilium odio prosequaris ea, quæ tibi noxia esse compereris.

Insipientis est, pertinaciter primo voto hærescere, si noxium.
Prou. 1.

69. Plato aiebat. *Stabilitas constantis animi sapientiæ est* documentum. E contra instabilitas animi inconstantis indicat insipientiam. Profectò iam vidi stabilitatem & instabilitatem posse commendabiliter copulari. Audias, precor. Habacuc aiebat, *Stetit, & mensus est terram.* Cap. 3. Ex Græco legit Cyrillus Alex. *Stetit, & commota est terra.* Quonammodò terra simul firma steterit, & fuerit commota? Stare, & non stare contradictionem obijcit. Profectò ille motus ad melius tendebat, & dum videtur terra instabilis, tunc vere stans & consistens exponitur. *Duo hæc* (inquit Doctor) *passa est terra: stetit namque, & commota est: Stetit igitur. Mota est deinde, cum à deceptione veteri digredi, & ad omnia Deo grata transire maluit.* Preme verbum: *Cum à deceptione*, &c. Cum decepta erat terra insipientia quidem affecta (de hominibus loquitur) tunc stabat malo hærens proposito. At cum à deceptione liberatur, & sapientia pollet; tunc dicitur commoueri, & à noxia stabilitate cadere. Iam pondero illo illam particulam: *Stetit terra, & commota est: Stetit igitur.* Miror consequens. Si

Stabilitas & instabilitas possunt commendabiliter copulari.
Plato.
Habac. 3.
Cyril.

stetit

stetit prius, & commota ac mutata iam est, quonammodò stetisse dicitur? *Stetit igitur.* Certè quia illud ipsum à noxia stabilitate cadere, in meliusque mutari; veraciter stare est.

70. Vis ostendam, necessario huiusmodi mutationem consilij esse commendandam? Christus Patris sapientia terræ hanc mentem immisit, vt saluti ex salutari mutatione consilij prouideret. Adiicit Cyrill. *Verè igitur mirabile est, tempore eodem stetisse, & commotam esse terram. Christus enim est, qui ipsam & ad bonum opus corroborat, prioribusque posthabitis, ad salubria cogitanda, & capescenda impellit.*

Mutatio consilij ad salutem confert. Cyrill.

71. Monet Christi spiritu Paulus, *Sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione, & æmulatione: sed induimini Dominum* Iesvm Christvm Rom. 13. Preme particulam, *Non in contentione, sed induite* Iesvm Christvm. Liceat vulgariter explicare: *No porfieis perseuerar en el vestido antiguo, mudad vestidura: Induite* Iesvm Christvm. Quis hominibus curat persuadere mutationem? Sapientissimus Apostolus, curans homines sapientes effici ex consilij prioris mutatione. Cyrillus lib. 5. in Isa. cap 61. *Scribit sapientissimus Paulus, Induite Dominum nostrum Iesum Christum, & carnis curam ne gerite in cupiditatibus.* O pulcherrimam *mutatoriam* ad salutem animæ *vestem!* Exutie habitus prauos, & mutati in melius, *Christum induite.* Sapientissimi consilium.

Perfectius est, mutare consilium, sicut vestimentũ. Rom. 13. Cyrill.

Observat. VII.

Ad illa verba:

Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, &c.

Qui mundus est totus cur adhuc indiget abluere pedes?

Quia ad digniorem Eucharistiæ sumptionem, magna puritas præmittenda est.

72. Ait Toletus, *Hoc probat, non ad exemplum humilitatis tantùm hanc lotionem factam esse: sed simul etiam ad significationem, & purgationem quandam, quæ non alio tendebat, nisi vt dignè conuiuio futuro corporis, & sanguinis Christi vescerentur.* Quænã, quæso, purgatio indicitur Petro & Apostolis Sanctis, si mundos esse omnes omnimodò Christus profitetur? *Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus. & vos mundi estis.* Si mundi toti, cur eis adhuc mundicies indicitur? *Nisi vt pedes lauet.* Profectò quia ad Eucharistiam recipiendam tota mundicies adhuc indiget purgatione: tota enim puritas coram mensa sacerrima obiicit profectò maculæ suspicionem.

Tolet.

73. Proclamat Isaias, *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? Quis habitabit de vobis cum ardoribus sempiternis?* Cap. 33. Vbi Lyran. non de tartari incendiis, sed de igne, qui in Altari holocaustorum in Templo perpetuo ardebat, interpretatur. *Quasi dicat, Quis poterit de vobis ministrare in Altari holocaustorum?* Iustinus Dial. cum Triph. sic de Eucharistia: *Prophetia hæc de pane est, quem dedit nobis Christus: & de suo quod sacro iussit in suam commemorationem. De quo asserit Propheta, Quis habitabit de vobis cum igne deuorante?* Quasi asserat, Erit ne aliquis de sua tam præsumens puritate, vt ad diuinum, cœlestemque ignem accedere præsumat sine metu conflagrationis? Omnino puerus inuenitur? Quid si aliqua adhuc stipola maneat in mente, quæ igni materiem subministret. Toti mundi Apostoli adhuc mundantur.

Quis tã præsumit de sua puritate audebit sine noua lotione accedere ad ignem Eucharistiæ? Isa. 33. Lyran. Iustin.

74. Dauid esuriens Achimelech precatur, *Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid inueneris.* Respondet Achimelech solùm panem sanctum se posse exhibere, *Si mundi sunt pueri.* 1. Reg. 21. Ad panem illum sanctificatum mundicies requiritur in suscipiente? Ergo ad Eucharisticum panem exactior puritas requiretur. Mundi sunt pueri? Adhuc curent exactius, augustiori puritate oirescere. Sic arguit Abul. *Ex his autem apparet, quanta confusio debet esse eorum, qui Dominicum corpus accipiunt. Nam si lex homini existenti in necessitate* (haud quidem extrema) *non permittebat comedere de pane illo propositionis, qui nullam differentiam ob aliis panibus habebat secundum veritatem, sed solum secundum opinionem: quanto solicitius hoc obseruandum est in Dominico corpore, vbi non est panis, nec vinum; sed vera Christi caro.* Ergo mundi omninò debebant esse pueri ad panem propositionis recipiendum: ad Eucharisticum edendum panem, suprarotius hominis mundiciẽ adhuc ablutio accurata debet præparari. Sic Apostoli toti mundi pergunt vlterius ad lauacrum.

Vel ad panes propositionis edendos, mundities requirebatur: quid ad illius figuræ veritatem? 1 Reg. 21. Abul.

75. Celebris Assueri Regis Cœna Principibus apposita, in qua Lyranus Cœnam Iesu nouissimam recognouit. *Fecit grande conuiuium cunctis Principibus suis.* Esth. 1. *Fecerat* (inquit Doctor) *grande conuiuium verus Rex Christus; quia tunc instituit Eucharistiam cunctis Principibus, id est, Apostolis, de quibus dicitur. Constitues eos Principes super omnem terram. Tunc enim ostendit eis cibum pretiosissimum; quo reficiuntur Angeli.* Quid plura? *Iussit* (ait Textus sacer) *septem diebus conuiuium præparari in vestibulo horti, & nemoris.* Ibid. Quæ quidem præparatio ex mente Lyrani non est conuiuij apparatus, sed conuiuarum decentia. Eucharistia enim repentè è manibus Domini præsentatur. At Apostoli Principes, qui iam mundi erant toti, ablutioni accuratiori præparantur; quia accepturi erant *cibum pretiosissimum, quo reficiuntur Angeli.*

Totus apparatus ad conuiuium Assueri erat conuiuarum decentia. Haud aliter hic. Esth. 1. Lyran.

76. An Angeli omninò mundi præparantur ad cibum sacerrimum? Tribus Angelis ad Abrahami Tabernaculum accedentibus ait Patriarcha: *Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes vestros: & requiescite sub arbore; ponamque buccellam panis.* Præparatur vitulus, panis subcineritius coquitur. Gen. 18. Strab. *Subcinericij panes per Saram, id est, Ecclesiam conspersi sunt, & in vnum corpus Christi redacti. Vitulus tener, & saginatus Christi corpus est.* Iam premo particulam, *Afferam pauxillum aquæ vt lauentur pedes vestri.* Angelis accepturis Christi corporis simulacrum pedum ablutio indicitur. An non toti mundi? Quis dubitet? Attamen tanta puritas Eucharistiæ ineffabilem experit puritatem. Apostoli igitur accepturi panem pretiosissimũ, quo reficiuntur Angeli, debebant Angelorum æmulari præparationem. *Vt lauentur pedes vestri, Si non lauero te, non habebis partem mecum.*

Vel Angeli abluuntur, ad typũ Eucharistiæ accipiendum. Gen. 18. Strab.

OBSERVAT. VIII.

Ad illa verba:

Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.

Breuem Dominus de ablutione pedum verbis expressit sermonem, quia ipso lotionis opere vberius prædicauerat.

Efficacius enim actiones prædicant, quam verba.

77. CVrat Dominus Discipulis persuadere humilitatem, & cum posset diu sermonem protrahere, nullus vsus verbis se se ad ablutionis pedum opus accingit, exempli, quasi sermonis epilogum faciens: *Scitis quid fecerim vobis? Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Prædicabat Dominus humilitatis exemplo, quod tam efficax, vt in-

Nazianz.

dixerit: *Vt quemadmodum ego feci;* non *quemadmodum ego dixi.* Nazianzenus, *Opus enim sermone fortius est: & validius operis, quam oris vox.*

78. Tertullianus lib. de Pal. *Auditur Philosophus, dum videtur. Misit sapientia, mensa apposita, ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.* Prouerb. 9. Caietanus virtutes intelligens per ancillas ex Hebræo legit, *Vocauit super humeros excelsorum ciuitatis.* Addit, *Significat, quod virtutes missæ à diuina sapientia officium vocandi exercent non prædicata, nec scripta; sed portata super humeros.* Virtutes itaque in factis consistentes, excitant homines ad diuinum conuiuium. Quid instituto nostro accommodatius? Virtus humilitatis à Christo ablutione pedum expressa Apostulos allicit ad virtutum conuiuium, ad Eucharistiæ epulum; humili-

Virtutes portata super humeros Doctoru, clamāt, vocantes inuitatos.
Tertull.
Prou. 9.
Caiet.

79. tas enim apposita ad Eucharistiam dispositio.

De Cherubinis stantibus à dextris domus Dei, fatur Propheta, *Et apparuit in Cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum. Et sonitus alarum Cherubim exterius, quasi vox Dei omnipotentis loquentis.* Ezech. 10. An manus loquuntur? Certè manuum sonitus *quasi vox Dei omnipotentis.* Quid mirum, si exempla virtutum obiiciuntur in manibus? Hugo, *Sonitus alarum est fama virtutum Sanctorum.* Profectò opera eleuatiorem, quam vox, clamorem emittunt: *En sonitus alarum quasi vox Dei omnipo-*

Cherubini manibus loquebantur.
Ezech. 10.
Hugo

80. *tentis.*

Dauid audiuit sydera proclamantia, vel apta admodum ad clamorem, dum hortatur: *Benedicite Sol, & Luna Domino, benedicite Stellæ cœli Domino.* Dan. 3. Profectò conclamantia sydera Dei gloriam concelebrant. *Cœli enarrant gloriam Dei. Dies diei eructat verbum. Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* Psalm. 18. Quonammodò ergo sydera, ac Cœli clamant, vociferantur prædicant? Planè lucendo, motusque hominibus salutares exponendo. Efficacissimæ proculdubio ad hominum animos conuertendum voces, sermo, seu Concio salutaris. D. Basil. Seleu. Orat. 8. *Longa maria traiicientibus ac cursum regendum pro tessera sunt Astrorum vndequaque splendentium motiones, & Gubernator incumbens gubernaculo tollit in cœlum oculos, Astrorum motibus aurigans nauem, cursumque per mare cœlesti lumine contorquens, fertur in portum. Qui vero vitæ pel[illegible]us rectè student percurrere, ac vitæ secundum Deum institutæ desiderant secare fluctus: non Astra spectant, sed Chorum Iustorum inspectum eunt, ac eorum viuendi rationibus, studiisque incumbentes, quasi composito gradu suam ipsorum vitam dirigunt.* En Astra cœlestia vera Ecclesiæ luminaria edocent, quonammodò debeant prædicare. Voces Astrorum cœlestium sunt cursus perfectio, lucis vbertas, influxuum benignitas. Luminarium autem Ecclesiæ prædicatio debet esse exempli operum expositio.

Dei ora clamāt, sa fulgentia Dei glorā, profusi vocibus, commendant.
Dan. 3.
Psalm. 18
Basil. Sel.

O quotiens Christus obduratis aud[illegible] bu[illegible] prædicauerat voce: nec salutaris sermo [illegible] rat ex mal[illegible] Iudæorum. C[illegible] quando: *Qui habet aures au[illegible]* [illegible] fectò videns voces sermonum [illegible]s, ac [illegible] ad opera vocalia. Nunc iudicium est mu[illegible] nunc *Princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trad[illegible] ipsum. Hæc autem dicebat, significans, qua morte esset moriturus.* Ioan. 12. Ac si diceret, Dum vocibus doctrinam expressi, Princeps huius mundi haud à suo fuit Regno deturbatus; quia homines audiendi auribus non vtebantur. At Crucem scandens, operibusque, siue manibus confixis, prædicans, audiar ab hominibus, & ad me pœnitudine affectos alliciam, imò traham vtique voluntarios.

An non id Dauidicum carmen expressit? *In intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Psal. 77. 81.
O manus suffixæ Cruci, quam egregij Concionatores! Arnobius, In intellectibus manuum suarum deduxit eos. Ideo manus suas in Cruce Christus leuauit, vt in gloria manuum suarum deducat nos. Bernardus, *Sermo viuus, & efficax exemplum operis est: plurimum faciens suadibile, quod dicitur, dum monstrat factibile, quod suadetur.*

Manus Iesu Cruci suffixa efficaciter prædicabant.
Psalm. 77.
Bernard.

LIBER QVARTVS.
SERMO DE POENITENTIÆ
BAPTISMO EX ORE IOANNIS.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput tertium Lucæ.

Panegyrici Morales circa literam in Iesum Concionatorem.

PROLVSIO.



VM virilem iam ætatem Ioannes & IESVS atti- gissent, tempusque esset prædicandi per ipsos Euangelij: prior Ioannes Zachariæ filius, Christique præambulo, austeritate loci, habitus, ac victus populo venerabilis, afflatus diuino spiritu, vices gerens IESV Concionatoris, verbo ac baptismo ad pœnitentiam cœpit inuitare. *Venit* ergo *Ioannes in omnem Regionem Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ.* Vt scilicet veri Israëlitæ ad beatitudinsi ripam transferamur. Quid si Deiparens Iordanis appellatione decoretur? Ait Richardus Laurent. lib. 9. de Laud. Mar. *Maria est fluuius Iordanis, in quo ad præceptum Elisæi restituitur caro Naaman leprosi sicut caro paruuli pueri, si in eo abluatur.* An non hic pœnitentiæ baptismus ex Mariæ intercessione? *Per hunc Iordanem transeunt Israëlitæ veri in terram promissionis: ita nos transeuntes à malo in bonum per pœnitentiam, deuotè Mariam collaudantes, per eam introducemur in veram terram promissionis.* Pulchrè.

Dominici vitalis ligni FRVCTVS QVARTVS.

Richar: Lauren:

LVCAS CAP. III.

VERS. 1. ANNO quintodecimo Imperij Tyberij Cæsaris procurante Pontio Pilato Iudæam: Tetrarcha autem Galilææ Herode: Philippo autem fratre eius Tetrarcha Ituræ, & Trachonitidis Regionis: & Lysania Abilinæ Tetrarcha; sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caïpha:

PARAPHRASIS.

1. CVM *Tyberius Cæsar annum iam decimum quintum rerum summa potiretur, Pontius Pilatus Romanus Præses erat Iudææ. Herodes autem Archelai frater ex designatione Cæsaris Galilæam sortitus est. Philippus eam Syriæ partem administrandam susceperat, quæ Ituræa dicitur, ac Trachonitis, à montium quidem asperitate. Porrò Lysaniæ cesserat ea, quæ dicitur Abilena, nomen sortita ab Abila præcipua eius Re-*

gionis Ciuitate. At Sacerdotium veluti mox cessaturum, vagum erat, & mercenarium; cuius Principatus tum erat penes duos insigniter impios, Annam, & Caipham.

2. Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto.

2. Ad hunc modum rebus apud Iudæos disfectis, ac turbatis, exortum est Regnum cælorum, ac nouum Sacerdotium, cuius Præco delectus erat Ioannes Zachariæ filius. Is cum hactenus latitasset inter feras, & in desertis vitam egisset: afflatus, & admonitus spiritu diuino, prodijt ex eremi latebris, vt sermone exponeret, quod prius Zona pellicea cinctus, melle syluestri victitans, vita docuerat.

3. Et venit in omnem Regionem Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ Prophetæ.

3. Se se contulit Diuus non in Templum, qui locus datus erat Christo, sed in omnem eam Regionem, quæ finitima est fluuio Iordani, quo paratior esset baptizandis aqua copia. Prædicabat Regnum cælorum instare, adhortans, vt se se ventura saluti pœnitentia prioris vitæ præpararent: & aqua baptismo, quem ipse veluti præcursor dabat, se se redderent idoneos Baptismo spiritus, quem daturus esset, cuius imminebat aduentus. Hæc tunc agebantur afflatu diuini spiritus, qui tam olim hoc per os Isaiæ Prophetæ futurum prædixerat.

4. Vox clamantis in deserto; Parate viam Domini, rectas facite semitas eius:

4. Sic enim de Ioannis prædicatione loquitur: Vox clamantis in deserto, Aduentat Dominus, præparate illius vias, ac rectas facite semitas eius; ne offensus prauitate morum vestrorum à vobis resiliat.

5. Omnis vallis implebitur; & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias planas:

5. Venit ad omnes, occurrendum est ab omnibus, æquanda cuncta. Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis deprimetur. Quæ prius distorta, prauaque fuerant ad regulam Euangelicam exæquentur; quæque vitiorum sentibus aspera vias vertentur in planas.

6. Et videbit omnis caro salutare Dei.

6. Mox aderit Dominus, & videbunt eum non solùm Iudæi; verùm etiam omnes totius orbis nationes oculis fidei cernent communem salutis Autorem. Hæc Isaias, cuius per omnia vaticinio respondit euentus.



SECTIO PRIMA.

Ioannes in deserto audiens.

TEXTVS.

VERS. 1. Anno autem quintodecimo Imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Ituræ, & Trachonitidis Regionis, & Lysania

Lysania Abilinæ Tetrarcha: sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caipha. 2. Factum est Verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Tyberio Cæsare.

1. *Series totius sectionis.*

ANno autem quintodecimo.] Imperij Tiberij Cæsaris anno decimo quinto, quo Pontius Pilatus Iudæam Prouinciam administrabat, Galilææ imperabat Herodes filius infanticidæ, Ituræ, & Trachonitidis Regionis Philippus Herodis frater principatum obtinebat. Abilinæ dominabatur Lysanias: Principes verò Sacerdotum erant Annas, & Caiphas: ex eremi latebris Ioannes à Deo iussus est progredi, & hominum conspectui patere.

2. *De ætate Iesu, & Ioannis.* Luc. 1.

Indica huiuscè temporis Saluatoris, Ioannisque ætatem. Christus quidem viginti nouem annorum erat, Ioannes verò sex mensibus anteibat, fante Archangelo, *Et hic mensis sextus est illi*, Luc. 1. Natus Dominus anno quadragesimo secundo Cæsaris Augusti; is autem quinquaginta sex annis potitus est imperio, auctore Eusebio, & aliis. Vixit ergo Christus Augusto imperante annis quatuordecim. Successit Augusto Tyberius; anno itaque itaque Tyberij decimo quinto viginti nouem annorum Dominus erat.

3. *Cur mentio Romani fiat Imperatoris.*

Cur, inquis, Lucas Romani meminerit Imperatoris? Portò ad ostendendam historiæ veritatem temporis, personarumque adnotatio pondus habet. Vnde Prophetæ assolent Israëlitarum Principum memoriam gerere. At Lucas propterea Romani Imperatoris annos supputat, quod Iudæa iam redacta in Prouinciam Romanorum parebat Imperio. Imperatori addit Iudææ Præsidem, Tetrarchas, ac Sacerdotes ad strictiorem veritatis expressionem.

4. *De Tyberij Imperio, & erga Christicolas benignitate.*

Igitur Augusto Cæsari Tyberius successit, ac viginti tribus annis fuit Imperio potitus. Eo Imperium administrante, Christus op. Max. in Crucem actus immortalis redijt, totique terrarum orbi Euangelium iussit promulgari. Non obstitit Tyberius Euãgelij promulgationi, quin potius fauit. Christianorum enim accusatoribus periculum comminatus, retulit ad senatum, vt Christus Deus haberetur. Tertullianus Apol. cap. 5. *Vetus erat decretum, ne quis Deus ab Imperatore consecraretur, nisi a Senatu probaretur. Tyberius, cuius tempore nomen Christianum in sæculum introiuit, annunciatum sibi ex Syria Palestina, quod illic veritatem illius Diuinitatis reuelauerat: detulit ad senatum cum prærogatiua suffragij sui. Senatus quia non in se probauerat, respuit Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorũ.* Contestatur Orosius. lib. 7. c. 4.

Tertull. Oros.

5. *Tyberius commendatur.* Sueton.

A pluribus Tyberius commendatur. Cum ei Præsides suadere curarent, eneruandas tributo Prouincias, (auctore Suetonio in eius vita cap. 32.) rescripsit. *Boni Pastoris est, tondere pecus, non deglubere, hoc est, Lanam non pellem detrahere.* Idem Prouinciarum Præsides cum muscis contulit; quod vt muscæ sanguinem vlceris, sic illi prouincialium opes exugerent. Asserit Iosephus lib. 18. Antiq. cap. 3. Herodem Tetrarcham in amicitiam Tyberij receptum, Vrbem iuxta mare, seu lacum Galilææ cõdidisse, & à Tyberio Tyberiadem appellasse. Hæc illa Tyberias, cuius apud Ioannem memoria geritur: *Abiit* IESVS *trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis.* Cap. 6. Ioan 6.

Ioseph.

§. II.

De Pilato, Herode, Philippo, Lysania.

6. *De Præsidibus Iudææ.* Ioseph.

PRocurante Pontio Pilato Iudæam.] Primus Iudææ Præses Coponius, secundus Marcus Ambiuius, tertius Annius Ruffus, quartus Valerius Gratus, quintus Pilatus. Iosephus lib. 18. Antiq. cap. 3. quintũ vocitat Gratum, quoniam inter Præsides numinat Cyrinũ seu Quirinum, qui Iudæos descripsit. At is fuit Præses Syriæ, vt Lucas asserit cap. 2. Præfuit Pilatus Iudææ annos decem, teste Iosepho lib. 18. cap. 5. Missus est in Prouinciam anno Tyberij duodecimo, vt docet Eusebius lib. 1. Hist. cap. 9. Euseb.

7. *Quid Tetrarcha.*

Tetrarcha autem Galilææ Herode.] Tetrarcha Princeps dicitur, qui Regis caret nomine, propriè is appellatur Tetrarcha, qui quartæ alicuius Regionis parti imperat. Herodes hic est, qui Ioannem Baptistam occidit, & Christum illusit. Easdem, quas Archelaus & Pilatus pœnas subiit à Caio Imperatore successore Tyberij mulctatus perpetuo exilio apud amplissimam florentissimamque Lugduni Vrbem Gallicam, auctore Iosepho lib. 18. cap. 9. At lib. 2. de Bello cap. 8. scribit in Hispaniam fugisse, ibique obiisse. Ab Herodiade sollicitatus Romam petierat, vt Regium honorem sibi compararet; sed vbi Regnum se inuenturum sperauit, ibi inuenit exilium. Documentum exhibens posteris, vt sua quisque sorte contentus viuat.

Herodis fuga in Galliam, & in Hispaniam. Ioseph.

8. *De Philippo, Iturea, ac Traconitide Regione.*

Philippo autem fratre eius Tetrarcha Ituræa, & Trachonitidis Regionis.] Ituræa Regio erat Tribus Nephthalim ad Libani mõtis radices. Regio autem Trachonitis iuxta Iordanem est in sorte dimidiæ Tribus Manasse prope Libanum, & Damascum. Hic terra Hus esse dicitur Iobi habitatio. Legendus Adrichomius Theat. terræ sanctæ, & Borchardus p. 1. cap. 4. §. 11. Philippus ergo primi Herodis infãticidæ filius fuit Ituræ, & Trachonitidis Regionis Tetrarcha. Vir perpetuò modestus, ac quietis amator. Obiit anno principatus Tyberij vigesimo. Quotiens domo progrederetur, cum paucis selectis comitibus faciebat iter, sella subsequente, in qua sedens, iura solebat reddere. Si qui verò ex occursu opem eius imploraret, absque procrastinatione, mox sella posita residens, causam cognoscebat, aut damnaturus sontem, aut innoxium absoluturus. Egregium planè Regibus, ac Præsulibus velociter litium nodos expediendi exposuit exemplum. Ab hoc Philippo & à Cæsare dicta est Cæsarea Philippi propè Libanum sita Vrbs, vbi duo fontes celeberrimi Ior, & Dan commiscentur, fluuiumque Iordanem confluxione aquarum efformant. Iosephus lib. 18. Antiq. cap. 6. legendus.

Adrichom. Borchard. *Mores Philippi.* *De Cæsarea Philippi.* Ioseph.

9. *De Lysania, & Regione Abilinæ.* Nicephor. Beda. Caietan.

Lysania autem Abilinæ Tetrarcha.] Lysaniam Herodis infanticidæ filium fuisse Nicephorus lib. 1. cap. 18. Beda, Caietanus, aliique asseruere: fratrem quidem Herodis Tetrarchæ, & Philippi. Non approbo, Iosephus enim inter Herodis primi filios nullum Lysaniam annumerauit.

Quis autem credat, tam eruditum Iudaicæ Historiæ scriptorem hæredis tanti fugisse notitiam? latet, quidem, quinam fuerit, nec magni id vestigare, momenti. De Regione Abilina sic Iosephus lib. 19 Antiq. cap. 4 Abila. *Lysania, & quæcumque in Libano erant monte, adiunxit Claudius Agrippa.* Abila Vrbs fuit, ab Vrbe autem Abilina Regio est appellata, adeat propè Philippi Tetrarchiam in Libano monte. Meminit Abilæ Plinius lib. 5. cap. 18. Lucas autem huius Tetrarchæ gessit memoriam, quia cæteris vicinus.

Iosephus

De Vrbe Abila.

Plin.

§. III.

De Anna, & Caipha.

10. SVb *Principibus Sacerdotum Anna, & Caipha.* Sacerdotij Iudaici Principes ad temporis planè perspicuã cognitionem secularibus Principibus Lucas memorauit. Cur autem duos Sacerdotum Principes eodem anno decimo quinto Tyberij nominarit? An non vnicus Dei in populo Pontifex Sacerdotum? An Euangelista hoc loco duos Pontifices expressit, vt annos, quibus Dominus post Baptismum ad mortem vsque docuit, indicaret? Sic Eusebius lib. 1. cap. 10. *Sacra scriptura asserit, Christum omne tempus doctrinæ, & prædicationis suæ sub Anna, & Caipha Principibus Sacerdotum confecisse. Quo argumento ostendere vult, vniuersum tempus, quo salutarem Euangelij cognitionem annunciarit, eo annorum spatio, quod inter horum ministerium intercedebat, omninò fuisse expletum. Quandoquidem hoc ipsum prædicandi munus ordiebatur, Anna summo Sacerdotio fungente: idemque ad Caipha procurationem* (intercedentibus alijs, Ismaele, Eleazaro Annæ filio, & Simone) *continuabat: quod temporis spatium, vix integrum quadriennium efficit.* Porrò Eusebij sententiam falsam teor, Christus enim baptizatus est anno decimoquinto Tyberij, post eaque docere cœpit; hoc autem anno nec Anna erat Pontifex, nec Ismaël, nec Eleazarus, nec Simon: nec fuit postea ex iis quisquam à Valerio Grato creatus.; ergo tempus prædicationis Christi non est expletum eo temporis interstitio, quo hi gessere Pontificatum. Antecedens probo, nullus enim ex illis Pontificibus functus est summo Sacerdotio post Grati discessum ex Iudæa. Nam ille (vt ex Iosepho lib. 18. cap. 4. constat) omnes Pontificatu expulit. Gratus autem Prouinciam Iudæam ante Pilatum administrauit; ergo nec procuráre Pontio Pilato, anno decimo quinto Tyberij Cæsaris, nec postea illi Pontifices à Grato sunt creati, & Pontificatu eiecti.

Cur duos Principes Sacerdotum eiusdem anni nominarit.

Prima solutio.

Eusebius

Improbatur sententiam.

11. An Lucas Annæ Caipham adiunxerit, quia hi vicissim Pontificatu fungebantur? Ita Augustinus Tract. 113. in Ioan. *Alternis intelligendi sunt, agere solere ambo Pontifices, qui erant Annas, & Caiphas. Proinde isti ambo Pontifices vicissim suos annos agebant;* & ideo Lucas vtrumque commemorat. Caietanus, *Non quod essent simul Principes Sacerdotum: sed alternatim Annas, & Caiphas.* Iansenius & Maldonatus subscripsere. Non ego existimans quidem Lucam vnicum, ac certum voluisse annum significare, quo Ioannes concionari cœpit. Quod si alternatim Pontificatu Annas & Caiphas fungerentur, incertum annum indicat, eum duos Pontifices nominat, quorum alter tantum illo anno erat Pontifex. Præterea ex Iosepho constat Annam & Caipham summum Sacerdotium alternatim minimè administrasse. Annas enim (vt ille testatur) à Cyrenio est creatus Pontifex, gessitque Pontificatum ad tempora vsque Valerij Grati, à quo Iudææ Præside fuit honore priuatus. Neque verò illi Caiphas successit, sed Ismaël, Ismaëli Eleazarus, Eleazaro Simon, Simoni Caiphas, Caiphæ verò, qui honore potitus est ad Vitellium vsque, non Annas, sed Annæ filius Ionathas successit. Quonam ergo fundamine nititur affirmata ista à Caietano, Iansenio, & Maldonato alternatio?

Secunda solutio. Augustinus

Caietan.

Iansen. Maldon.

Non admitto solutionem.

An *quia Annas* (cum Lytano loquor) *erat summus Sacerdos, quando Ioannes cœpit prædicare, & Caiphas quãdo passus est Christus?* An *quia Annas* (verbis vtor Baronij) *illius magni Concilij vel iudicij Princeps erat, quod Synedrim appellatur?* An *quia forte* (cum Augustino Tract. 49. in Ioan.) *vnum annum plures Sacerdotes administrabant, quibus alio anno alij succedebant.* 12.

Aliæ tres solutiones.

Lytan. Baron.

August.

Amplector Augustini hanc sententiam. Annas & Caiphas illo anno quintodecimo Tyberij Cæsaris summi simul Pontifices extitere. Non fuit ius, fas duos Sacerdotes simul Pontificatu fungi. Nec fas fuit, viuentẽ Pontificẽ dignitate priuari; vt hoc, sic illud effectum. Constat, inquis, ex Ioanne solum fuisse Pontificem Caipham, non autem Annam, *Adduxerunt eum ad Annam primum: erat enim Socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius.* Cap. 18. Certè Christo patiente non fuit Annas Pontifex, fuit tamen anno decimo quinto Tyberij, de quo Lucas loquitur. Adde, Ioannem asseruisse Caipham fuisse Pontificem; non tamen dixisse, solum fuisse; non ergo probant verba illa, Annam non extitisse illo etiam anno simul cum Caipha Principem Sacerdotum. 13.

Auctoris solutio.

Ioan. 18

Aut si faciliorem velis ineamus expositionem, dixerim, Caipham solum fuisse Pontificem: nominatum autem simul Annam, quod Pontifex iam extitisset, quod inter Sacerdotes reliquos authoritate Princeps, quod Caiphæ Pontificis socer, quod eiusdem affinitatis strictione coadiutor, aut saltem assiduus consiliator esset. Credibile enim generum Pontificatus honorem cum socero, qui Pontifex iam fuerat, communicasse. Mecum sentit Euthymius, *Connexuit Euangelista Caipha Annam tanquam adiutorem. Erat enim gener Annæ, & communem inter se gubernationem habebant.* 14.

Facilior solutio altera.

Euthym.

§. IV.

De Ioannis Eremo.

FA*ctum est verbum Domini super Ioannem.*] En miserrimam Reipublicæ Iudaicæ formam. Rege Iudæi carebant, Romanorum iugo premebantur, Tyberio Imperatori, Pilatoque Præsidi Ethnicis hominibus obtemperabant, Regnum in Tetrarchias erat discerptum. Pontificatus, qui vnum tantum Pontificem flagitabat, in multos lacerabatur. An terra illa promissionis, à Deo Abrahami promissa? Regio Abrahami posteris post longum tempus tradita? Terra lacte & melle abundans, ad quam post tot eremi labores Israëlitæ peruenere? Num hoc Regnum Dauidis, Salomonis, Ezechiæ, Iosiæ, domus quidem Iacob de populo educta barbaro, tot Dei beneficiis cumulata; tot decorata ornamentis? 15.

Hebræorum miser status, Tyberij tempore.

O

Tull. *O domus antiqua* (cum Tullio libet exclamare lib. 1. Offic.) *heu quam dispari dominaris Domino!* Dominus tuus Tyberius est Cæsar simulacbrorum cultor; Præses tuus Pilatus veri Dei inscius, Romanis idololatris prestas obsequiũ, quæ olim sanctissimis Regibus obtemperabas; Pontificatus tuus nec sanctimoniæ metiris, nec generis claritati : sed nunc his, nunc illis idololatrarum voluntate donatur. Hoc tua crimina meruere, sed ecce criminum adest expiatio.

16. *Ioãnes missus ad prædicandi munus.* *Factum est verbum Domini super vocem,* Id est, *Ioannem,*] qui in occulto ab hominum alieno consortio latitabat eremo. Ostendit Lucas, Ioannem sibi docendi munus non vsurpasse, sed à Domino immissum tanquam verũ Prophetam fuisse. *Quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur?* Rom. 12. Si latebat in eremo vox, prodire iussa est à Verbo, & iuxta Iordanis vndas personare. *In deserta.*

17. *De Eremis Ioannis.* Arand. Dubitas, quonam ex deserto iussus sit Baptista prodire? Antonius Aranda ex Seraphica Familia terræ sanctæ explorator cap. 39. *Ab Vrbe Ierusalem quinque milliaribus distãs exiguus Pagus Templum habet omni ex parte egregia pictura decoratum : eoque loco, in quo olim domus erat Zachariæ, & Elisabethæ exædificatum. In Templo sacellum visitur sanctissimo Baptistæ ortu venerabile. Huic alterum adiunctum est Templum, quod etiam dicitur fuisse Zachariæ domus; etenim ostenditur in illo locus ille felix, in quo Deiparam Virginem Elisabetha summo excepit cum gaudio. Ab hoc loco parua vnius milliaris spatio profunda seiungitur vallis, & angusta. In latere vallis rupes est, in rupe excissum antrũ; in antro puerili ætate Ioannes habitasse dicitur. Hæc vallis prima dicitur fuisse Ioannis Eremus, ab Ierosolymis distans sex milliaribus : cuius asperas cautes Monachi quondam Baptistæ vestigiis inhærentes coluerunt. Prouectiore ætate in alterum locum discessisse aiunt, & in Eremo latuisse, quæ prope Vrbem Hebron est ab Ierosolymis versus austrum leucis octo disiuncta.* Porrò in hac secunda Eremo vitam asserit Auctor Baptistam gessisse cum factum est verbum Domini super eum.

Hæreo Adrichomio, in Desc. Tribus Iudæ num. 100. asserenti puerum Ioannem non iuxta paternam domum, sed longè ab illa in deserto Iudææ vixisse, in eoque pœnitentiam prædicasse. Rursus in Descr. Tribus Beniamin, n. 97. Quarentanam desertum esse scribit inter Ierusalem & Iericho, quod incipit iuxta Anathoth, & extenditur supra Galgala vsque ad desertum Thecuæ, & Engaddi iuxta mare mortuum. Hic affirmat commoratum Ioannem, extructumque eius in memoriam Templum, ac Monachorum Cœnobium. Hîc venientem ad se Christum, vt baptizaretur, digito demonstrauit. Hîc Christum quadraginta dierum se afflixisse ieiunio. Legi Tom. 2. Bibliotb. PP. cap. 1. in Prato Spirit. quandam reuelationem à Ioanne factam Monacho ægrotanti, vbi assignatur deserti locus, in quo residens Baptista verbum Domini exaudiuit. 18. *Hæreo Adrichomio.* Adrich. Pratum Spirit.

IN
IESVM CONCIONANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS.
CIRCA LITERAM.
EX IOANNE AVDIENTE IN DESERTO.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Anno quinto decimo Imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, &c.

Anni Cæsaris, Præsidis, Tetrarchatum, Pontificum annumerantur, & tandem finiuntur.

O Regnorum instabilitas! Vix Principatus incipit, cùm terminatur.

19. QVot Principes à Luca memorantur! Tyberius Cæsar, Pilatus, Præses, Tetrarchæ Herodes, Philippus, & Lysanias. Pontifices summi Annas & Caiphas; omnes hi temporis aguntur decursu: *Anno quinto decimo Imperij.* Cuncti Principes temporis in rota voluuntur, sed non in certæ motem, durant æternùm. Vbinam Tyberij potestas? Annorum agebatur decursu, & cum tempore terminata est. Profectò mundialis Principatus vix in tempore voluitur, aptius dixeris in instanti; si inchoatio Regni iam terminatio est.

Vt Dominus Iudæis ostenderet temporalis Regni inanitatem corona spinea cingi permisit, arundineum sceptrum ostentauit. *Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerũt capiti eius,* &c. Ioan. 19. An casu IESVS spinea corona cingitur, ridicula clamyde ornatur, arundineũ sceptrum ostentat? Certè id præstitit, Interprete graui asserente; vt Iudæis nihil aliud in Messia expectantibus, quam temporale Regnum, ostenderet verum Principatus mundialis simulachrum. Corona spinea, ludicra clamys, sceptrum inanitas. 20. *Coronis Dominus spinea elusus corona Regni temporary inanitatem ostendere.* Ioan. 19.

Agrippæ Herodis nepoti Cæsar Regiũ nomen decusque impertitur. At Alexãdriæ ciues ridentes, qualis sit dignitas illa Regia puerili hoc ludibrio ostentarunt. *Erat* quidam puerorum (loquor cum Philone lib. in Flac.) *quidam puerorum adolescentumque ludibriũ. Vnum miserum propulsum ad gymnasium in superiori loco statuũt, vt aspectari possit ab omnibus. Moxque capiti diadema imponunt papyraceum, pro paludamento corpori induunt stoream, pro sceptro frustum arundinis quidam ei dedit in manum, tum alij salutatum incedebant.* En, ô, Agrippa, Regnum, quo à Cæsare donatus exultas : papyraceum diadema, storaceum 21. *Regnum augustius ludibrium puerile est.* Phil.

paludamentum, ſceptrum arundineum. Ludibrium huiuſmodi Regnum proculdubio eſt, nihil inanius poteſt reperiri.

22. Porrò D. Laurentius Iuſt. de triumph. Chriſt. agone, cap. 14. Sic, memor ſpineæ coronæ arundiniſque IESV, Regnorum mundialium inanitatem expreſſit. *Hoc indicauit Mediator, qui illud voluit ſicut in corona ſpinea, ita & in ſceptro arundineo. Merito terrena dignitas arundini comparatur, quæ exterius ſplendet, & tamen infructuoſa, intuſque inanis eſt, & vacua. Quis in aſpectu primo potentum ſæculi non appeteret faſtum? Quidquid in ipſo eſt, arridere, & vireſcere creditur. Accede autem propiùs, diligenter conſidera, quantis intus agitetur curis, quale etiam foris præferat germen vtique inutile, & citò periturum.* An non oculos, mentemque arripit quod apparet Regni? O ioanitatem! Si vel id quod apparet inutile eſt, & mox periturum; quidnam Regnum obiicit appetendum?

Id verius probatur in arundineo Domini ſceptro.
Laurent. Iuſtin.

23. Abacuc ludicra cuncta Regna appellauit. *Tyranni ridiculi eius erunt.* Cap. 1. Legit Theodoretus, *Tyranni ludibria eius. Quia per luſum magis, quam dedita opera, & ſerio etiam maxima Regna deleuit.* Aſſerit Diabolum in Regnis ludere, Reges, Tyrannos oſtentare, & mox eorum potentiam obruere; quia creati hi Reges *magis per luſum, quam dedita opera.*

Ridiculus ludus Regna omnia, inſtabilia plane.
Abac 1.
Theodor.

24. Teſtor ſtatuam illam Nabuchodonoſori obiectam dormienti, cuius aureum caput, brachia argentea, venter ex ære, tibiæ ex ferro, pedes ex ferro & luto. Dan 2. Vbi noſter Salmeron aſſerit figurari Cæſaris, Herodis, Philippi, Lyſaniæ, Pilati Principumque Sacerdotum imaginem. Cæſar quidem aureo in capite innuitur orbis totius Imperator. Pilatus argentea brachia diuitias Iudæorum tráſferens ad Romanos vi tributorum. Herodes impudicè vxori fratris colligatus venter eſt æreus. Fœmora ac Tibiæ ferreæ Philippus & Lyſanias. Pedes autem fictiles Pontifices illi tam facilè à Grato iam creati, iam ablati. Quid plura? Decidit leuis lapillus, qui vulnere leuiſſimo totam comminuit ſtatuam, omnium illorum Principum potentiam breui temporis interſtitio conturbauit. Herodotus, ait, *dæmonem ſomnijs tenebroſis praeſſe.* Crediderim cuncta illa Regna magis eſſe diaboli opera, ſomnij phantaſiam, quam veritatis oſtentationem.

Statua decidens velociter, Principum mundialium verum imago.
Luc 5.
Salmeron.
Dan 2.
Herod.

25. Cum Dominus apud deſertum affectus inedia cum diabolo potentiſſimè decertaſſet, *Oſtendit ei dæmon omnia Regna mundi in momento temporis* Matth. 4. Cur in momento? Quia omnis Regnorum mundi duratio momentanea eſt. Pulchrè D. Chryſoſtomus cogitauit, diabolum rubore affectum voluiſſe ſe dedere in fugam neceſſariam, ne videretur à paleſtra recedere voluntariè, ſed compulſum vi fuiſſe à certamine abſtractum. Vnde Regna mundi omnia coëgit ad deſertum, in bis eumnibus ſuam collocauit ſedem, vt ex agnata Regnorum exigua duratione ac velociſſima fuga citiùs ipſe cum eis fugeret aduerſarium. *Tunc* (inquit ad Pſal. 2.) *Archidæmon regis omnia Regna mundi, & gloriam eorum; cum omnibus Regnis apparuit, vt cum omnibus euaneſceret.*

Vt diabolus neceſſariò velociſſimè aufugeret, collocat ſe in omnibus Regnis mox pereuntibus.
Matth 4.
Chryſoſt.

26. Diabolus Princeps iniquè proclamabat, *In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum. ſedebo in monte Teſtamenti in lateribus Aquilonis.* Iſai. 14. Vbi D. Bernardus ſerm. 17. in Cant. *Tu tibi miſer ſedem collocas in Aquilone plaga nebuloſa, & frigida.* Qua quidem ſententia oſtendit Abbas velociſſimam Luciferi damnationem, ſi quidem ipſa ſedis ſupremæ conſecutio erat ad tartarum deturbatio: *Plaga nebuloſa, & frigida.* Quis dubitet miram fuiſſe ruinæ diaboli velocitatem? Vno in inſtanti ſuperbiæ ſe piaculo inficit, & damnatur decidens ad tartarum in altero. Porrò pulcherrimè huiuſce damnationis velocitas huiuſce caſus properantia Regiæ ſedis annotatur in typo: *Sedebo in lateribus Aquilonis.* Si Regiæ ſedi hæreſcis, quid mirum cum ſede Regia tam velociter deſcendas ad tartarum? *Cum omnibus apparuit, vt cum omnibus euaneſceret.*

Velox ruina diaboli ... ſolium in velocitate Regni corruentis firmatur.
Iſai. 14.
Bernard.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Anno quinto decimo Imperij Tyberij Cæſaris, &c.

Chriſtus ac Ioannes mundum in erroribus inuenere, quales Principes, qui regebant illum, obiiciebatur.

Etenim ſubditorum piacula arguunt Præſulum iniquitatem.

MVndus ſub Domini ac Ioannis prædicationis tempore à prauis Principibus regebatur. Tyberius Cæſar orbi imperabat, Pilatus Iudæam tenebat, Herodes Galilææ leges præſcribebat, Philippus Ituræam, ac Trachonitidem opprimebat drionem, Lyſanias Abilinam moderabatur, Sacerdotes ſummi improbi Annas & Caiphas. An populus ſanctus obiiciebatur, iniquis Principibus præſtans obſequiũ? Profectò praua in directa componuntur, aſpera in planas vias efformantur, vt poſſit Dei ſalus apparere. Colligitur hominum error, arguitur ſubditorum iniquitas. Quonammodò poterant ſubditi obſequium litare virtuti, ſi Principes tot criminibus inficiebantur? 27.

Cum magi ad Ieroſolymá acceſſiſſent Regem natum proclamantes, *turbatus eſt Herodes Rex, & omnis Ieroſolyma cum illo.* Matth. 2. Mirùm turbatione Rex tyrannus afficitur audiens Regem Iudæorum nominare, ad Ieroſolymæ ciues cur diſturbantur? O Ieroſolymitani ciues leuate capita. O Sion lætare, quia *venit lux tua, & gloria Domini ſuper te orta eſt.* An Meſſiæ aduentus cauſa eſt Iudæis turbationis? Quid expetiiſtis? Quid toto cordis affectu poſtulaſtis. *Vtinam diſrumperes cælos!* Si venit deſideratus cunctis gentibus, quare diſturbati eſtis, audito Regis Iudæorũ nomine? Certè turbata eſt *cum illo.* Tota turbationis Ieroſolymæ cauſa fuit Regem Herodem fuiſſe turbatione affectum. Membra etenim ad capitis imaginem efformantur. Dionyſius Carth. *Turbantur Ieroſolymitæ, conformantes ſe Domino ſuo; quia, vt dicitur in Eccleſiaſtico, ſecundum Iudicem populi, ita & miniſtri eius.* 28.

Turbato Rege tyranno, & merito, immeritò turbantur Ieroſolymæ ciues, aduentante Meſſia; quia membra capiti conformantur.
Matth. 2.
Carthuſ.

De falſis illis teſtibus calumnias in IESVM ferentibus Matthæus, inquit, *Principes Sacerdotũ, & omne Concilium quærebat teſtimonium aduerſus IESVM, & non inueniebat, cum multi falſi teſtes conueniſſent.* Cap. 26. Si aderant multi falſi teſtes, & contra IESVM multa falſa crimina proferebant: quonammodò aſſeritur Sacerdotum Principes 29.

Falſi teſtes non inueniebant falſum teſtimonium, quod quærebant; quia Præſules quærebant inuenire poterant.
Matth. 26.

Principes nullum testimonium falsum aduersus Dominum inuenisse? Certè dicuntur Sacerdotum Principes quæsiisse falsa testimonia, non dicuntur inuenisse. Vnde cùm subditi Præsulibus conformari soleant: quærentibus Principibus, nec inuenientibus testimonium falsum, ipsi falsi testes subditi quærebant quidem, sed non inueniebant. D. Paschasius, *Quid igitur non inuenerunt? Numquid non inuenerunt falsum testimonium contra Iesum, quod quærebant? Et quia falsi testes erant, qui accesserunt, quomodo non inuenerūt falsū testimoniū, quod quærebant?* Certè *quia Sacerdotes, & omne Concilium non inuenerunt falsum testimonium, quod quærebant.* Falsi testes non inuenerunt falsum testimonium, quod quærebant contra Iesum; quia Sacerdotes Principes non inueniebant falsum testimonium, quod quærebant. Inuenirent Præsules, illicò subditi etiam inuenissent.

Paschas.

30\. Hinc Paulus, *Obsecro, primùm fieri obsecrationes, & postulationes pro Regibus, vt quietam, & tranquillam vitam agamus.* 1. Tim. 2. *Pro Regibus?* An non aptius *pro nobis?* Certè adeò subditorum commoda cum commodis Præsulum illigantur, vt necessarium sit, pro Regibus obsecrationes fieri, vt incolumes ipsi ad subditos commoda deriuent. Ambrosius, *Regum errore periclitamur.* Ergo preces litandæ, ne Reges distrahantur errore; Regum namque error est, periculum autem subditorum. Anselmus sic Pauli locum expendit, *Vt quietam vitam agamus, vt Gentes non audeant inquietare nos.* Quonammodo pace potiemur? si Reges sic iustitiæ litent obsequium, vt mereantur vera pace donari.

Obsecrationes fiunt pro Præsulibus, vt subditi vita tranquilla potiantur.
1. Tim. 2.
Ambr.
Ansel.

31\. Ergò expetere debemus nobis imperare Dominum, de quo Isaias: *Paruulus natus est nobis, & Filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius, & vocabitur nomen eius, Princeps pacis.* cap. 9. super humerum Christi quod nam Imperium? Patris vtique, quia *factus obediens vsque ad mortem.* Obediens ergo Princeps, Dei præceptis obtemperans, Princeps pacificus velut Salomon dicitur. Subditi exultent; quia nullo bellorum strepitu poterunt disturbari. Ambrosius, *Regum errore periclitamur. Vnde optandum est, vt Regem gloriosum habere possimus.* Quinam Rex gloriosus nisi ille, de quo Cœlicolæ conclamitarunt, *Attollite portas, Principes, vestras, & eleuamini portæ æternales; & introibit Rex gloriæ.* Hic semper obediens nunquam errore disturbatus. O Regni felicitas!

Christus Princeps obediēs Deo, pacatos habet subditos.
Isai 9.
Ambr.

32\. Princeps Iacob curabat familiam suam Esau minis minimè territari. Vnde ei obuiam iturus, ante vxores, ac liberos, quos diuisit in turmas velut propugnaculum charitate munitum se ipsum constituit. Chrysostomus hom. 33. in 1. Cor. 13. *Cum velut quoddam propugnaculum se ante alios omnes collocasset paratus erat ferrum, & cædem spirantem primus excipere.* Quomodo ergò propugnaculum subditorum erat, si poterat vulnerari, & corruente Præsule, subditi proculdubio comminuerentur? Certè Præsul tanta charitate feruens, tanta iustitia protectus haud quodammodo poterat vulnerari. Vnde Princeps ab omni liber errore, subditos à periculo liberos adstruebat vel in ipsa belli conflictatione.

Iacob sanctus à periculis liber subditorum proculdubio protectio.
Chrysost.

33\. Vis Regis gloriosi Iesu infallibilem indemnitatem subditis impensam ostendam inter bellorum pericula? Iosue Moses, *Elige tibi viros, & egressus pugna contra Amalech.* Exo. 17. Vbi Iustinus Mart. *Amalech vincebatur, superior euadebat populus, quia in Iosue nomen Iesu versabatur in prima acie.* Præcedat Dux sanctus Iesu referens mores iustitia, charitate: nunquam non vel in media bellorum conflictatione subditi superiores euadent, vera pace fruentur. Vnde preces pro Præsule profundendæ, vt pacificam vitam agamus.

Iesu sancto pugnante, subditi pace potiuntur, quia & ipse fruitur pace.
Exo 17.
Iustin.

Observat. III.

Ad illa verba:

Sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caipha.

Tyberius, Herodes, Philippus, Lysanias, Pilatus, cuncti scilicet seculares Principes sub Anna, & Caipha; hoc est, Sacerdotali potestate subduntur.

Sacerdotalis dignitas supra Reges, vnde taxatur Sacerdos qui sese indecenter seculari subiicit dominatui.

Tyberio orbis patebat, Herodi Galilæa, Philippo Ituræa, Lysaniæ Abilina, Pilato Iudæa. At cuncti *sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caipha.* Continebantur Principes seculares sub Sacerdotali ditione, si veritas spectetur. O tempora, ô mores! Non solum Principes non subduntur Sacerdotali dignitati, verum Sacerdotalis dignitas vulgari iam subiicitur potestati. Seruiunt Sacerdotes non solum Principibus, aut Equitibus, sed vulgaribus ciuibus, sed mulieribus præstant obsequium. 34.

Moyses scribit, *Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti.* Genes. 1. Vbi Ailredus duplex id luminare Sacerdotalem ac Regiam exprimit dignitatem figurare. *Sacerdotium est Sol, Regnum autem est Luna.* Ex Sole Lunæ fulgores emanant? Sacerdotalis dignitas fons est luminis Regno. *Luna sub Sole? Sub Sacerdotio Reges. Sub Principibus Sacerdotum.* 35.

Sacerdotiū Luminare maius, sed luminare minus Regnum subiicitur.
Gen. 1.
Ailred.

Exemplo admodum pulchro exprimit Doctor huiusmodi subiectionem Regni Sacerdotio. Vidisti, ait, artifices, qui fila auri deducunt? Purpureum illi filum supponunt, quod auri subtilissima pelle vestitur, *Purpureum stamen est Regnum, aurum autem Sacerdotium.* An non auro subiicitur filum purpureum? Ergo purpura Regni auro Sacerdotali subponitur: *Sub Principibus Sacerdotum.* 36.

Sacerdotiū est aurum, Regnum filū purpureum submissum ei.
Ailred.

Secularibus indictum, *Sitque inter vos & Arcam spatium cubitorum duum millium, vt procul magis videre possitis, & nosse, per quam viam gradiamini.* Ios. 3. Origenes hom. 4. *Longè sint Principes, & vniuersus populus ab Arca Testamenti Domini duo millia cubitorum. Sacerdotes verò & Leuitæ proximi, & tam proximi, vt in humeris eorum portetur. Beati Sacerdotes, qui merentur, proximi esse Deo!* O quam inferior Principatus, si cum Sacerdotio comparetur. 37.

Inferior admodum Principatus Sacerdotio.
Ios. 3.
Orig.

Pergit

38. *Sacerdotiū ſub pedibus habet Regnum. Ioſ. 3. Anſelm.*

Pergit Textus, *Ingreſſis Sacerdotibus Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis: Steterunt aquæ.* Ioſ. 3. Tanta eſt Sacerdotum dignitas, vt aquæ Regnorum ex Anſelmi mente, ſub eorum pedibus latitare non dedignentur. Addit ille, *Quia ſub Sacerdotum magiſterio deducitur populus eleƈtus ad terram promiſſionis.* Preme particulam. *Sub Sacerdotum miniſterio.* Tribuum Principes, Duces, Iudices *ſub* Sacerdotio commorantur. *Sub Principibus Sacerdotum.*

39. *Omnia creata ſubiiciūtur Sacerdotio vt veſtimentū. Ioſeph.*

Sacerdotalis veſtimenti myſtica expoſitione id Ioſephus pulchrè confirmat. *Sacerdos induebatur coccineo, hyacinthino, byſſino, & purpureo. Coccineo quidem reſpeƈtu cœlorum, qui ſunt ſupra firmamentum; Hyacinthino verò & byſſino colore, quæ ex lino fiunt, propter terram; purpureo denique reſpeƈtu maris.* Addit, *Cum itaque Sacerdos in Templum veniret miniſtraturus, ornatus his quatuor coloribus, dicebat coram Deo omnipotenti: Ecce ego venio ante conſpeƈtum tuum, Domine, mundi, in quatuor ſpeciebus colorum, qui referunt partes mundi tui. Et ego quidem coram te talis appareo, ac ſi adducerem in conſpeƈtum tuum vniuerſum mundum.* Mare igitur, terra, cœlum, cunƈtæ creaturæ ſunt Sacerdotale veſtimentum. Quorſum hæc? Vt Deus oſtendat homines ſub eius poteſtate addici, ait eis vti quaſi *veſtimento.* Quidnam enim eſt Deum indui hominibus cunƈtis, niſi cunƈtos homines Dei ſubmitti poteſtati? Ergo dum Sacerdos cunƈtis induitur creaturis, innuitur cunƈtas creaturas *ſub* Sacerdotio gradi: *Sub Principibus Sacerdotum.*

40. *Angeli eligunt linea veſtimenta, non purpurea; quia Sacerdotes malūt æmulari, quam Reges. Apo. 15. Prado.*

Veſtiti lineis Angeli apparuere. Apoc. 15. Cur non indumentis purpureis ornarentur? Reſpondet Prado noſter ad cap. 21. Ezech. lineis vſos Angelos vt Sacerdotali indumento honorarentur auguſtius, quam Regio. Quare autem non ſimul & Sacerdotalia & Regia veſtimenta oſtentarunt ornatus ſublimioris cauſa, vt ſcilicet poſſent referre Chriſtum Sacerdotem, & Regem? Reſpondeo, fortaſsè Angelos vna & altera veſte vſos. Cur non Regia purpura apparet? Quia purpurea Regia ſemper *ſub* lineo Sacerdotali latitat indumento: *Sub Principibus Sacerdotum.*

41. *Iubetur Ioſue Princeps ſtare coram Sacerdote. Num. 27. Oleaſt.*

Coram Sacerdote populi Principes ſtare iubebantur, *ſtabit coram Eleazar Sacerdote.* Num. 27. Populi Princeps erat Ioſue, hic coram Sacerdote ſtare præcipitur; quia Principatus Sacerdotali poteſtati ſubmittitur. Oleaſter, *Vt diſcant Reges, & Principes ſuperiores ſe habere Sacerdotes: & ſtandum ſibi eſſe coram Sacerdotibus Domini.*

42. *Vel Dei Filius ex quo capite erat Rex Dauidis Regia Filius, ſtat coram Leuita Stephano. Act. 7. Damia.*

An non Ioſue Ieſu typum gerens Sacerdotia & Regis, ſuperior Sacerdotibus oſtenderetur? Abſit; Chriſtus enim ipſe Leuitæ aſſurgit ex quo capite Rex oſtentatur; vt Sacerdotium Regno præcedat. Cum Leuita Stephanus cum lapidatoribus dimicaret; *Ecce* (clamat) *video cœlos apertos, & Filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei.* Act. 7. Cur ſtat qui Rex Regum, Dominus dominantium ſuæ cunƈtos ſubiicit poteſtati, præcipuè cum Dextris Dei virtutis hæreſcit? Certè vt reuerentiam Rex Leuiticæ dignitati exhibere oſtendatur. Petrus Damia. *Surgit Rex Filius Regis, & lapidantium aciem interrumpens, Leuitæ triumphatori aſſiſtit.* Vt quod Regium erat in Chriſto, quod Dauidis parentis habebat, Leuiticæ dignitati ſubderetur.

43. *Nimia Regis Oziæ ſuperbia, adolere, Acolytorum munus imitari. 2. Par. 26.*

Auſus aliquando Rex incenſum adolere munus Sacerdotale vſurpans. Cui Sacerdos, *Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas incenſum Domino.* 2. Par. 26. Cur non permittitur Regi thuribulum fumantem tenere, ſicut infimo Eccleſiæ miniſtro, Acolyto nempe, permittitur? An obtulit incenſum? Minime, ſed voluit adolere. *Eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum, & neglexit Dominum Deum ſuum, ingreſſuſque Templum Domini, & adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis.* Lepra vulneratur Rex quia cum debuiſſet Sacerdotali muneri ſubmitti, voluit ſe Sacerdotibus æquare! Quid ſi Princeps velit Dominus appellari Sacerdotis?

44. *Sacerdotiū aquæ ſuperiores ſuper aquas inferiores Regni eminentes, ſemper ab eis ſeparatæ ſiat. Gen. 1. Syneſ.*

Exiſtimo huiuſmodi contemptus anſam exhibere Sacerdotes, qui curant aulicis miniſteriis addici. Quid Sacerdoti præcelſiſſimo cum Rege ſubmittendo? Deus *diuiſit* olim *aquas ab aquis; aquas, quæ erant ſub firmamento ab aquis, quæ erant ſuper firmamentum.* Gen. 1. Quænam illa diuiſio? Certè Dignitatis Sacerdotalis, ac Regiæ. D. Syneſius Epiſt. 57. Deus ambo vitæ genera ſeparauit. Vnumque borum ſacrum, alterum ad Imperium conſtitutum eſt. Profeƈtò ſuper firmamentum Sacerdotium collocauit, ſub firmamento Regnum; vt conſtaret Principes cunƈtos Sacerdotibus ſubmittendos. *Aquæ, quæ ſuper cœlos ſunt laudent nomen Domini,* non decurrant ad terras.

45. *Cœleſti ſupplicio aquæ cœleſte. terrena commiſcentur. Gen. 6.*

Quandonam exiſtimas aquas ſuper firmamentum collocatas ad priſtinum pelagus profluxiſſe? Certè cum *cataraƈtæ cœli apertæ ſunt* & orbis terrarum diluuio abſorbetur, cœleſti ſupplicio. Vereor, ne cœleſti ſupplicio & nunc ſuperiores aquæ Sacerdotalis ſcilicet dignitatis terreno liquore Regni, Principatuſque commiſceantur.

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba:

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem in deſerto.

Ioanni in deſerto commoranti ab omni dependentia abſtraƈto datur verbum euulgandum hominibus.

Ille namque eximius præco, qui ſine reſpeƈtu ad mundiales dependentias, ſuggeſtum, nudæ veritatis aſſertor, aſcendit.

46. Cur Ioannes Dei vocem dicitur *in deſerto* audiiſſe? An quia in receſſu ab hominibus aſſolet vox ſpiritus inſonare? An quia Abrahami filiis à domo paterna abſtraƈtis dogmata ſacra præſcribuntur? An quia ſponſus ad adyta eremi ſponſam adducit, vt loquatur ad cor eius? An quia in Ciuitate veritatis vox non poteſt exaudiri? An quia ſpiritus ſuauiſſimè perflans hortum ſuum, ſibilat in ſilentio? An quia præparanda erat in receſſu ciuibus obiicienda prædicatio? An vt Monachis dogmata poſſit indicere? Vera omnia. Attamen ſpeciatim

ideo in deserto factam esse Ioanni egregio futuro Concionatori cœleste verbum, vt pergens ad auditores, nudam eis proferat veritatem, qui nulla aut notæ propinquitatis, aut amicitiæ, aut commodi dependentia adstringitur. Quam synceré euulgat veritatis dogmata, qui omnino à mundialibus abstractus ostenditur.

47. *Abstrahitur Moyses ab aula ad desertum, vt sine dependentia possit taxare Ægyptum.* Exo. 3. Moyses filiæ Pharaonis educatus in sinu, eius filius nuncupabatur. Post occisum Ægyptium, fugiens de conspectu Pharaonis moratus est in terra Madian. Iethro filiam Sephoram accepit vxorem, greges soceri adducit in deserta. Cumque minasset gregem ad interiora deserti, rubum flagrantem aspicit, vocem Domini vti Ioannes exaudit: *Veni, mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Israël de Ægypto.* Exo. 3. Cur ô Domine, ex Ægypto educis Moysem, si ad Ægyptum fuerat mittendus? Certè vt in deserto habitans Pharaonis abstrahatur à domo, filiæ Pharaonis adoptionis obliuiscatur, nulla aulæ dependentia illigatus, liberè possit Pharaoni veritatis præcepta proponere, Dei voce in deserto exaudita; & Regem durissimum flagellare.

48. *Christus de solitudinis petra prodit prædicaturus.* Isa 16. Rupert. Cant 3. Ideò clamat Propheta, *Emitte agnum, Domine, Dominatorem terræ de petra deserti, ad montem filia Sion.* Isa. 16. Guarricus asserit Agnum Iesum esse orbis Dominatorem è Maria exortum. Cur ergò Iesus è petra deserti Maria exoritur? Cur deserti petra appellatur Deipara? Rupertus pulchrè illam exposuit Canticorum sententiam: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi* Cap. 3. *Maria ascendit per desertum, id est, animam habens valde solitariam Sicut Esther Regina potest dicere, Adiana me solitariam.* Deipara igitur petra deserti est, omnino solitaria, ab hominibus abstracta, à parentibus trimula in Templo relicta, nulla adstricta sæculi obligatione. Christus itaque Agnus dominaturus, concionaturus, præco futurus veritatis, de petra deserti exortus, imo Melchisedech sine patre, sine matre, sine genealogiæ respectu liberè proferet dogmata veritatis.

49 *Ioannes non audax adeo corripuisset Herodem, si ex deserto non prodisset.* Mat. 6. Ambros. Chrysost. Audisti Ioannem Regis Herodis impudicitiam corripientem? *Non licet tibi, ô Rex, habere vxorem fratris tui.* Mat. 6. Regem audes reprehensionis telo vulnerare? Cur Regiam dignitatem minimè reueretis? Ex deserto profisio, in deserto moratus Dei verbum audiui, mundialibus dependentiis non impeditur, liberè euulgabo veritatem: *Non licet tibi ô Rex habere vxorem fratris tui.* Pulchrè Ambrosius, *In deserto Ioannes adoleuit, vt postea Regem increparet.* Chrysostomus, *Non auderet Regem corripere, nisi è deserto prodisset.*

50 *Ioannes Angelus sine genealogia humana respectu, liberè prædicauit.* Mal 3. *Stephani exempla cōfirmatur.* Act. 7. Lorin. Baptista à Propheta Anglus appellatur. *Ecce ego mitto Angelum meum* Mal. 3. Quare Angelū appellauit veritatis præconem? Quia Angelus à propinquitate hominum abstractus, ab eorum conuersatione remotus, in deserto ouium constitutus liberè veritatem euulgabit. Stephanus apud Iudæos concionaturus, eorumque reprehensurus incredulitatem Angelico voltu radiare visus est. *Viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli.* Act. 7. Quare facies Angelica Concionatori adscribitur? Lorinus asserit, idem esse vidisse eum Angelica facie micantem, ac liberè & sine vllo respectu Iudæos corripientem. Angelus erat, nec genealogia, nec familiaritate, nec commodo aliquo ducebatur: quominus nudè veritatis præscripta peruulgaret.

51. *Elias homo vocatur, ad vel speciam Achabum.* Antio. 3. Reg. 18. Eliam Antiochus cœlestem hominem ab hominibus abstractum vocitat, præcipue cum in deserto Domini vocem exaudiuit. Cur homo ab hominibus secernitur? Certè vt sine respectu vllo quasi alterius naturæ, posset postmodum maxima libertate Regem Achabum increpare. *Non ego*, inquit, *turbaui Israël, sed tu & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim.* 3 Reg. 18.

52. *Moysi, prædicaturo, iubetur soluere sæculi obligationes pendentias.* Exo 3 Ambrosi. Moyses populo prædicaturus, in deserto consistens iubetur soluere calceamentum. *Solue calceamentum de pedibus tuis.* Exo. 3. Cur soluere calceamenta præcipitur? Deus Pharaonis futuros taxaturusque Regis duritiem debebat à vinculis terrenorum respectuum liber incedere. Necessitudinis vinculo astringeris ex filiæ Pharaonis adoptione? Amoris vinculo illigaris ex educatione in aula Regis? solue vincula cuncta liberè locuturus. Ambrosius, *Vt vocaturus populum ad Dei Regnum, prius carnis exuuias deponeret, & nullo vestigio mentis incederet.* Mihi credite facer præco mundialibus obligationibus illigatus, minimè potest Euangelico incumbere ministerio.

OBSERVATIO V.

Ad illa verba:

Factum est verbum Domini, &c. in deserto.

In deserto Ioannes vocem Domini audiuit.

Abstractio à tumultu decet eum, qui expetit Spiritus sancti vocem exaudire.

IN deserto vox Dei exauditur. A sæculari tumultu ad absconditum, ad adyta abscedat. quicumque expetit Dei vocem percipere sonantis *in silentio*, Dei sapientia donari. Abstrahit enim sponsam ad desertum, vt ad cor eius loqui dignetur. 53.

54. *Filia Siō vocatur ad desertū, vt ad audiendam Dei vocem, sapientia implenda.* Cant 3. Gillib. Aranda. Inuitantur filiæ Sion ad cœlestis sapientiæ participationem. *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem.* Cant 3. A quonam, quæso, loco Sion filiæ egressuræ vt Salomonis aspectu potiantur, vt cœlestis sapientiæ dogmatibus informentur? Ex mente Gilliberti ex deserto in desertum cum Ioanne. An non duplex Baptistæ eremus celebratur? Ex Arando in Commentario vidisti. Ergo qui expetit cœlestem audire vocem, sapientiaque diuina informari: curet ab eremo in eremum proficisci, nullatenusque ad Vrbes ex deserto properare. *Illi habentur* (ait Abbas ser. 20. in Cant.) *digni Salomonis*, (seu scientiæ cœlestis, *visione qui se quadam lege pœnitentiæ conclusserint. Vis nosse, quam bona sit conclusio? Hortus conclusus sons signatus. Surge propera amica mea, & veni.* Veni ad sponsi visionem non ad Vrbem. *Vides,*

quomodo

quemodo ad ſe eam inuitat, & amicam vocat, qua ſe ipſam concludere nouit.

55\. Iacob plus Eſau à matre Rebecca diligebatur, quia receſſus amans in tabernaculis degebat à tumultu abſtractus. Rupertus lib. 9. in Gen. cap. 7. allegoricè Iacobum ait eum ſignare, qui vt percipiat cœleſtis ſapientiæ monita ad deſertum properat, ſiue à tumultu fugit. Hic plus à Rebecca Dei ſapientia diligitur, quæ ei reſerat arcana. *Singulariter quemque noſtrum tanto ba: Rebecca plus diligit, quanto ſimplicior quiſque habitat in tabernaculis. Nam è contra quantuquis plus habet Eſau, tanto minus à Rebecca diligitur; id eſt, quanto amplius foras euagatur tanto minus ſacra ſapientia lactatur vberibus, intuſque re, eſt in pane cibatur.*

Plus à ſapientia cœleſti diligitur Iacob habitans in ſeceſſu, eique vberius cõmuni atur. Rupert.

56\. Moyſes ex Ægypto ducitur in deſertum, vt in ſolitudine Dei vocem audiret. *Cumque minaſſet gregem ad interiora deſerti*, &c. Exod. 3. Obiicis etiam apud Ægyptum degens ſæpe Dei monita audiuiſſe: Ergo apta Vrbis, imo Aulæ commoratio, vt vox cœleſtis exaudiri poſſit. Profectò ſic Moſes in Ægypto degebat, ac ſi apud deſertum Madian maneret, abſtractus à Regis conuerſatione, ſilentio labia obfirmans. Vnde audiens in Vrbe, audiebat in deſerto. *Ecce* (ait Dominus) *conſtitui te Deum Pharaonis.* Exod 7. An non Deificum, longa hominum deuitare colloquia, ſic apud Vrbes manere, ac in ſolitudine commorari? Rupertus lib. 1. eleganter, *Tu Deus Pharaonis conſtitutus, non dignaberis multa loqui, vel orationem protelare cum Rege Ægypti: vel faciem tuam aperire popularibus incruditis exemplo mei, qui nec verborum indiciis ego cum Principe tenebrarum, nec paſſim viſibiliter appareo mortalibus filiis hominum.* Poteſt igitur operarius Euangelicus apud Aulã Regiam apud Vrbes *ædificare ſibi ſolitudines.*

Moyſes ex Ægypto ducitur in deſertum vt audiret Dei vocem, & in Ægypto velut in deſerto degit, Dei amu ator. Exo. 3. Exo 7. Rupert.

57\. Abram Deus ex hominum conſortio, patriaque habitatione ad deſertum adduxit, vt ei loqueretur. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam mõſtrabo tibi.* Pergit Patriarcha, & apud deſertũ cõſiſtenti ſolitario *apparuit Dominus; & dixit ei: ſemini tuo dabo terrã hanc.* Gen. 12. Vt autem iam parentem probaret, eique Incarnationis reuelaret myſterium è domo abducit, ad montis ſolitudinem deducit. *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ.* Gen. 22. Audiens Iulianus Apoſtata Ahrahamum extra frequentias hominum ad ſolitudinem adductum; vt ei Deus appareret, *Homancionem* (ait) *vnicque ſolitarium, & extra hominum commercia factum in ſui cognitionem Deus verus vocaret? Cur non magis omnes mundi nationes? Ciuitates Gentium populoſas? Cæſarum nobiliſſimorum exercitus?* Reſpondet Cyrillus Alex. lib. 3 hanc appoſitam ſimilitudinem proferens; *Quemodo equorũ domitores non digne illud dicerentur ſi multi eſſent ipſis equi, quos ad curſus aſſue faciant, num gregatim, aut ſeorſim ferrent ingũ; Hoc opinor, manifeſtum eſſe, quod non gregatim, ſed ſeorſim melius curſum ſuum perficere dicerentur.* Haud equorum turmas gnarus domitor exercet in curſus: ſingulos agit equos, verſat, gyrat, vnũ à turba ſegregat, & poſt hunc alium. Non turmatim omnes aſſolet diuina ſapientia ſuis dogmatibus edocere, ſeparatim à multitudine ſingulos perficere dignatur.

Abrahamo Deus in eremo reuelatur. Gen. 12. Gen. 22. *Fit ſermo Iuliani colũnio.* Cyril.

58\. Tertullianus ad Scapul Chriſtianorũ deſcribens mores, inquit, *Tanta hominum multitudo pars penè maior Ciuitatis cuiuſque, in ſilentio, & modeſtia agimus; ſinguli forte noti magis, quam omnes. Cur ſinguli noti magis?* Quia hoc Chriſticolarum inſigne, apud turbas non agere, ſed ipſis in Ciuitatibus ædificare ſibi ſolitudines, vt poſſint vocem Numinis exaudire.

Chriſtianorum receſſus à tumultu. Tertull.

59\. Ab Vrbe in montis ſolitudinem Dominus deductos Apoſtolos pluresque alios beatos appellauit: *Beati pauperes: beati pacifici, beati mites,* &c. Mat. 6. ſi beatitudo illa cœleſtem æmulabatur, debuerant illi ad Dei viſionem quondam hoc eſt, ad participationem myſteriorum cœleſtium eleuari. Profectò eis reuelata ſunt cœleſtia arcana, cœleſtis doctrina eis aperitur. At vbinã reſerantur eis huiuſmodi myſteria, quorum cognitione beatitudine tanta donantur? Certè in deſerto. Pulchrè Iſidorus Peluſ. lib 1. Epiſt. 77. *Vſque adeo ad ſalutem conducit ſeceſſus ab Vrbibus, vrbaniſque tumultibus? vt etiam Dei Filius, relictis Vrbibus, eos quicumque puritate viuunt, in montis ſolitudine beatos appellauit.*

Quaſi beatitudine fruuntur, qui ad deſerta pergũt. Mat 6. Iſidor. Peluſ.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto.

Ioannis mirã ſapientia virtutum exercitamentis acquiſita fuit, non ſeculari doctrina perfecta.

Edocemur, Euangelij miniſtros plus ex voluntate virtutibus ornata proficere circa proximorum ſalutem quam ex intellectu ſcientia illuſtrato.

60\. IN deſerto commoranti, orationique ac meditationi ſtudenti, ieiunio reliquiſque aſperitatibus corporis litanti operam cœleſtis ſapientia reuelatur, vt progrediens è deſerto hominibus ſalutaris exſurgit. Non tam proficit proximis vir intellectus acumine, ſcientia profluens: quam virtutum exercitamentis addictus.

61\. Venit quidem Ioannes *in ſpiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum, parare Domino plebem perfectam.* Luc. 1. Vt Ioannes peritiam habeat ad conuertendum proximos ad iuſtorum prudentiam, neceſſariò informabitur in aulis: ſcientia, humano operante magiſterio, prius replebitur. Abſit. Ad deſertum puerulus adducitur ibi commoratur, ſpiritualibus exercitamentis, Eliæ in morem operam litat: & *in virtute & ſpiritu* potius, quam in ſapientiæ humanæ vi Iudæos ad frugem adduxit meliorem. Efficacior enim ad alliciendos proximos ſancta voluntas, quam doctus intellectus. Nyſſenus apud D. Tho. in Cate. *Ioannes in ſpiritu & virtute Eliæ hanc vitam ingreſſus eſt, amotus à conuerſatione humana, inuiſibilium ſpeculationi vacans, nè huiuſmodi fallaciis, quæ per ſenſus ingeruntur, aſſuetus quondam confuſionem, ac errorem incurreret erga veri boni diſcretionem. Et ideo ad tantum diuinarum gratiarum eleuatus eſt apicem, vt pluſquam Propheta* (ad hominum vtique conuerſionem) *ſibi gratia infunderetur.*

Ioannes proximos conuertit in ſpiritu & virtute, non in ſapientia humana. Luc 1. Nyſſen.

funderetur. Potest quidem doctus decipi intellectus operante fallacia; at non decipitur voluntas spiritualibus exercitamentis illustrata.

62. Porrò Eliæ spiritus, id est, virtutum exercitia ad charitatem spectantia scientiam præparant, doctrinam disponunt proximo futuram salutaré. Sine *spiritu & virtute* scientia fluit; igni charitatis addicta salutaris proximo vereque sapientia redditur. De agni comedendi ab Hebræis religione, sic Dominus: *Non comedetis ex eo crudum quidquam, nec coctum aqua: sed assum tantum igne.* Exo. 12. Vbi D. Gaudentius ser. 2. de Pasch. *Has igitur immaculati Agni carnes, id est, doctrina eius viscera neque cruda sine interpretatione sumi oportet; neque cocta in aqua, id est, eorũ dissertione dissoluta, atque decocta, qui velut aqua deorsũ fluunt, nihil supernum scrutantes, sed assata igni, id est Spiritu Dei.* Igitur agnus sine macula Iesus edocet spirituales viros, dum ipsi virtutibus student. At cœlestis hæc doctrina non acquirenda Euangelico viro tam in aula Doctorum, quam in spiritus, ac virtutis igne.

Agnus edoctus spiritum. les viros, qui plus proficiunt ex igne, seu charitatis scientia quã ex argutus humana sapientia. Exo. 12. Gauden.

63. En lucis primææ diuisionem. *Vidit Deus lucem quod esset bona: & diuisit lucẽ a tenebris. Appellauitque lucem, Diem, & tenebras Noctem.* Gen 1. Vbi August. lib. 10 de Ciu. cap. 7. asserit lucis diuisæ à tenebris Angelos significari. Lucis nomine significata est sancta Ciuitas in sanctis Angelis. Quosquidem Deus ad hominum salutem assignauit, hominumque constituit Præceptores. Obiicis, haud aptari Angelorum scientiæ, quod Moyses addidit, *Factumque est vespere & mane dies vnus.* scientia enim Angelica vndenam potest tenebris offundi? Respondet pulchrè Doctor. *Fit tamen & vespera dies huius & mane aliquatenus; quoniam scientia creatura in cõparatione scientia Creatoris quodãmodo vesperascit. Itemque lucescit, & mane fit cum & ipsa refertur ad laudem Creatoris, & dilectionem.* Proxima verba expende. *Itemque lucescit,* &c. Angeli duplici scientia innuuntur ornari & naturali ex intellectus illustratione; & acquisita ex voluntatis affectu, ex charitatis igne. Porrò scientiæ creatæ lux quasi non est, si cum virtutum ex igne accepta sapientia comparetur. Vnde Dauid, *Qui facit Angelos tuos Spiritus & ministros tuos ignem vrentem* Non dixit *Lucem, sed Ignem* quia aptiores ad hominum magisterium ex scientia charitatis, & virtutis igne; quam ex illustrati intellectus fulgore.

Angeli homianum Magistri plus excellũt & proficiũt ex scientia virtutum, quã ex naturali sapientia. Gen. 1. August.

64. Calculo labia Isaiæ mundantur. *Et volanit,* inquit, *ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua: & auferetur iniquitas tua.* Qui ergo tacuerat, nec proximorum saluti litarat obsequium: iam clamitat, *Ecce ego mitte me.* cap. 6. Profectò Moysi indicta est in Ægyptum profectio ad Hebræorum adductionem & renuit, ministerio incumbere. *Quis sum egò, vt vadam ad Pharaonem* Exod. 3. Cur se offert Isaias ad proximorum ministeria, Moyses autem se ministerio abnegat? An quia Moyses se videt magis sapientia seculari ornatum, quam virtutibus: Isaias autem contemplatur ex igne charitatis ac virtutum labiis ac linguæ eius datã esse peritiã? Pulchrè Hieronymus Epist. ad Damas. *Isaias postquam à Seraphim audierat. Ecce tetigi hoc labia tua,* &c. *otio noluit torpere; sed vltro in ministerium Dei quasi à peccato liber se obtulit. Moyses vero quia secularibus eruditus fuerat disciplinis, & interfecto Ægyptio, conscientia eius aliqua ex parte sorduerat, se excusat.*

Isaias virtutumque mũdatus se offert ministerio proximorũ: Moyses scientia secularis plenus vacuus virtute se subtrahit. Isa. 6. Exo. 3. Hieron.

65. Asserit Ildephonsus ser. de Assumpt. Pastores Bethleemiticos ad proximorum gregem edocendum mystice esse vocatos. Quanam peritia ornati proximorum incumbent ministerio; Canunt Cœlicolæ, *Gloria in altissimis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Luc. 2. illis quorum intellectus est rusticus, voluntas bona virtutibus datur ornata. O quam apti ad ministerium. *Pro bona voluntate* (inquit Pater) *dilectissimi præstabit Deus vires loquendi, quas imperitia negat. Ideo cœlestis exercitus decantauit, Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

Pastorũ rudibus cum voluntatis sapientia apta ministerio proximorum. Luc. 2. Ildeph.

SECTIO SECVNDA.

Ioannes in Iordane dicens.

TEXTVS.

VERS. 3. ET venit in omnem Regionem Iordanis prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. 4. Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ Prophetæ: Vox clamãtis in deserto: Parate viam Domini: rectas facite semitas eius. 5. Omnis vallis implebitur: & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias planas, 6. Et videbit omnis caro salutare Dei.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Iordanis Regione.

1. ET *venit in omnem Regionem Iordanis.*] Israelitarum Regionem abluit Iordanis, qui quidem tribus celebrioribus Prouinciis Orientalis est Galilææ, quæ Septentrionem spectat: Iudææ, quæ ad Austrum vergit; & Samariæ, quæ vtramque interiacet. A Septẽtrione fluit ad Austrum; oritur enim prope Cæsaream Philippi, quæ Israeliticæ Regionis terminus Aquilonis est. Duo adsunt fõtes Ior & Dan, qui prope Cæsareæ portam cõfluentes coniunctis aquis fluuium efformant, & nomen Iordanis è nominum coniunctione illi exhibent.

De Iordane.

2. Panium (Auctore Iosepho lib. 15. Ant. cap. 13.) spelunca est in monte Libano amœnissima eique subiecta in immensũ hians terræ deuexitas stagnantibus plena aquis. Sub spelunca fõtes Iordanis scatẽt Phiala lacus est, siue fons, de quo idem Auctor sic lib. 3. de Bel. cap. 18. scripsit: *Phiala est, quà in Trachonitidẽ ascenditur ad centesimum vigesimum stadium à Cæsarea, ad dexterã non longe à via. Et propriè quidem ex rotunditate Phiala dicitur lacus rotæ speciem preferens. semper autem intra eius labra vnda cohibetur,*

De Panie spelunca.

De Phiala lacu.

Fontes Iordanis ex Panio & Phiala. Plini.

nunquam deficiens, vel exuberans. Profectò Iordanis fontes ex Panio & Phiala exoriuntur. Ex autro Panin profluere Iordanem Plinius asseruit lib. 5. cap. 15. *Iordanis oritur è fonte Paneade, qui cognomen dedit Cæsareæ.* Ex Phiala simul ducere originē Iosephus citatus affirmauit. *Cum Phialam esse Iordanis principium nesciretur, à Tetrarcha Trachonitidis Philippo deprehensum est. Is namque, missis in Phialem paleis inuenit eas apud Panium redditas: unde antea fluuium nasci credebatur.* (Ioseph.)

3\. *De duplici fonte Ior, & Dan Hieron. Iordanis cursus, usque ad interitum.*

Duorum fontium Ior & Dan sic Hieronymus Mat. 16. *Iordanis oritur ad radices Libani, & habet duos fontes, unum nomine Ior, alterum Dan: qui simul mixti Iordanis nomen efficiunt.* In Aquilone Iordanis ortus iuxta Cæsaream Philippi Austrum versus pellucidis aquis labitur; & cœnosas primùm Semechonitis lacus paludes secat. Hinc in aluenm receptus per centum viginti stadia funditur, lacumque alterum influit, qui dicitur Genesareth, aut mare Tyberiadis. Deindè vastam per solitudinem mare mortuum petit; à quo postremo ebibitur, aquasque laudatas perdit pestilentibus mixtas. Ex Iosepho ac Plinio didici. (Ioseph. Plini.)

4\. *An Ioannes Vrbes, & Pagos in Regione Iordanis inierit concionaturus.* Mat. 3. Mat. 1. Isa. 40. Mat. 11.

Et venit in omnem Regionem Iordanis.] An Vrbes, & Pagos, qui in Regione illa erant, iussus sic Ioannes percurrere, inibique commorari? Minime, sed in solitudine, quæ iuxta Iordanem aderat, officio suo functus est. *In diebus illis, venit Ioannes Baptista, prædicans in deserto Iudææ.* Mat. 3. *Fuit Ioannes in deserto baptizans,* Mat. 1. *Vox clamantis in deserto.* Isa. 40. Non ergo in oppidis, sed in solitudine concionabatur. *Quid existis* (ait Dominus) *in desertum videre? arundinem vento agitatam?* Mat. 11. Exibant igitur Israëlitæ ad Ioannem videndum, & audiendum. Expressius Marcus, Exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis Regio circa Iordanem & baptizabantur ab eo.

5\. *Herodes pergebat ad Ioannem, nō Ioannes ad Herodem.*

Obiicis. Herodes Tetrarcha *audito Ioanne, multa faciebat, & libenter eum audiebat,* Mat. 6. Ergo Ioannes Regis aulam Vrbemque ingrediebatur. Negatiue respondeo, asserens, potius Herodem ad Ioannem venisse in desertum. Haud obstat Regius Herodis fastus; Regium enim erat conciones audire præsertim Ioannis viri admirabilis.

§. II.

De Pœnitentiæ Baptismo prædicato à Ioanne.

6\. *Quisnam Ioannis Baptismus.* Cyril.

PRædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.*] Missis hæreticorum erroribus, Ioannis Baptismus erat imperfectus, & Isagogycus, siue introductorius, quemadmodum & Lex verus. Cyrillus lib. 2. in Ioan. cap. 56. *Veluti Lex Mosaica futurarum rerum, & spiritualis cultus præparatio quædam fuit, occultam veritatem parturiens: sic Baptismus Ioannis ad Baptismum Christi collatus præparationis vim obtinebat.* Damascenus lib. 4. cap. 10. & Basilius hom. 13. contestantur. (Damasc. & alij.)

7\. *An gratiam ex opere operato conferret.* Luc. 3.

An gratiam ex opere operato Ioannis Baptismus conferret? Minime, nec vllo diluto Charactere notabat. *Ego* (inquit Ioannes) *aqua baptizo vos, ipse* (Christus) *vos baptizabit Spiritu sancto, & igni.* Luc. 3. Baptismus meus solius est aquæ, abluit corpus, animo Spiritum sanctum peccatorum remissionem, ac gratiam non confert. At Christi Baptismus tum corpus diluet, tum animo Spiritum sanctum, remissionē criminum, & gratiam conferet. Gregorius hom. 7. in Euang. *Ioannes in spiritu, sed in aqua baptizabat, quia peccata soluere non valens, baptizatorum corpora per aquam lauabat; sed mentem per veniam non sanabat.* Idem Theophylactus. Chrysostomus, Nazianzenus, Basilius, Leo, Augustinus. D. Thomas, & alij quam plures asseruere. Tridentinum audiendum sess. 7. Can. 1. *Si quis dixerit, Baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi anathema sit.* (Gregor. Theoph. & alij. Triden.)

8\. *Obiectioni fit satis.* Basil.

Obiicis Lucæ verba illa: *In remissionem peccatorum.* Non solum ergo corpora diluebat, sed etiam remittebat crimina Basilius lib. de Baptis. *Baptismus Ioannis nullam prorsus faciebat ad gratiam Dei & Christi ipsius perueniendi dilationem. simulatque accesserat quis, & peccata sua quantacumque, & qualiacumque fuissent, confessus fuerat in Iordanis flumine baptizabatur, & confestim peccatorum remissionem accipiebat.* Et Chrysologus ser. 13. *Viderat Diabolus, Ioannem, quod solum Deitatis insigne est, hominibus dimisisse peccata.*

9\. *Quonammodo in peccatorum remissionem diluerit Ioannes.* Gregor. & alij.

Respondeo (missis Gregorij, Bedæ, Augustini, Hieronymi, Tertulliani, Chrysostomi, & Theophylacti solutionibus) Euangelistam Baptismum Ioannis pœnitentiæ appellasse Baptismum in remissionem peccatorum; quoniā ab iis, quos Ioannes abluebat, pœnitentiam, id est, peccatorum detestationem, contritionem, vitæ correctionem, & fructus dignos pœnitentiæ exigebat. Quonam autem modo detestari peccata, doloremque, & contritionem animo concipere deberent, ipse edocebat. Ea igitur contritione, & fructibus pœnitentia dignis peccata dimittebantur. Abulensis quæst. 59. ad cap. 3. Mat. *Licet Baptismus Ioannis non conferret remissionem peccatorum, pœnitentia tamen confert peccatorum remissionem. Vnde quocumque statu, & lege semper per pœnitentiam peccata dimittuntur. Fuit Ioannes prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, id est, prædicabat Baptismum pœnitentiæ, quæ pœnitentia confert remissionem peccatorum.* Baptismus itaque Ioannis externa tantum erat corporis ablutio, & pœnitentiæ professio, animo nihil afferens vi sua gratiæ, aut remissionis: quam tamen ipsa pœnitentia per Christi merita afferebat. At Christi Baptismus non externa solummodo est ablutio, sed sacramentum continens gratiam, eamque vi cœlesti in animo efficiens. (Abul.)

10\. *An materiæ aquæ aliquā formam Ioannes adhibuerit.* Thom. & alij. Abul.

Requiris, num aquæ materiæ forma verborū aliqua fuerit adiecta in Ioannis Baptismate? D. Thomas, Bonauentura, Hugo Victor. Abulensis, & alij hanc vel similem formam assignant: *Ego te baptizo in nomine Christi venturi.* Venturi inquam, quoniam licet iam esset natus, nondū tamen ad baptizandum, & docendū, mortemque pro hominibus subeundā apparuerat. Colligunt ex verbis Pauli, *Ioannes baptizauit Baptismo pœnitentiæ populum: dicens, in eum qui venturus esset post ipsum, vt crederent* Act. 19.

11\. *Negatiuè respondeo.*

Arbitror nulla adhibita verborum forma diluisse. An non ille Baptismus externa tantum erat ablutio, vt aliæ Iudæorum ablutiones, quibus verborū nulla forma adiiciebatur? An non Ioannes Christum aqua tinxit? Tunc'ne formā illam adhibuit: *Ego te baptizo in nomine Christi venturi?* Absurda prorsus huiusmodi; tunc forma

ma putaretur. Porrò Paulus non affirmat, Ioannem in nomine venturi baptizasse: sed prædicasse, vt crederent in eum, qui venturus erat, Christum. Verba erant illa docentis, non forma baptizantis.

12. *De confessione peccatorum facta coram Ioanne baptizante.* Mat. 1. Mat 3. Caiet. Abul. Tertul. & alij. Euthym.

Denique quæsieris, qualis fuerit illa confessio peccatorum, quam Ioannem exigere Euangelistæ affirmant, *Baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua.* Mat. 1. Mat. 3. Caietanus, *Confitebantur peccata non in specie; sed in genere, profitendo se peccasse.* Hæret Abulensis quæst. 54. ad cap. 3. Mat. At Tertullianus lib. de Bapt. cap. 20. Basilius in Reg. breu. Interrog. 288. Cyrillus Ierosol. cat. 3. Imperfectus hom. 3. Euthymius, & alij asseruere, speciatim crimina à diluendis à Ioanne exposita. Audiendus Euthymius ad Cap. 3. Mat. *Dicunt aliqui, quod vnumquemque baptizatorum in aquam ad collum vsque immissum detinebat Ioannes, quousque peccata confiterentur sua; & post confessionem ascendebat de aqua.* Crediderim sigillatim peccata confessos saltem grauiora. Id Euangelistarum verba

Auctoris sententia.

reor ostendere, Confiteri enim peccata, plus significat, quam generatim se profiteri peccatorem. Non erat autem confessio illa sacramentalis, sed quidam nostræ Confessionis typus, & præparatio: quemadmodum Baptismus ille nostri erat præludium.

§. III.

De Isaia à Luca citato Testimonio.

13. *Isaiæ testimonium à Ioanne citatum.* Isa. 40.

Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ Prophetæ.] Ioannem in desertum venisse missum à Deo, & in deserto populum docuisse, Lucas confirmat Isaiæ testimonio ex cap. 40. Agit illo loco vates de Messiæ aduentu, felicissimoque Israëlitas nuncio consolatur. *Consolamini, consolamini popule meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam; quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius, suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.* Addit, *Vox clamantis in deserto. Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt praua in directa & aspera in vias planas. Et reuelabitur gloria Domini; & videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est.*

14. *Expositio Isaiæ.*

Sic exposuerim. Vox Messiam præcurret Præcursoris clamantis in deserto: *Parate viam Domini.* Hebraice, *Iehoua*, id est, Deo Messiæ venienti viam sternite; rectas facite Dei nostri Messiæ semitas in solitudine: & flexa ac distorta itinera dirigite. Translatio sumpta ex hominum more Regem præstolantiũ. Vias illi muniunt, repurgant, rectas faciunt, obstantia cuncta remouent; Si quæ sunt loca depressa, eleuant, viàque totam complanant. Sic Baruch, *Constituit Deus, humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & conualles replere in æqualitatem terræ vt ambulet Israël diligẽter in honorem Dei* cap. 5. Haud aliter Baptista curat viam Domino venienti præparari. Profectò munit, & parat viam Deo Messiæ pœnitentia; hæc montes sternit, hæc valles attollit, hæc prauas distortasque vias dirigit. Baruch 5.

15. *Quonammodo omnis caro vsi salutare viderit.*

Et reuelabitur (ait Vates) *gloria Domini, & videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est* LXX. transtulere, *& videbit omnis caro salutare Dei,*] quos secutus est Lucas. Videbit omnis homo in Iudæa à Deo missum Saluatorem. Sic exposuit Barradius. Ast Maldonatũ sequor expositorem, asserit, duobus modis hæc posse intelligi. Vt significetur fore, vt omnes homines conspecturi essent, quomodo Deus populum suum primum à Chaldæis, deinde à Diaboli tyrannide liberaturus esset. Vel vt sensus sit, fore, vt omnes homines, gustent, experiantur, percipiant salutem Dei, participesque fiant eius beneficij, si tamen velint. Malden.

16. *Quidnam per montes, & valles intelligendum?* Origen. Beda. *Auctoris expositio.*

Montes, Origenes, & Beda homines superbos: valles humiles esse dicunt, sed vt de superbis id concedamus, qui per pœnitentiam humiliandi, ac deprimendi sunt; quid de humilibus dicemus? quomodo implebuntur? quomodo erigentur, vt ad æqualitatem redigantur? An humiles esse desinent, superbique fient? Profectò per montes & colles nihil aliud, quam viæ inæqualitatem, asperitatemque arbitror designari, sicut statim dicitur, *Et aspera in vias planas.* Hoc enim est, quod maxime asperam, atque difficilem viam reddit, si nunc in valles descendat, nunc assurgat in montes. Explananda igitur est via, id est, vitiorum inæqualitas repugnantiaque ad virtutis mediocritatem reducenda; ne quid subeuntem in animos nostros Christum offendat.

17. *Futurũ pro Imperatiuo.*

Monuerim, illa futura, omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, &c. pro imperatiuis, more Hebræorum posita *Implebitur*, id est. *Impleatur. Humiliabitur*, id est, *Humilietur. Erunt praua in directa*, id est, *Sint.*

IN

IESVM CONCIONANTEM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS

CIRCA LITERAM.

EX IOANNE IN IORDANE DICENTE.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Et venit in omnen Regionem Iordanis prædicans.

Quod Ioannes verbum in deserto à Domino exaudiuit, ipse pergit in Regione Iordanis euulgare.

Edocens, omnes debere Concionatorum officio fungi, quod audiunt hi referant aliis: alij audientes, aliis adhuc satagant proferre sermonem.

18. SVper Ioannem in deserto vox Domini facta est, cœlestia Præcursor dogmata exaudiuit, quæ quidem non pectore reclusit, anatus fons, sed venit in omnem Regionem Iordanis aliis prædicans pœnitentiæ Baptismum. Edocens vtique auditores verbi debere in Concionatores conuerti, aliis proferentes, quæ audierunt. Audiuit paterfamilias à Concionatore Deo inuisos Templi (ex gr.) contemptores. Rediens domum vxori referat, quod audiuit: hæc autem filio proferat filius autem famulo; hic vero conseruo.

19. Dauid confirmat vnico carmine, sed quadruplici mysterio cogitationem. *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.* Psal. 18. In primis premo verba illa, *Cœli enarrant gloriam Dei.* Vbi Theodoretus cœlos asserit *tres leges datas Naturæ, Scriptam, Gratiæ.* Lex naturæ (id est Patriarchæ) audiuit à Deo dogmata obseruanda ex rectitudinis agnata præscriptione, quæ quidem legi scriptæ, (id est Patribus posteris) prædicanit. At lex scripta præcepta illa iam Dei digito tabulis exarata, Legi Gratiæ, id est Christicolis aperuit, vt præcepta Decalogi fidelibus cunctis obseruanda præscriberentur. Eo cœlorum prædicatio nunquam silentio pressa.

Leges prædicant, id est leges naturæ filiq prædicant gloriam Dei filius legis scriptæ, hi autem filia legis gratiæ.
Psal. 18.
Theod.

20. Deinde pondero particulam, *Dies diei eructat verbum.* Anselmus, *Sancti Sanctis verbum auditum eructant.* Augustinus vberius, & aptius. *Spiritus sanctus spiritualibus viris*, seu Prædicatoribus Apostolicis *profert plenitudinem sapientiæ: quod est verbum in Principio apud Deum, & ipsi carnalibus auditoribus fidē insinuando annunciant.* An silet verbum? Minime; carnales enim illi auditores spirituales iam effecti longe positis indicant spiritualem scientiam.

Audiant à Deo Prædicatores, hi que carnalibus annūciant, illi autem aliis.
Psal. 18.
August.

21. Iàm expendo verba illa: *Et nox nocti indicat scientiam.* Pulchrè exposuit Augustinus, *Quia sacra doctrina diebus & noctibus continuatur*, ex ore in os *vsque ad posteros.* Ex Theodoreti mente, qui nox erat ex ignorantia iam donatus luce, nocti, id est, ignorantiæ nunciat veritatis præscripta. Vndè ab vno in alium, in omnem terram exiuit sonos eorum, & omnem terram atque mare ad diuinas laudes aliis decantandas inuitant.

Ignorantes eam sapientes annunciant aliis cœlestem scientiam.
Psalm. 18
August.
Theod.

22. Pergit demum Vates, *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* An Apostoli orbis vniuersi hominibus singulis cœlestia mysteria annunciarunt? Cur ergo asserit Dauid Apostolorum verba omnibus hominibus insonuisse? Certè qui immediati Apostolorum auditores aliis dogmata prædicarunt illi autem aliis aperuerunt. Anselmus. *Apostoli exposuerunt gloriam Christi, & in omnem terram exiuit sonus eorum non præsentia*; quia Apostolorum Discipoli audientes aliis aperuerunt sonum, illi autem aliis eandem Iesu gloriam manifestarunt; vnde omnibus veritas nostræ fidei innotuit.

In omnem terram exiit sonus Apostolorū, quia ex ore in ora verbū profluit.
Psal. 18.
Ansel.

De panum propositionis ritu Dominus, *Et pones super mensam panes Propositionis in conspectu meo semper.* Exod. 25. Vbi venerabilis Beda, *Panes Propositionis super mensam positi semper Doctores sunt spirituales, qui cunctis Ecclesiam intrantibus refectionem verbi cœlestis offerunt. Qui rectè propositionis vacantur, quia in propatulo semper esse debet vniuersis fidelibus sermo salutis.* Igitur Prædicator panis Propositionis sit fidelibus quorum in corde doctrina panis Propositionis sit aliis propositus. At hi qui recipiunt studere debent fieri etiam propositionis panes exponendi aliis; quia cum semper debent esse panes in Domini conspectu, nunquam non ex altero in alterum proferuntur. 23.

Sit verbum auditum semper Propositionis panis, qui alius ac alius successiuè proponatur.
Exo 25.
Beda.

Exemplo fontis D. Chrysostomus exponit ser. 1. de Laza. *Fontes quamuis hauriat nemo, tamen scatebras emittunt. Sic & oportet, illum qui concionatur, præstare, quidquid in ipso situm est, similiter & auditor.* Vidisti fontium vndas è receptaculo in receptaculum profundi: è maiori cratere ad agros, seu hortos deriuati? siuè aptius argumento, vidisti anthliæ aquagium, aut tubum primum aquam à puteo trahere, quam ascendens mittit in alterum: hicque ad alium implendum properat, & sinè aquæ mora cūcta aquagia successiuè complentur? Hoc verbi accepti simulachrum: ex Concionatore accepit auditor, hic alios adit auditores; qui quidem aliis curant sacras vndas ministrare. 24.

Exemplo fōtis ex vno receptaculo in aliud; verbum expenditur.
Chrysost.

Sponsa proclamat, *Vox turturis audita est in terra nostra.* Cant. 2. Vbi D. Bernardus requirit, *si multi gementes quid sibi vult vnius expressio? Vox turturis, inquit; quare non turturum?* An non sæculi miseri habitatores semper gementes, & flentes in hac lacrymarum valle ostentantur? Ergo aptius dixisset sponsa, *Vox turturum audita est.* Respondet Abbas, *Spiritus sanctus inducitur gemens, quia gementes facit, & quamuis multi sunt, quos ita gemere audias, vnius per omnium labia vox sonat.* Turtur Spiritus sanctus vocem pœnitentiæ Ioanni donat, seu Euangelico Prædicatori, hic gemens efficit auditores gemere, hi vero gemitus vocem percipientes alios gemere efficiunt successiuè. Vnde *vnius Spiritus sancti vox per omnium labia sonat.* 25.

Prædicator recipiens à Spiritu sancto turturis gemitū, facit alios gemere successiuè gemitu excitato.
Cant. 2.
Bernar.

OBSERV.

Observatio II.

Ad illa verba:

Et venit in omnem Regionem Iordanis prædicans Baptismum Pœnitentiæ.

Ioannes prædicaturus Pœnitentiæ Baptismum non pergit ad Vrbes sed in deserto commoratur; vt cogat auditores ex Vrbibus exire.

Verè enim pœnitens, vt diluatur, debet omninò à vitiis, occasionibusque eorum semoueri.

26. SI Regi, si Principibus, si ciuibus omnibus Ioannes erat Baptismum Pœnitentiæ prædicaturus, cur in deserto commoratur? cur in omnem Iordanis Regionem venit, & non potius ad omnes Vrbes & oppida proficiscitur? Certè vt cogeret Regem, Principes, ac ciues ab Vrbibus recedere: mysticeque à delictis, eorumque occasionibus separari. Id quod ad Pœnitentiæ lauacrum necessarium est. *Dicebatque ad turbas*, (ait Matthæus) *quæ exibant vt baptizarentur ab ipso.*

27. *Qui vult baptizari, debet à prauis consuetudino exire.*

Quæstioni dedimus, an Rex Herodes ad desertum Ioannem auditurus venerit: vel potius Ioannes fuerit ad Herodis aulam profectus? Respondi Herodem ad Ioannem ex aula, Vrbeque egressum venisse. Nam cum dicturus esset egregius Prædicator Herodi. *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Vt posset Rex Pœnitentiæ dilui lauacro, deberet ab aula, & Vrbe recedere corpore, & spiritu, qui nunquam non hæsit voluptatibus, & ideo dilutus non est. Origenes, *Non venit citè, qui mores pristinos, & consuetudinem non relinquit. Qui vult baptizari, egrediatur.* Origen.

28. *Tunc proficit Pœnitentia Baptismus, cum securis ad arborum radicem, seu prauam consuetudinem apponitur.* Matth. 3. Anselm.

Prædicatorem Baptistam audiamus, *Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere a ventura ira. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arborum posita est.* Matth. 3. O potentissima sermonis documenta! Pulchrè Anselmus, *Non filij carnis hi sunt in semine Abrahami, sed qui sunt filij Dei. Vnde subdit, Potens est Deus ex lapidibus, id est, ex Gentilibus, quorum corda erant insensibilia, suscitare Dei filios. Iam enim securis ad radicem arborum posita est.* Ac si diceret, Vis nosse, quonammodo Gentiles lapidei possint in Dei filios conuerti? *Securis*, seu (Gregorij mente) Christi virtus ex pœnitentiæ lauacro, posita est ad arborum radicem. Non ramos præscindit, sed radicem resecat. Quis vnquam vidit arboris securi præscindi radices? Rami secantur ad vberiorem germinum fructum. Truncus fere scinditur, vt igni materia præparetur. At securis quando nam radici occultæ addicitur? Aptius ligone radix præscinderetur. Profectò tunc virtus Christi exeritur, tunc *Christus securis ex manubrio & ferro* (loquor cum Gregorio) *id est, humanitate, qua tenetur: Diuinitate, qua incidit:* Verè reparat Gentilium, aut peccatorũ arbores, cum è radice damna tolluntur, cum radicitus praua consuetudo extirpatur, cum arbor, hoc est peccator ab occasione delinquendi fortiter auellitur: *Iam securis ad radicem arborum posita est.* Gregor.

Ex lapidibus filios Dei fieri, si securis ad radicem ponatur, vt auellatur peccator radicitus à vitiis.

29. *Arbor ambulet, peccator radicitus auellatur à consuetudine, si vult verè dilui.*

Habitum verè pœnitentis, seu diluti pœnitentiæ lauacro Christus cœco cuidã exposuit. Quid vides? *Video homines sicut arbores ambulantes.* Arbores ambulant? Strabus, *Arbor humanum genus.* Si securis ad peccatoris radices apponatur, tota arbor è terrenis illectamentis egreditur, & libera potest ambulare, vti Chananæa à finibus pristinis egressa. Si progrediaris, radicibus terræ hærentibus: illa magis est inclinatio, quam egressio. *Qui vult baptizari*, (inquit Origenes) *egrediatur.* Qui autem verè egredi studet, curet, ex propositi, non vlterius delinquendi, vi, radici arboris apponi securim. Pulchrè Bernard. serm. 2. de Assumpt. *Certus esto, quoniam pullulauit vberius arbor*, si securis frondibus herescit, aut trunco. *Quod periculum si volumus declinare, securim ponamus necesse est, ad radicem arboris, non ad ramos.* Origen. Bernard.

30. *Vt diluatur Lazarus, radicitus à praua consuetudinis sepulchro auellitur.* Ioan. 11.

Curans Dominus Lazarum gerentem peccatoris imaginem Baptismo Pœnitentiæ diluere, radicitus eum auellit à sepulchro. *Lazare veni foras. Prodiit autem qui fuerat mortuus ligatus manus ac pedes institis, facies autem eius sudario erat circumligata.* Ioan. 11. Cur sudarium, funereaque vincula auelluntur? Hisce arbor radicibus terræ illigabatur, auaritia, superbia, voluptate. Auellendus erat, *securis Christi* vi radices cõminuendæ priusquam Discipulis peccator soluendus traderetur; quia *qui vult baptizari, egrediatur.* Augustinus lib. 83. Quæst. q. 65. *Lazarus animum significat recedentem à vitiis.* Quia nisi omninò amputatis radicibus recedat, solui non potest à Discipulis, quibus indictum à Domino, *Soluite eum, & sinite abire.* Acutè Caietanus, *Veni foras, non solum surge à morte, sed veni extra speluncam.* August. Caietan.

31. *Lazarus fugit vel Iesu præsentiã, vt fugiat delinquendi occasionem.* Chrysol.

Premo Dominicam sententiam, *soluite eum & sinite abire.* Ioan. 11. Abire? An non Lazarus propria resurrexit in domo? Quonam ergo abibit? Contemplatur Chrysologus Lazarum imaginem præferre peccatoris voluptatibus infecti: ideo ait à mulieribus quæsisse Dominum, *Vbi posuistis eum?* Iubentur ergo Discipuli, vt sinant Lazarum abire. O Lazare, quo pergis? In domo tua adest occasio (mystica) delinquendi, sed etiam adest Christus, qui te misericorditer reuocauit à tumulo. Instat periculum, sed adest asylum Seruatoris. Fugis periculũ, sed simul te à Saluatore absentas. Num potentius est periculum ad ruinam, quam Christi vox ad resurrectionem à lapsu? O necessaria peccatoris fuga! Mauult Lazarus peccatoris gerens personam Christi aspectu viduari, quam in occasione peccandi permanere. *Lazarus* (ait Augustinus) *animum significat recedentem a vitiis.* August.

32. *Fugit Petrus oculos Iesu, vt vitaret cadendi periculum.* Luc. 22. Leo. Beda.

Confirmo ex Petri pœnitentia. In Pontificis atrio ter nosse Christũ abnegauit. *Conuersus autem Dominus respexit Petrum, & egressus Petrus foras, fleuit amare.* Luc. 22. Cur Petrus egredi ex Pontificis palatio festinat: Respondet D. Leo serm. 9. de Pas. *Fugit cadendi periculum.* An non simul fugiebat Petrus Christi oculos? Beda, *Respexit Dominus Petrum. Respicere namque eius misereri est.* Num plus valet periculum ad ruinam, quam aspectus Christi ad resurgendum? Quam

Quam prudenter Petrus fugit excidendi periculum, licet simul fugiat Saluatoris aspectum, *cuius respicere est misereri: Sinite abire.*

Observat. III.

Ad illa verba:

Prædicans Baptismum Pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

Edocet Ioannes Baptismo Pœnitentiæ dilutum remissione donari: non qui leuiter aqua intingitur.

Taxantur, qui post innumerabilia grauissima peccata putant leuissimam pœnitudinis sufficere diligentiam, ad remissionem.

33. Euthym.

Recolo Euthymij sententiam. *Dicunt aliqui, quod vnumquemque baptizatorum in aquam ad collum vsque immissum detinebat Ioannes, quo vsque peccata confiteretur sua; & post confessionem ascendebat de aqua.* Nonne sufficeret leuis aquæ intinctio, ad peccatorum remissionem, sicut ad omnimodam animi baptizatorum puritatem sufficit leuissima aquæ dilapsio addita forma Sacramenti? Profectò Ioannis ablutio Pœnitentiam non Baptismum præsignabat: & ideo non leui erat lauacro perficienda. Ad collum vsque immergatur oportet, qui de multis grauibus criminibus expetit pœnitentiam agere.

34. *In aqua modicissima significatur Baptismus, in sanguine copioso Pœnitentia.* Ioan. 19. August.

Et Pœnitentiæ, & Baptismi Sacramentum expressum in vulnere lateris Dominici recognosco. *Ad IESVM autem cum venissent, et viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua.* Ioan. 19. Vbi Augustinus apud Saa, *Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum, lauacrum Baptismi, præstat aqua.* Ac si diceret, Pœnitentia figuratur in sanguinis profluxione, Baptismus autem in aqua exprimitur. Addit acutè Pater, *Aqua illa salutare temperat sanguinis poculum.* Alludit proculdubio ad aquæ modicissimæ in vinum immissionem, qua quidem assolet temperari in sacrificio Missæ. Igitur sanguis quo Pœnitentia innuitur, vberrimus fons est, aqua autem, qua signatur Baptismus, modicissima vnda exponitur, iuxta illum Ecclesiæ ritum: *Aqua modicissima misceatur.* Ad Baptismum sufficit leuis vndæ intinctio, ad Pœnitentiam autem requiritur profundissimum sanguinis lauacrum.

35. *Pilatus vult modicissima aqua abluere Dñi. sanguinē.* Matth. 27. Leo.

Pilatus *videns quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine iusti huius, vos videritis.* Matth. 27. Remigius, *Sic solebant antiqui se ostendere post ablutionem immunes ab aliquo crimine.* D. Leo. Etiam post ablutionem, *non euasit reatum.* In Præside iniquo contemplor peccatorem, qui post admissa grauissima crimina, existimat leui admodum vndæ intinctione mundandū. O inique, (exclamat Anselmus) *non*

Ansel. in.

in hoc Deum fallis, qui post Deicidium tam leui lauacro existimas te immunem à sordibus!

36. *Epulo digiti extremitate intincta in aqua, vult dilui totam grauissimorum peccatorum infectā conscientiā.* Luc. 16.

En Epulonis Diuitis imaginem. *Pater Abraham* (clamabat ille æterno igne submersus) *miserere mei, mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam,* Luc. 16. D. Chrysologus in diuite contemplatur peccatorem, qui tartareo vitiorum igne succenditur. Omnium ille vitiorum torquetur flamma, & simulata, instar Iudæ, pœnitudine quidnam egit? Petit leuiter ab vndula tangi. *Vt intingat extremum digiti sui in aquam.* O quam iuste sine medicamine periisti! Decebat quidē ad abluendam conscientiam tot sceleribus maculatam sanguinis Dominici pelagus, *Baptismum* planè *pœnitentiæ in remissionem.* Abbas Cellensis lib. de Panib. cap. 15. *Parum petiit, & ideo fortè non impetrauit. Parum, inquam, petiit; quia non in aquæ stilla, sed in sanguine flamma hæc infernalis extinguitur. Non enim leui, & momentanea compunctione grauis culpa detergitur; sed eo vsque penetrare debet vis doloris, quousque penetrauit iniquitas.*

Abbas Cellens.

37. *Non solum digiti extremitatem, sed manus sanguine Saluatoris implet Thomas ab incredulitate diluendus.* Ioan. 20.

Apostolus Thomas incredulitatis crimine maculatur, cum Discipulis asserentibus, *Vidimus Dominum,* respondit, *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, non credam.* Ioan. 20. Quonam, quæso, lauacro tanta abluenda erat iniquitas? Dominus exposuit, dum inquit incredulo: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum; & noli esse incredulus, sed fidelis.* Mundaberis ô Thoma, à crimine, si non solum digiti extremum aquæ stillā accipere studeas, sed pelago profundissimo Deifici sanguinis cures manus impleri ex abundantia compunctionis. Abbas Cellensis ad hæc, *Non extremum digitum in aqua tinctum exposcat conscientia de grauibus confitentis, tingat digitum in locum clauorum, & mittat manum suam in latus Saluatoris. Vt sicut animam suam* (addit opportunè) *pro nobis posuit moriendo ipse Dominus, sic iste conscientiam suam pro se exponat confitendo, & pœnitendo.* Quia scilicet pœnitentia illa vera non est, quæ leui gaudet lauacro, cum est grauis iniquitas. An non apud Dei Filium *copiosa Redemptio?* Ergo pro graui crimine Baptismus salutaris sanguinis debet præparari: *Sicut animam suam pro nobis posuit moriendo, sic conscientiam suam exponat pro se pœnitendo.* Quam abundans Pœnitentiæ Baptismus, si cum copiosa Redemptione IESV quodammodo debeat cōparari.

Abbas Cellens.

Sicut fuit copiosa Redemptio, sit copiosa Pœnitentia peccatoris.

38. *Petrus post acceptā gratiam adhuc diu fleuit amarè, vt esset copiosus, pœnitendinis Baptismus.* Luc. 22. Beda. Anselm. Chrysost.

Deliquit Petrus ter abnegando Magistrum, qui quidem *conuersus respexit Petrum, ille autem egressus foras, fleuit amarè.* Luc. 22. Cum Petrus à IESV respicitur à crimine surgit. Cantauit gallus, & conuersus Dominus respexit Petrum. Beda, *Petrus media nocte peccauit, ad galli cantum pœnituit* aspectante Domino, *nempe correxit vera lucis rememoratione, quod in tenebris obliuionis errauit.* Anselmus, *Respexit Dominus, vt recordaretur Petrus.* Et Chrysostomus, *Admirare curam Magistri, cum enim vinctus esset, nutu erexit Discipulum.* Si ergo Petrus nutu IESV erectus est, si iniquitas ablegata, si mundata conscientia: quare *egressus foras, fleuit* (diu) *amarè?* Profectò Petrus videns se grauiter sæpe deliquisse, noluit leuiter vndulam satis esse conscientiæ: sed procurauit se lacrymarum immittere in pelagus. Ambrosius, Quos IESVS respicit, plorant delictum; tu si veniam vis mereri, dilue

lacrymis

lacrymis(non solum lacrymula) culpam tuam.

39. Quid Iob cum imaginem gerit peccatoris? *Peccaui, quid faciam tibi?* Cap.7. Postula, vt Lazarus extremum digiti intingat in vndam. Proh delicta grauissima minimè vnda leui obruenda! Baptismum pœnitentiæ inire desidero. *Peccaui, quid faciam tibi?* Augustinus lib. de vera, & falsa Pœn. *Quasi dicat, Aurè doleo peccasse, quod non velim contra me te non vindicare. Quæro enim in me, quid supplicij possim excogitare, quod tibi possit sufficere.* Rex ille non erat purpurati Diuitis imitator efflagitantis alieni digiti intinctionem, sed Pœnitentiæ Baptismum cupiebat inire ô quot Epulones!

Excogitat Iob, quod satisfactionis genere possit pro delicta.
Iob. 7.
August.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Parate viam Domini, rectas facite semitas eius, omnis vallis implebitur,&c.

Paranda via Domino nascituro.

Sufficere edocemur cordis rimulam ad Paruuli IESV *ingressum: debere nos Dominos ostendi, vt Dominum suscipiamus in Eucharistia: mansuetudinis virtutem conferre ad* IESV *receptionem.*

40. ANselmus, *Parate viam Domini nascituri prauitates abijcite, fidem, & bona opera accipite.* Gregorius, *Praua fiunt directa, cum detorta per iniustitiam cordis ad iustitia regulam diriguntur: aspera vero plana, cum immites ad mansuetudinem redeunt.* Pergit Anselmus, Huiusmodi præparatione *omnis caro, homo Iudæus, & Gentilis, vir, & mulier, iuuenis, & senex videbit salutare Dei.*

Vesperâ Dominici Natalitij celebro, qua vulgariter Calenda vocitatur. Ad illud, Cũ esset desponsata, &c.

CAPVT I.

Licet ad præparandam viam Domini, tot apparatus Propheta prænunciet, ad præcordia Dominus nasciturus, paruulus quidem, rimula ingredietur.

41. CVm audio vociferantem ex Isaiæ ore Ioannem. Parate *viam Domini, rectas facite semitas eius, erunt praua in directa, & aspera in vias planas:* Regem mihi venturam propono profectu difficilem, potentia externa angustum, amplum apparatu, qui nullatenus possit præcordij mei recipi hospitio. Audire mihi videor Cœlicolas proclamantes, *Attollite portas Principes vestras, & eleuamini portæ æternales; & introibit Rex gloriæ.* Attamen me ipse Propheta ab huiusmodi liberat errore dum profatur: *Paruulus natus est nobis; & filius datus est nobis, cuius Principatus super humerum eius.* Isai.9. Preme proximam particulam, cuius Principatus super humerũ eius. Cur super humerũ eius potentia? Ne videatur difficile posse ab hominibus hospitio excipi, Dominus potentiam Principatus ad Deitatis humeros adducit, seque nudum paruulum recipiendum ostentat. Paruulo rimula sufficit. Montes attolluntur superbiæ? Scit paruulus in morem capræ, hinuloque ceruorum montes collesque transilire: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Cant.2.

Vt Dominus ingrediatur sufficit cordis rimula, paruulus enim nudus sine apparatu nascitur.
Isai.9.
Cant.2.

42. Malachias opportunè. *Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris.* Cap.2. Hebraicus Paraphrastes Vict. Conf. Heb.p.2.cap.10. *Ait Deus, Filij mei, aperite mihi aperturam vnam pœnitentiæ, quantum est foramen acus, & ego aperiam vobis aperturas misericordiæ, per quas poterunt intrare currus, & equites. Paruulus* natus sum vobis, porta ampla minimè indigeo, exigua rimula obiecta, præcordia penetrabo, vt angustam domum capacissimam reddam omnis illius apparatus, quem humeris meis tradideram. *Reges de Saba venient, aurum & thus deferentes, & gloriã Domini annunciantes.* Angusta non augusta domus? *Ego aperiã aperturas misericordiæ, per quas poterunt introire currus & equites,* dũmodo vos mihi paruulo nudo rimulam pœnitudinis aperiatis affectu.

Etsi apparatum Regiũ sint excipiendi, dummodo rimulam paruulo exponamus, ipse nos efficiet capaces cuncti apparatus Regij.
Malac 2.
Paraph. Hebraic.

43. Ex mente Augustini *Paruulus* nudus nascitur virtutum attamen apparatu potentissimus obedientiæ, charitatis, humilitatis, paupertatis, &c. Qui recipit aperta rimula paruulum, capax virtutum apparatus, ac satellitio redditur. Petit Dominus domo Zachæi pusilli recipi. *Hodie in domo tua oportet me manere.* Quonammodo *statura* pusillus augustissimum Regem tot virtutum comitatu cinctum excipiet? obiecta rimula pauper cordis excipietur angustus. Ingreditur Dominus, aperiensque *aperturas misericordiæ,* virtutum omnium comitatum fecit in corde diuitis residere. *Ecce* (ait ille) *dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum.* Luc 19. O diuitem Ethnicum in pauperem Abrahæ filium conuersum! Hodie domui huic salus facta est, eo qood ipse sit filius Abrahæ. Anselmus, *Virtute, non genere.* Vndenam tam velociter ex virtutibus fit Abrahæ filius? Quia rimulam IESV aperiens, IESVS aperturas aperuit misericordiæ, vt Regium equitatum posset excipere.

Qui recipit aperta rimula paruulum fit capax apparatum Regij.
August.
Luc.19.

44. Fatur Matthæus, *Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.* Cap.1. Clamauerat Dominus, *Aperi mihi sponsa mea.* Ipsa verbo illo, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi,* rimulam mente Verbo aperuit, quod quidem clausa porta præcordiorũ intrauit ad claustra, vbi vir magnus ostentatur. Anselm *Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto; ecce illud nouum: Mulier circumdabit virum* Vir perfectissimus, Gigas vtique vir tutum magnitudine præcelsus, Deus immensus tam angusto recluditur hospitio? Certè Maria obedientiæ aperit rimulam, Dominus autem aperuit aperturas misericordiæ, vt per exercitamenta virtutum totius cœlestis apparatus capax redderetur.

Maria rimulam ingressuo Iesu aperit, perfectum virũ omni Regio satellitio cinctum continet.
Matth 1.
Anselm.

CAPVT II.

Viam Domini præparemus, nos velut Dominos ostentantes, IESV *Domini æmulatores; vt nos viam Regiam factos inire dignetur.*

45. NOn dixit, *Parate viam Domino,* sed *Domini.* Liceat vulgariter expendere: *Apure Iad camino de fenner.* Via præparanda fidelium animus, hanc viam Dominus inibit: Rex est, Dominus est, sit Domini via, sit Regis. Via Regia animus est Regis Domini virtutem æmulatrix. Si Dominus viæ do-

Viam Regiã, id est, Iesu nascituro æmulatores nos exhibeamus.

minatrici est aptandus, studeamus à via, seu à corde pellere seruitutem. Praua fient directa, aspera complanabuntur, iniustitia ab animo ablegata, eodemque ornato virtutibus ad IESV imitationem. Igitur studeamus, quonammodo possimus in dominos mutari, vt viam nos Regiam Domino præparemus.

Qui exceperunt est Christũ, probet se, virũ factum Christum, poterit Christi actiones æmulari. Ioan 6. Chrysost. a Cor. 11.

46. Fatur Dominus apud Ioannem, *Qui manducat meum carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Cap. 6. Certè digne Eucharistiam excipiens manet in Christo, Christusque in ipso manet; quia, ex mente Chrysostomi, homo mutatur in Christum. Profectò vt homo ad metamorphosis tam ineffabilis gloriam præparetur, debet probare seipsum, vtrum Deificas actiones æmulari valebit? Sic monet Apostolus: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* a. Cor. 11. Exponendæ Comœdiæ interlocutores sæpe se student exercere, vt personæ exprimendæ imitentur actiones. Regis enim personam quonammodo rusticus poterit præsentare, si non diu ad vocis grauitatem, ad actionum maturitatem ebibendam studium impendit. Ergo futurus verè Rex Regum Eucharistiæ participatione, futurus inquam Regia via IESV nascituri, Regias probando seipsum, & exercendo, debet actiones æmulari.

Vt Iacob Dominus esset futurus, probauit seipsum dominij vestimentis ornatus, vtrũ actiones dominij exprimeret. Gen 27. Radulph.

47. Cum Isaac conaretur filium suum Esaü Dominum familiæ constituere, benedictione accepta, Rebecca experens filium plus sibi charum Iacobum Principatu donari: de præparatione contendit. An non benedictionis honor illis verbis exprimendus erat? *Esto Dominus fratrum tuorum!* Ergo totum Rebeccæ studium procurare, Iacobum grauem æmulari dominationem. Vnde induitur Iacob vestibus *Esau valde bonis.* Gen. 27. Radulphus, *Vestibus, quibus decebat ornari Dominum futurum.* Denique Iacob qui de æmulando Principatu curat, cœlesti donatus est benedictione Princeps effectus. At Esaü, qui se viam Regiam contempsit præparatione dominationis exponere, cadens à Principatus spe, inter seruos annumeratur. Hieronymus Epist. 125. *Rebecca vestibus Esau valdè bonis induit Iacobum, & statim pater vt sensit vestimentorum fragrantiam, benedicens ait, Ecce odor filij mei,* &c. *Esto Dominus fratrum tuorum.* Accede ergo post accuratam præparationem post virtutum habitum expressum ad *Patrem futuri seculi.* Paruulum, qui nasciturus est nobis; qui si dignum Regiæ dominationis indumentum ex odore virtutum Regalium senserit, te protinus Regem verè constituet gloriæ suæ æmulatorem.

Hieron.

Dei Filius homo futurus ab initio sæculi humanis assuescere curauit actionibus: & tu Deus futurus non probabis, an viuere possis vt Deus.

48. Proh cordis humani ingratitudinem! Crastina die expectas Deus fieri, tuo in animo nato Paruulo, & non hodie saltem studes præparationi. Deus verè futurus es? Proba an Dei actiones imitari scies! an Deus poteris apparere? Docuit te Deus huiusmodi præparationis curam, qui futurus aliquando homo, iam tunc à sæculi exordio se in vmbra exercebat, referens actiones humanas. O quam difficile, Deum se humanis imperfectionibus accommodare! Duo maximè repugnantia Deitati hominis apparebant in natura: nempe ignorantia, & definitio, aut circumscriptio loci. Deus infinitè sapiens, & immensus, quonammodo posset & ignorantia pressus, & mensurabilis ostentari? Ergo homo futurus se tentabat, & experiebatur, an sciret ignorare quonammodo, & loco exiguo definiri. Vnde delinquens Adam *audiuit vocem Domini ambulantis in paradiso ad auram post meridiem;* & clamauit Dominus *Adam, vbi est?* Gen 3. Veste humana efficta ex Patrum sententia aliquorum, Verbum apparet. Premo particulas, *Ambulantis,* & *Adam, vbi es?* Ambulat immensus? Quonammodò poterat immensus ambulare? An non deambulans hanc relinquit vbicationem, illam acquirit? Ergo immensus nec relinquere vnam valet, nec alteram acquirere; quia omnia complet. Profectò & infinitæ Dei sapientiæ ac cognitioni repugnans inuenitur addubitatio: *Vbi es?* Quonammodo poterat Deus ignorare vbinam esset Adam Dei sapientia infinita? Quare igitur Implicatorias Deitati imperfectiones Verbum ostentat? Certè quia homo futurus se quodammodo probat, num sciet immensitatem, & infinitam sapientiam circumscriptione & ignorantia simulata obtegere. Liceat vulgariter exprimere. *Ensayase Dios à mostrar se finito y ignorante, porque ha de ser hombre.* Belle Tertullianus lib. de Prax. *Ediscebat autem Deus, vt nobis fidem sterneret, etiam affectus humanos. Sciebat iam tunc suscepturus etiam ipsas substantias hominis carnem & animam, interrogare quasi ignorans, Adam vbi es?* Si igitur Deus vt homo fieret tot retrò sæculis curabat se tentare circa humanatum imperfectionum illatum exercitamenta: quo modo tu Deus futurus ex IESV natalitio, non curas pridie saltem te exercere, vtrum possis Dei actiones æmulari? *Dei manus tornatiles aureæ plenæ hyacinthis.* Potero ne hyacinthis plenas manus habere ad inopum subsidia. *Diffusa est gratia in labiis* IESV. Poterone frænare linguam, continere labia; ne de proximis immodeste loquantur? Dei pedes *similes aurichalcho.* Potero ne gressus ad opera charitatis semper dirigere? Deus immutabilis. Potero ne ab humana stultitia instar Lunæ recedere, & Dei immutabilitatem perpetuo virtutis obsequio imitari.

Gen. 3.

Tertull.

Proba, teipsum, an scias Deus futurus, Dei æmulari actiones.

49. Opportunè Matthæus, *Cum esset desponsata Mater* IESV MARIA IOSEPH, *antequam conuenirent inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.* Cap 1. Non est inuenta habens solùm in vtero, sed *de Spiritu sancto.* Ac si diceret, Euidenter Iosephus inuenit, Mariam de Spiritu sancto prægnantem; vnde ex Patrum mente, indignum se sponsa Domina Angelorum reputans voluit *occulte eam dimittere.* Vtrinam precor agnouit Ioseph Mariam Dei Matrem, Dominam Angelorum, habentem vtique in vtero de Spiritu sancto: Certè quia viderat eam tot virtutum exercitamentis litare studium ante Incarnationem: vt videns eam prægnantem colligere posset illa virtutum exercitia extitisse ad tam augustum Principatum præparationem, præludium, & vmbram.

Maria Mater Iesu Domina creaturarũ futura, actiones exercuit Principatu dignas. Luc. 1.

CAPVT

CAPVT III.

Ad Paruulum IESVM *excipiendum, optima speciatim est præparatio, aspera in vias planas efformari, hoc, est mansuetudinis virtute pollere.*

50. *A Paruulo Iesu, à Filio nihil asperà timere possumus.* Thomas.

ERunt (inquit Ioannes) *praua in directa, & aspera in vias planas.* Ad quæ D. Thomas in Cat. *Aspera in vias planas immutantur, cum immites, atque iracunda mentes per infusionem superna gratia ad lenitatem mansuetudinis redeunt. Deinde bortum subiicit causam: dicens: Et videbit omnis caro salutare Dei.* Ac si diceret: Vt salutare Dei hoc est Domini Natalitio potiamur, necessarium est viam Regi præparare, omni asperitate deturbata, & mansuetudine exposita. *Paruulus* nascitur, *Filius* datur: à paruulo, à filio quid asperitatis possimos experiri?

51. *Christum mansuetissimum acceptum nulla vitaris asperitate.* Matth. 25. Paschas.

Dicebat seruus ille piger, qui talentum acceptum sepulchro mandarat: *Scio, quod homo durus es, metis, vbi non seminas: & congregas, vbi non spargis.* Cui Dominus, *Serue male & piger, sciebas, quia meto, vbi non seminaui, &c.* Matth. 25. Vbi D. Paschasius lib. 11. *Non confitetur, se durum esse, sicut ille arbitrans calumniabatur. Quia non ex sua natura est, vt seuerus, & durus dicatur; sed quia ille misericordia Dei abusus est ad negligentiam & non ad conuersionem suam.* Si mansuetudinem non exuit cum Iudex apparet: quomodo non mansuetus recens exortus apparebit? Ergo ad mansuetissimum paruulum, & filium excipiendum, necessaria præparatio, viam ab omni asperitate repurgare. Excepturo itaque IESVM nasciturum, *Clementia, ac mansuetudinis opinio colligenda est. Nusquam acerbum se prabere conuenit, etiam si obiurgatione opus sit.* Basilius epist. 1.

Basil.

52. *Nihil asperitatis in Iesu nascituro obiicitur, vt te edoceat, mansuetudine eum recipere exposita.* Isa. 9. Eccles. 7. Ambros.

Christus paruulus apparet & Filius Dei, *& vocabitur* (ait Isaias) *nomen eius Admirabilis, Consiliarius Deus Fortis, Pater futuri saculi, Princeps pacis.* Cap. 9. Cum Deus, & fortis apparet Consiliarius, amicus ac Pater ostenditur; cum Princeps obiicitur, pace curat subditos sibi colligare. Ediscant Præsules, ac Iudices. *Noli* (ait Salomon) *esse multum iustus* Eccles. 7. Exposuit Ambrosius lib. 1. de Pœnit. cap. 1. *Salomon ait, Noli esse nimium iustus. Debet enim iustitiam temperare moderatio. Nam quomodo se tibi curandum prabeat, quem fastidio dedas, qui contemptui se, non compassioni Medico suo putet futurum?* Et Ferrandus Diac. tom. 5. Bibliot. *Esto iustus, vt corripias inquietos: noli esse multum iustus, vt consoleris pusillanimes: & patiens sis ad omnes. O quanta dissimulanda sunt! quanta toleranda! quanta leniter attingenda!* Id debes Domino nascituro omnimodæ benignitatis apparatu. An non audis Angelos præcinentes: *Et in terra pax hominibus bona voluntatis.* Luc. 2. An non bona voluntas peccatorum operit multitudinem? An non vidisti Engaddi vineas, hyeme reclamante, floruisse? Olei fontes profluere? Apollinis statuam silere? Omnia Principis pacifici, benignissimi Domini documenta.

Ferrand.

Luc. 2.

53. *Oculi Iesu clauduntur, nè videant errores corripiendos ideo natus plorat,*

Excitata procella, Christus in scapha *dormiebat.* Matth. 8. An vere obdormit Dominus, dum Discipuli fluctibus flagellantur? Consultò arbitror Christum se somno tradidisse, nè Discipulorum defectus taxare cogeretur. *Domine,* inquiunt, *salua nos perimus.* Salua nos, aptè proferunt; quia salus necessariò ex IESV profluit. Particula autem *Perimus* nescio quid tepiditatis in fide connotare videtur: cum debuissent profari, *Peribimus, si non saluas.* Nè igitur cogatur subditorum punire defectus mansuetissimus Dominus se somno commisit. Pulchrè Chrysologus serm. 21. *Videte, quemadmodum Dei oculi clauduntur, nè videant, eos vt vindicet, qui delinquunt.* Dixit bellè Periander Reginæ iratæ lacrymas miratus: *O prodigium! Vt lacrymarum iracundia ignis non perit.* Plorat IESVS recens natus, mirabile esset, si vel peccatorum criminibus prouocatus ad iram, tanto lacrymarum profluuio ignis non extingueretur. Vndè ineptè iratus in proximum te ad IESVM plorantem excipiendum præparas.

vt mansuetudiam hospitium praparet. Matth. 8. Chrysol. Periand.

54. *Dauidè pœnitet, quod apud speluncã Bethleemitica imaginem leuè aduersus hostem iram ostenderit.* 1. Reg. 24. Ambros.

Cum apud speluncam Dauid resideret, nactus occasionem occidendi hostem Saülem, solummodo se in vestem asperum ostentauit. *Percussit* autem *cor suum Dauid, eo quod abscidisset oram clamydis Saüli.* 1. Reg. 24. Cur Dauidis cor percutitur ob minimam asperitatis ostensionem? Crediderim, Regem qui in Cisternæ Bethleemiticæ vndis Christi nascituri sanguinem vidit, authore Ambrosio: in spelunca eundem Iesum in spelunca nasciturum fuisse contemplatum paruulum nempe plorantem. Quam ineptè iracundiæ succenditur vel scintilla, vbi Dei Filius benignissimus expectatur! Si futurus es spelonca nascentis, à te requirit Dominus nasciturus, omnem asperitatis speciem ablegare. Bernardus serm. 1. de Spir. sanct. *Quid à te quarit, qui tanta sollicitudine te quasiuit? Nec minimam paleam intra cordis, quod possidet habitaculum, patitur residere,* (qui præsepis paleas non abhorruit) *sed statim igne subtilissima circunspectionis exurit spiritus dulcis* IESV, *& suauis.* Venit Iesus in *sibilo aura tenuis.* 3. Reg. 19. Hieronym. *Non in ignis ardoribus, sed in aspectu aura tenuis, atque lenissima, vt Dei omnipotentis venientis mansuetudinem comprobaret.*

Bernard.

Venit Iesus in sibilo aura tenuis.

55. *Ioseph mirã mansuetudinem ostentauit, quia iam nasciturus infans omnẽ asperitatem ablegabat à cordibus.*

Deniquè Matthæus, *Cum esset desponsata, &c. Ioseph autem cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam.* Cap. 1. Si iustus erat Ioseph quonammodò iustitiæ iura non seruabat? An non adultera sponsa lapidibus erat obruenda? Cur ergo iustus noluit eam traducere? Certè nè *nimium iustus* ostenderetur, reor ab ipsa inuentione in vtero didicisse. In conspectu Iesu in vtero iam commorantis, & tam breui temporis intersititio nascituri, quonammodo iustus Ioseph vlla poterat asperitate succendi?

OBSERVATIO V.

Ad illa verba:

Et videbit omnis caro salutare Dei.

An etiam brutis animantibus salutare Christi Natalitium appareat?

Certè quodammodò prodest & brutis, quia dum Christus natus hominum aufert

delictat

delicta: id tollit, per quod etiam cuncta creatura fuere flagellatæ.

56. Anselm.

VIdebit (inqui Anselmus) *omnis caro homo Iudæus, & Gentilis: vir & mulier: iuuenis, & senex salutare Dei.* At alij ad omnes creaturas sententiam asserunt pertinere. An potest Iesu Natalitium brutis, inanimatisque creaturis existere salutare? Ita quidem, quia & bruris, & inanimatis cunctis peccata nocuerunt. Vndique natus Agnus *tollit peccata mundi*, aufert id, quo cunctæ creaturæ fuere à Domino flagellatæ.

57. *Peccantibus hominibus, animantia simul vulnerantur.* Gen. 6. Chrysost.

Iratum numen sic, *Delebo hominem, quem creaui a facie terræ ab homine vsque ad animantia.* Genes. 6. An animantia deliquerunt? Minimè verò, sed hominibus delinquentibus vulnus attigit subdita animantia Chrysostom. hom. 22. in Gen. *Sicut ab initio cum peccasset Protoplastus, terra maledictionem accepit: sic & nunc cum abluendus esset homo, bruta quoque cladis socia fiunt.*

58. *Delinquente Adamo, terra maledictione afficitur.* Gen. 3. Chrysost.

Preme illud: *Cum peccasset Protoplastus terra maledictionem accepit.* Delinquit Adamus, Deus autem terram maledictione percussit, *Maledicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi.* Gen. 3. Particula *Germinabit tibi*, reddit rationem, cur animantia, cur creaturæ, homine delinquente, vulnerentur. Hæreditas hominis creatura vniuersa, ex peccato incommodis homo afficiendus, hæreditate ipsa priuatur. Vnde perit creatura, vt homo priuatis bonis miserè denudetur.

59. *Pisces non periêre; quia in hominis peccatis Regione non visitauit.* Lyran.

Cur, inquis, pisces pelagi, ac fluuiorum minimè periere? Volucres comminuuntur, animantia intereunt, pisces incolumes relinquuntur. Quare, precor? Lyranus respondet, *Quia peccata hominum non fuerunt facta in aquis, sed in terra.* Ergo ex hominum crimine incommoda sociis creaturis exsurgunt.

60. *Delinquentibus hominibus sydera contenebrantur, obscurantur.* Ioel 2. Imperf.

Propheta proclamauit, *Sol, & Luna obtenebrati sunt, & Stellæ retraxerunt splendorem suum.* Ioel. 2. Cur Sydera obtenebrantur nisi ob hominum crimina? Auctor Imperfect. hom. 29. *Propter indignam persecutionem sanctorum Sol, & Luna obtenebrantur, nouissimam Dei iracundiam demonstrantes.* Ergo persecutorum crimina syderum hebetarunt influxus. Sol pretiosorum genitor metallorum, vix influit io ferrum. Luna fœcunda partos omnis adiutrix, sterilitate laborat, Mars bellorum Ductor, victoriæ parens, milites formidine afficit, infamia exornat, marcescente corona. Mercorius Magister sapientum, promouet igoorantiam. Iupiter iouialium parens, mœrore præcordia replet. Venus plures ingerit voluptati fallaci spinas, amor venditur, Samson seducitur, illigatur. Saturnus fælicia Regna subtrahit sero reditura. Vndenam syderum tanta immutatio? An ex hominum crimine?

61. *Prodigus delinquens in cœlum lædit sydera.* Luc. 15. Imperf.

Respondeat Prodigus, *Pater peccaui in cœlum, & coram te.* Luc. 15. Coram Deo & in Deum homo delinquit; sed in cœlum quonammodò? Certè quia eo ipso quod delinquat in Numen delinquit in cœlum lædens Syderum claritatem, turbans Astrorum lucem, hebetans benignarum influxus Stellarum. Quæ quidem tenebris offunduntur (loquor cum Imperfecto) *propter impiorum pessima opera.*

62. *Terra infœcũda ex hominis vel futuro crimine?* Gen 4. Ambros.

Abeli Cainus inuidia, & iracundia flagrans, *Egrediamur foras.* Gen. 4. Alij, *Egrediamur in agrum.* D. Ambrosius addidit, *In agrum infœcundum.* Vndenam infœcunditas agro recens à manu Conditoris exorto? Crediderim ex Caini futura iniquitate Doctor pulchrè lib. de Cain, cap. 8. *Tanquam præsagiens natura tanti sceleris, in hoc loco germina denegauerat. Quia non conueniebat, vt idem solum & contagia parricidalis sanguinis reciperet præter naturam, & fructus secundum naturam germinaret.* An non vides hominum crimina creaturarum honorem obscurare?

63. *Omnes ergo creaturæ ex Natalitio tollentis peccata commodis donantur.* Mar 16. Gregor.

Igitur aptè prædicat Isaiæ ex ore Ioannes, *Et videbit omnis caro salutare Dei*; quia ex prædicatione Ioannis homines ad recipiendum Dominum disponuntur, Dominos Agnus tollit peccata mundi, ac simul cunctas creaturas liberat à cruciatu. Dominus Discipulis inquit, *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Marc. 16. Omni creaturæ? Gregorius, *Prædicate homini, per quem in terra cuncta creata sunt.* Si homini solummodo Euangelium prædicandum, cur creaturarum fit memoria? Certè quia dum prædicatio homines eripit à reatu, cunctas creaturas liberat à tortura: *Omnis caro videbit.*

LIBER

LIBER QVINTVS.

SERMO DE IVSTITIÆ LEGIS NOVÆ ABVNDANTIA.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput quintum Matthæi.

Panegyrici Morales circa literam in Iesum Concionatorem.

PROLVSIO.

VETEREM legem Dominus perfectioribus mandatis, per quorum obseruationem Pharisæorum iustitia superanda sit, adimplet. Nec enim Euangelium vulgari legis obseruatione implendum, quod planè ad augustissima perfectionis exercitamenta inuitat iuxtà illud. *Estote perfecti, sicut Pater vester perfectus est.* Expetis nè Euangelica perfectione nitere? Deiparæ custodi cura vineam addici. *Posuerunt me* (inquit) *custodem in vineis.* Ipsi hærescens nouæ legis abundanti iustitia decoraberis. Richardus appositè lib. de Laud Virg. *Non permittit Deus cadere vitem, quæ Maria adhæreat vero amore. Imò propagatur in virtutum multiplicatione. Vineam enim hanc propagari, est, per incrementum virtutum ad id, quod nondum habetur, se ipsum extendere. Maturescit denique in virtutum perfectione, ad quam inuitat Dominus Matth.5. Nisi abundauerit iustitia vestra*, &c. *Et, Estote perfecti sicut Pater vester perfectus est.*

Dominici vitalis ligni FRVCTVS QVINTVS.

Richard. Laurent.

MATTHÆI CAP. V.

VERS. 20. DICO enim vobis, quia nisi abundauerit, iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in Regnum cœlorum.

21. Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides; qui autem occiderit, reus erit iudicio.

PARAPHRASIS.

20. *VT intelligatis, quantum intersit inter Iudæum, & Christianum; inter Moysi discipulum, & meum: illud affirmo vobis, si præstiteritis, quidquid præscribit lex, quidquid præstant Pharisæi, & Scribæ: & si nihil adieceritis perfectius: adeò non eritis magni in hac professione, vt nè aditus quidem dandus sit vobis in Regno cælorum. Tantum enim præcellit hæc professio, vt qui illic primas tenent, his hic nec postremus quidem sit locus*

21. *Rem exemplis aliquot conferamus. Audistis, quod maioribus olim sit præceptum: Non occides. Quod si quis occiderit, conuictus, & iudicatus dabit*

pœnas. Hactenus igitur legi videtur, fecisse satis, qui neminem occiderit.

22. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis.

22. Nunc audite, quantum ego adiiciam. Quisquis vel irascitur fratri suo, obnoxius erit iudicio. Professionis sublimitas culpam exaggerat. Vt quod veteri in lege sit homicidium, hoc in noua sit impotens animi motus ad vindictam. At si ira impotens erumpat in vocem, qua fratrem manifesto contemptus indicio contristet, veluti si dicat Racha: reus erit Concilio grauiùs condemnandus. Porrò si rebellis animi motus hùc proruperit, vt fratrem manifesto conuitio percutiat, vt fatuum appellet: grauißima gehennæ pœna erit obnoxius.

23. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te:

23. Apud Iudæos quidem religiosus videtur, qui malè cogitans fratri suo, munus aliquod ad altare defert. Apud me autem, si fortè iam adornes aliquod Deo munus offerre, altari vicinus: at inibi venerit in mentem tibi, parum conuenire cum fratre tuo: nè cuncteris, ne differas:

24. Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.

24. Sed apud ipsam aram relicto munere, domum properes, efficiasque vt ante omnia tibi cum fratre amicitiæ dulcedo sarciatur: eo confecto ad altare redibis, tuum sacrificium peracturus. Ex dilato munere nihil damni patieris, ex rescissa concordia multum imminet tibi & fratri periculi. Siquidem offensa dilata odium gignunt, ex odio gignitur homicidium.

SECTIO PRIMA.

Iracunda frænanda.

TEXTVS.

VERS. 20. Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in Regnum cœlorum. 21. Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. 22. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De abundantia iustitia Discipulorum IESV.

1. *Contextus.* NISI *abundauerit, &c.*] Edocet Dominus oportere Discipulos suos ac Doctores non docere solum, sed etiam facere. Dixerat enim *Qui fecerit, & docuerit: hic magnus vocabitur.* Porrò Doctoribus non operantibus exponit supplicium, eos à cœlesti Regno exturbandos affirmans. Pharisæi & Scribæ docebant quidem, sed dogmata non mandabant executioni. Quare Dominus, *Super cathedram Moysi* (ait) *sederunt Scribæ & Pharisæi; quodcumque dixerint vobis, facite; secundum opera eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt.* Matth. 23. (*margin:* Matth. 23.)

Igitur Dominus, Etenim (ratiooem illius clausulæ reddit: *Qui fecerie & docuerie, hic magnus vocabitur*) dico vobis, quod si iustitia, id est, virtus vestra maior ac abundantior non fuerit, quam Scribarum, & Pharisæorum, Regno cœlorum minimè potiemini. Illi dicunt, & non faciunt; vos necessum, longe illos superare: & non solum docere, sed etiàm facere, minimaque etiam præcepta seruare. (*margin:* 2. *Ratione Dominus reddit clausulæ proximæ.*)

D. Chrysost. de Pharisæis & Scribis, qui legem seruabant sic locum exposuit: *Scribas ac* (*margin:* 3. *Expositio alia non admittitur* Chrysost.)

Pharisæos

Pharisæos hîc non iniquos, vt putatur, appellat; sed eos qui leges præcepta custodiunt, Neque enim illos, qui non custodirent, diceret, habere iustitiam. Edocet ergo Dominus Discipulorum iustitiam longe debere Scribarum & Pharisæorum iustitiam superare.

4\. *Probabilior prima sententia roboratur.* August. Matth. 23. Porrò probabiliorem reputo priorem expositionem, quam ex Patribus roboro, Augustin. lib. 20. de Ciuit. cap. 9. *Nisi abundauerit iustitia vestra super iustitiam Scribarum, & Pharisæorum, id est, super iustitiam illorum, qui soluunt, quod docent. De Scribis enim, & Pharisæis dicit Matthæus cap. 23. Dicunt, & non faciunt. Nisi ergo super eos abundauerit iustitia vestra, vt vos non soluatis, sed faciatis potius, quod docetis: non intrabitis in Regnum cælorum.* Et lib. de fide & oper. cap. 26. *Iustitia Scribarum, & Pharisæorum est, dicere, & non facere: Ac per hoc nostram iustitiam Christus esse voluit abundantem super illorum iustitiam dicere, & facere.* Euthym. Abul. Euthymius & Abulensis contestantur.

5\. *Fit satis obiectioni.* Rogas, si Pharisæi & Scribæ non faciebant, quænam illorum iustitia à Domino memoratur? Certè quamuis Pharisæi, & Scribæ illi veram iustitiam minimè exponerent: tamen bona aliqua opera præstabant, & iustitiam quandam exteriorem præ se ferebant, cum qua Dominus veram Discipulorum iustitiam confert.

§. II.

De tribus gradibus iracundiæ, ac de Iudicio, Concilio, & Gehenna.

6\. *De tribus iræ gradibus.* AVdistis, *quia dictum est antiquis: Non occides*, &c.] Duplicem expositionem toti clausulæ præparo, ad cuius intelligentiam quorumdam verborum significationem præmitto. In primis tres illas expendo particulas: *Qui irascitur fratri suo, Qui dixerit fratri suo, raca, Qui dixerit, fatue.*] Tres sunt hi gradus iracundiæ. In primo sistit, qui fratri irascitur, iramque animo continet. Secundus gradus est, cum ira animo concepta erumpit in vocem contumeliosam, *raca.* Tertius demum gradus est, cum eius fratrem contumeliosè fatuum appellat.

7\. *Quid, Raca.* Chrysost. Euthym. Quidnam *Raca*? Chrysostomus ait lingua Syriaca significare idem quod *Tu.* Putat Euthymius licens, hanc iniuriam tunc irrogari, cum quempiam quasi nomine indignum proprio nomine nolumus appellare: & loco nominis vsurpamus *Tu* in signum iræ, atque abominationis. Hieron. Hieronym. docet *raca* Hebraicè significare *vacuum quem nos possumus vulgata iniuria, Absque cerebro nuncupare.* August. Augustinus asserit *raca* vocem esse nihil significantem, sed animi indignantis motum exprimentem. Anselm. Anselmus, *Raca est interiectio, & significat affectum iræ.* Idem putant Gregorius, & Rupertus. Gregor. Rupert. Basil. Iansen. Basilius autem in Regul. breuior. resp. 51. vernaculum nomen esse ait, contumeliæ leuioris, quod aduersus leuiusculos vsurpatur. Iansen. vult significare *vacuum* opibus. August. Guido. Alij apud Augustinum *pannosum* à Græco vocabulo ῥάκος. Maldonatus *leuem* Guido Fabric. in Lexico Syro Chaldai. *Raca Syriacè, Thalmudice dicitur Reca, id est, inanis, & vacuus. Est autem minus conuitium, quam, fatue.*

8\. *Auctoris sententia.* Dixerim, Hebraicè רק *Rec* vacuum, & inanem significare Gen. 37. cisterna vacua dicitur רק *Rec*, significat inanitatem, & vacuitatem, indè *Raca* Sumitur ergo hoc loci pro homine vacuo honore, seu ignobili hoc sensu: *Qui dixerit fratri suo, raca,* hoc est, homo nullius pretij (vulgariter expendam *Hombre sin sustancia*) reus erit concilio.

9\. *De tribus suppliciis.* Deinde tres alios gradus supplicij tribus gradibus culpæ respondentes obseruam. *Reus erit iudicio, Reus erit concilio, Reus erit gehennæ ignis.*] Baron. Baronius to. 1. Annal. ex Angelo Caninio, duo fuisse apud Hebræos iudiciorum genera scribit, vnum pecuniarum, alterum animarum, hoc est, vitæ; Iudicum autem tribunalia tria ..., ...um, quod *Domus iudicij* appellabatur trium virorũ seu Iudicũ, in quo de minoribus causis disceptabatur. Secundum (quod *Domus* etiam *iudicij*) in quo maiores causæ à viginti tribus iudicibus agebãtur, nempe capitales. Tertium verò septuaginta duorum virorũ, quod *Magnum* nominabatur, in quo de rebus grauissimis tractatio. Hoc tribunal Ierosolymis aderat, alia in singulis Tribubus. Ergò in primo supplicij gradu *iudicium* sumitur pro iudicio viginti trium virorum, qui de causis capitalibus iudicabant: Qui occiderit, reus erit iudicio. In secundo autem gradu *qui dixerit fratri suo, raca,* reus erit cõcilio septuaginta duorum Iudicum, quod dicitur, *Sanhedrin,* Græcè ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ; id est, *Reus erit synedrio,* siue obnoxius consessui Iudicum Sanhedrin. In tertio gradu, quia crescit delictum, grauior gehennæ pœna annunciatur.

10\. *Cur Tartarus Gehenna vocitetur?* Hieron. Rogas, Cur tartarus gehennæ nomine designetur D. Hieron. ad cap. 10. Matth. *Idolũ Baal fuisse iuxta Ierusalem ad radices montis Moria, in quibus Siloa fluit, non semel legimus. Hæc vallis plena delicijs erat, lucusque in ea Idolo consecratus. In tantam autem dementiam populus Israël venerat, vt deserta Templi vicinia, ibi hostias immolaret, & rigorem Religionis delicia vincerẽt, filiosque suos dæmonijs incenderent, vel initiarent. Et appellabatur locus ille Gehennon. Tradunt Hebræi ex hoc loco appellatam Gehennam: Quod scilicet omnis populus Iudæorum ibi perierit offendens Deum. In quo loco etiam filios suos in igne Idolis consecrarint, siue holocaustum obtulerint.* Subscribo.

11\. *An duo gradus iracundiæ sint lethales, an veniales.* Chrysost. Denique ad duplicẽ expositionem proferendam, requiro, an primus & secundus iracundiæ gradus expositi veniales sint, an lethales? Veniales esse Chrysost. asseruit hom 16. *Dixit Dominus, Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: eum verò, qui dixerit, raca, reum pronunciat concilio. Sed adhuc ista non magna sunt; hæc enim idcircò sunt memorata supplicia, vt eum qui Fatue dixisset, gehennæ ignibus deputaret.* Alij affirmãt de ira mortifera Dominum esse locutum, id quod probat supplicium. Nam Dominus idem supplicium, quod in lege homicidæ propositũ erat, ei proponit qui fratri irascitur: *Audistis, quia dictum est antiquis, Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio,* id est, mortis supplicio afficietur. Ita Exod. 21. Exod. 21. Addit, Ego autem dico vobis: Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, id est, eadem mortis pœna.

12\. *Prima Auctoris expositio, si lethales sint primus & secundus gradus iracundiæ.* Iam sententiam expono, cum iis sentiens, qui mortiferam iracundiam primi & secundi gradus putant: Audistis (ait Dominus) traditũ antiquis præceptũ huiusmodi, *Non occides.* Exod. 20. Exod. 20. cũ lex est lata. Ex capite vero Exod. 21. Exod. 21. sciti, eum, qui occiderit, reum esse iudicio, id est condẽnationi capitali obnoxium. Ego autem hoc legis præceptũ impleo, & interpretor: doceoque non externã solum hominis occisionem crimen esse lethale, sed grauem internam etiam conceptam animo iracundiam, & verba contumeliosa

Raca, Fatue,, Quemadmodum enim olim grauiter delinquentes iudicio capitali erant obnoxij: sic qui grauiter irascitur fratri vel verbis eum contumeliosis vulnerat, diuina damnabitur sententia.

13. Porrò si de veniali piaculo duo primi gradus itæ intelligantur: ita exposuerim: *Audistis, quia qui occiderit, reus erit iudicio.* Ego dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, etiam ita veniali reus erit iudicio, id est, reddet de ea rationem in die iudicij. Sic alibi Dominus, *Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.* Matt. 12. Ac *qui dixerit, raca,* hoc est, qui etiam leuissimum, & veniale verbum aduersus fratrem protulerit: *reus erit concilio,* id est, in concilio, & consessu sanctorum, qui in die iudicij Iudices erunt, rationem reddet. Auctor Imperfecti *raca* verbum ociosum vocitauit hom. 11. in Matth. Non solum de grauibus peccatis, sed etiam pro verbo ocioso, quod locutus es: id est, si raca alicui dixisti: pro eo sunt exigenda *supplicia.* Profectò in tertio gradu de conuitio agitur graui, & quod mortem, & gehennam animo infert.

Secunda expositio si veniales sint.

Matth. 12.

I N
IESVM CONCIONANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS.
CIRCA LITERAM.
EX IRACVNDIA FRÆNANDA.

OBSERVAT. I.
Ad illa verba:

Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in Regnum cælorum.

A Christicolis perfectio vitæ maior exigitur, quia augustioribus sunt donati beneficiis.

Nam qui accepit maiora munera, debet vberiorem perfectionis studiosus, gratitudinem exhibere.

14. EXigit Dominus Discipulorum suorum, omniumque Christicolarum iustitiam abundare plusquam legis scriptæ alumnorum; quia post Iesu aduentum, post passionem ineffabilibus sunt beneficiis affecti. At qui augustiora munera accepit, vberiorem gratiarum reddere tenetur actionem.

15. Aiebat August. lib. Soliloq. cap. 31. *Misi nuncios meos omnes sensus exteriores, vt quærerent te, & non inueni.* Oculi dicunt, coloratus non fuit, ad nos non intrauit. Aures dicunt, si sonum non fecit, per nos non transiuit. Nares dicunt, si non oluit, per nos non venit. Gustus dicit, si non sapuit, per me non intrauit. Tactus etiam addit, si corpulentus non est, nihil *me de hac re interroges.* Ideo Sponsa olim clamabat, *Quæsiui, & non inueni.* Cant. 2. O Augustior, legis Naturæ, & Scripturæ filij id poterant conclamare, non legis Gratiæ alumni, quibus Deus carne indutus videndus obiicitur, gustandus, contingendus. Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. Isa. 30. *Et videbit omnis caro salutare Dei.* Luc. 3. Isa. 52. August. lib. 2. de Ciuit. c. 2. *debet homo Deum Saluatorem.* Quem quidem antiqui non viderunt. Quid ergo in beneficio Christicolæ Euangelium nunc tenentur in vitæ perfectionis exercitamentum? *Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.* Luc. 3. Vbi Anselm. Visuri estis Saluatorem, quem Patres antiqui non viderunt? *Omnes prauitates abiicite, fidem, & bona opera accipite. Pro terrenis non seruiatis,* sed gratis ignorantes docete. *Humilitatis virtutem amplectimini, quia omnis, qui se humiliat exaltabitur.* Debet enim Christianus nouæ perfectionem vitæ ei, qui antiquis obuelatus, Christianis se videndum, gustandum, tangendum exposuit.

Qui Deum sensibus iam patimur, plusquam legis Scriptæ ac Naturalis iustitia debemus expendere in actionē gratiarum.

August.

Cant. 2.

Isa. 30.

Luc. 3.

Isa. 52.

August.

Luc. 3.

Anselm.

16. Aliquandò Iob conquerebatur, licet patientissimè sufferet: *Tædet animā meam vitæ meæ. Indica mihi, cur me ita iudices?* Iob. 10. Patiens Iob, sed querebatur quodammodò de vulnere, dum interrogat. Quid mirū si nōdum Dominus passus fuerat. Profectò legis nouæ filij post Christi suffixionem non modo sufferunt, sed non audēt quæritare, cur à Domino flagellentur. Maius enim beneficium exquirit vberiorē iustitiæ expressionem Bernard. serm. 1. de Epiph. *Quid tā tempore declarat Dei misericordiam, quam quod meā suscepit miseriam? Quid ita pietate plenum, quam quod Dei Verbū propter nos factum est fœnum: Non interroges homo in his quæ pateris* (Cur me ita iudices?) *sed interroga, quæ passus est ille; quanti te fecit, ex eo, qui pro te factus est, agnosce.*

Iob patiens sed queritur: Christianus debet pati sine querela, post Iesum passum.

Iob. 10.

Bernard.

17. Taxatur Adam, quod accepto vitæ spiraculo non illicò gratias egerit Conditori. O quam ex ingratitudine taxabilior qui ex beneficio augustiori deberet vberiorem iustitiā exponere? Euseb. Emiss. hom. 6. de Pasch. *Suscepit Deus mala nostra, vt tribueret bona sua, maximum circa hominem diuini amoris insigne est, quod inter ipsa mundi principia imaginem, ac similitudinē Dei seruus accepit. Sed plene amplius est, quod nunc formam serui Deus Auctor assumpsit. Grandi dignatione primo homini spiraculum vitæ de suis pius Formator infudit; sed nunc plene maiori charitate pro eodē homine non tam sua dedit, sed ipsum se impēdit, ac tradidit.* Si ergo exigitur à primo parente iure gratitudo, & sanctitas; quanto strictiori iure ab homine maioribus muneribus affecto iustitiæ exquiretur abundantia?

Si taxatur alterius legis homo Naturalis filius, quod accepta vita non extemplo taxatur gratitudine, taxabilior Gratiæ filius, post acceptum Iesum.

Euseb. Emiss.

18. Vidistis Dauidē sitis æstu pressum inclamitare. *O si quis mihi daret de cisterna, quæ est in Bethleem*

...sant... ... ut ... ...

ſtianus effe-ctus licitam potus volu-ptatem ne-ceſſariò quo-dammodò Deo libauit; quia abun-dátior Chri-ſtianorum iuſtitia poſt Ieſum obli-gatis.
2. Reg. 25.
Ambroſ.

Bethleem iuxta portam! Aqua à militibus graui comparata vitæ diſcrimine affertur. quam Rex *noluit bibere, ſed libauit eam Domino.* 2. Reg 25. Vndeoam ſeculari Principi tanta paſſionum mortificatio, vt à licita abſtineret voluptate? Ambroſ. Apol. Dau. cap. 17. *Si altius velis expe-ctare, & introſpicere myſterium, ſitiebat Dauid non aquam de lacu, qui eſt in Bethleem, ſed oriundum de Virgine Chriſtum ſpiritu præuidebat. Ideo non bibit oblatam aquam, ſed Domino profudit.* Ac ſi diceret, Cum Dauid ſpiritu Chriſti ſacrificium præuidiſſet, licet Rex Iſraël licite poſſet aqua tot periculis allata potari; attamen quaſi Chriſticola iam effectus, ratus eſt ſe debere ſanctitatis & iuſtitiæ vberiorem exponere abundantiam. Vnde licitam voluptatem, imò neceſſarium ſitis refrigerium Domino vltro libauit. Debet enim Chriſticola, qui maiora beneficia accepit abundantiori iuſtitia fulgere.

Abundátior iuſtitia no-ſtra debet eſſe, quam Moſis; quia anguſtiùs liberati ſu-mus.
Exod. 15.
Apoc. 5.

19. Recolens Moyſes beneficium ab Hebræis acceptum, cum ex Ægypto educti ſunt, & Pharaone pereunte, fuere omnino liberati, cecinit gratitudinis ergo: *Iſte Deus meus, & glorificabo eum, Deus patris mei, & exaltabo eum.* Exod. 15. Iuſtitia magna Iſraelitæ curatum Domino rependere beneficium. At Chriſticolæ liberati dum ſanguinis Dominici pelago diabolus ſubmergitur, vberiori iuſtitia fulgere tenentur eum Angelis cunctis côclamantes: *Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & Diuinitatem, & ſapientiam, & honorem, & gloriam.* Apoc. 5. A quonam accepturus eſt Agnus occiſus gloriam, niſi ab hominibus, quorum liberationi ſanguinem dedicauit? Vnde Dauid, *Et in Templo eius omnes dicunt gloriam.* Pſalm. 28 Rupertus lib 2. in Exod. cap. 17. *Iſte*, inquit, *quondam deſpectus, & nouiſſimus virorum, qui eum moriendo equum, id eſt, mundum, & aſcenſorem eius, id eſt diabolum deuicit, & proiecit in mare: Deus meus eſt, & homo eſt, & Deus meus eſt, plenius* (Hebræis) *glorificabo eum, non erubeſcam eum, iſtum glorificabo, iſtum exaltabo.* Moyſes, Glorificabo eum, & exaltabo eum, quia beneficiis populum onerauit. At Chriſticola vberioribus beneficiis affectus abûdantiori iuſtitiæ ſtudens, plenius Hebræis *glorificat, non erubeſcit*, rurſum *glorificat*, & *exaltat.*

Pſalm. 28.
Rupert.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum.

Suos Diſcipulos Magiſtros futuros, Dominus iubet, Phariſæos vincere iuſtitia.

Ille enim ſtrictiori iure ſanctitudine debet ornari, qui aliorum Magiſter exſurgit.

20. NIſi ergo, ô Diſcipuli, quos Magiſterio deputaui, *iuſtitia veſtra abundauerit pluſquam Scribarum & Phariſæorum*, Regno cœleſti minimè potiemini. Magiſter enim ſtrictiori iure ſanctitatis fulgoribus decorandus. Chryſoſt. in Cat. D.Thom. *Iuſtitiam hic dicit vniuerſalem virtutem. Intende autem gratiæ additamentum, Diſcipulos enim ſuos mundi Apoſtolos adhuc rudes, Magiſtris, qui in veteri Teſtamento erant, vult eſſe meliores.* Exiſtimat Doctor Scribas & Phariſæos Magiſtros Hebræorum iuſtitia pollere & adhuc iubet Diſcipulus Eccleſiæ Magiſtros illos vincere ſanctitate. Quare precor? Quia qui docent alios, non vulgari iuſtitia ſufficit enitere, ſed opus eſt ſpecialiſſima fulgere ſanctitate.

Chryſoſt.

21. Famulos eos, qui contemplationi ſunt deputati expectantes Dominum ſuum quando reuertatur à Nuptiis: Dominus ſimiles eſſe hominibus aſſeruit, *Et vos ſimiles hominibus.* Luc. 12. At qui docendi miniſterio addicti obiiciuntur, non iam hominibus ſanctis, ſed Angelis ſanctiſſimis Dominus vult ſimiles oſtentari. *Nolite*, ait, *poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.* Mat. 10. O quot indiget humanitas! auro, argento, pecunia, pera, tunica, calceamentis, virga fragilitati humanæ neceſſaria. O quantis non indiges Angelica natura! An iubet Dominus Magiſtros hominum in Angelos mutari? Ita planè. Chryſoſtomus hom. 23. *Ipſos ad vniuerſi Magiſterium miſſurus, ad Angelicam, (vt ita dicam) diſciplinam ex humana vita traduxit.* Si ad eremum mitterentur, ſi ad clauſtra: ſufficeret eos ſimiles perfectis hominibus oſtentari. At mittens eos Dominus ad hominum Magiſteriû eos præcipit perfectionem Angelicam æmulari.

Qui contem-plationi ad-dicuntur, ex-êplo, ſimiles hominibus ſanctis ſunt; qui docent, ſunt ſimiles An-gelis.
Math 10.
Chryſoſt.

22. Curat ſpecialiſſime Deus de Candelabri pulchra ac prædiuite exædificatione. Facies & candelabrum ductile de auro mundiſſimo. Exod. 25. Proximo Verſo de panibus propoſitionis præſcripſerat. *Et pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper.* Cur non addidit farinæ qualitatem. Pones panes ex tali frumento auguſtiori, vel ex farinæ ſelectiori, ac floridiori puluere? Quia panes hi in conſpectu Domini ſemper, ſignantur planè Diui, qui propriæ perfectioni vacant à docendi miniſterio abſtracti, nunquam ab exercitamentis propriæ perfectionis ſemouendi. Hi perfecti ſint. At Candelabra proximorum miniſterio deputata, Magiſtros Euangelicos decet auri, & auri puriſſimi aſſignata materia. D. Nilus in Aſcet. *Candelabrum indicat, qui cæteros illuminare profitentur omnibus eſſe partibus ſolidum, & nihil leue, nihil inane habere, aut vacuum oportere: omniaque ſuperuacanea, atque inutilia, vt inculpata vita exemplum intuentibus præbeat, circumcidere & amputare.* Eis planè, qui propriæ perfectioni vacant in côſpectu Domini ſemper non eſt iam neceſſaria vitæ pretioſitas, & ſoliditas, ac his, qui in morem candelabri alios ſunt doctrina illuminaturi.

Panes pro-poſitionis in Dei conſpe-ctu ſemper non ſunt ex farina au-guſtiſſima qualitatis. Candelabra ad doctrinâ, ex auro pu-riſſimo.
Exod. 25.
Nilus.

23. Diſcipulis Eccleſiæ Magiſtris futuris Dominus, *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Luc. 12. Puritate cingulo conſtringimini, luxque ex operum veſtrorum manibus rutilet. Cur à Diſcipulis tantam exquirit perfectionem? *Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere.* Id eſt in Cathedra ſedere. Qui ſolummodò vacaturi ſunt propriæ perfectioni expectaturi Dominum à Nuptiis reuertenti, non tanto indigent virtutum fulgore. At qui præcinguntur ad perfectionem, vt proximos edoceant tanto debent virtutum fulgore niteſcere.

Magiſtri aliorum in-dicûtur an-guſtiſſima virtutum exercita-menta.
Luc. 12.

Philippus Abbas de Cont. Cleric. cap. 78. Qui ad hoc sunt electi, vt & Deo cõplacere, & alios debeant commonere; necesse habent, vt vita eorum & fama nulla læsione corrumpatur. Quod attendens Dominus Apostolis suis non solum continentiam imputauit, sed seruandam diligẽtius intimauit; nè lumen eorum quasi sub modio latitaret. Pulchrè admodum. Qui propriæ perfectioni vacant sint continentes. At qui proximorum ministerio incumbunt, non solũ continentes sint, sed augustissimis addius fulgoris incrementis, diligentius se se puros ostendant. Preme particulã, *Ne lumẽ eorum quasi sub modio latitaret.* An si specialissimo illo virtutũ fulgore emicarent Magistri, non essent super candelabrum expositi? Minimè planè. Nam qui docturus alios non fulget specialissima perfectione, hic quasi sub modio adhuc videtur latitare. Huiusmodi virum, Magistrum non decet appellari.

Quasi Magister non est, qui doceat, non speciali virtute nitet.

24\. *Cum sibi vacant Iesus, proficit gratia, cum exit docere alios, perfectissimus ostenditur. Luc. 2. Isa. 11.* Post Iesum inuentum apud Ierosolymæ Delubrum, parentes ad Nazareth adduxerunt Infantem. *Et erat subditus illis: & proficiebant sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines.* Luc. 2. At de egressione Domini ad prædicationis ministerium, ex mente Ruperti fatur Isaias, *Egredietur virga de radice Iesse,* &c. *Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius.* Cap. 11. Cur præcinctum Dominum Propheta describit speciali virtutum exercitamento in cingulo designato: & non fuit satis dicere: Et proficiet gratia? Certè quia ad ministerium proximorum non sufficit cõmunis sanctitatis expressio. Cum recluditur Iesvs sub parentum obedientia, proficiat ætate, & gratia coram Deo & hominibus, id est, tanquam proficiens gratia sicut ætate obiiciatur exterius. At cum oris sui virga impium flagellat, cum spiritu labiorum seu prædicationis suæ peccatores interficit, seu peccata debellat: non proficiens gratia ostendatur, sed perfectus, cingulo constringente, procedat ad campum. Belle Rupert. lib. 1. in Isa. cap. 7. *Ex quo flos iste de Virg.* (seu potestate Virginis, cui subditus erat) *egressus est, iugiter terram virga oris sui percutit. Vnus enim Magister noster ipse est, & discipulatui eius subiectos sermone suo percutit, & a terrenorum amore compescuit.* Vnde *& erit iustitia cingulum lumborum eius.* Rupert.

25\. *Cũ Centurio Magister extollitur Hebræorum, ostenditur eius virtus superior virtute discipulorum. Matth. 8. Chrysost.* Centurionem Dominus eximiè commendauit, *Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel.* Matth. 8. Cur Dominus sic exaggerat Ethnici Centurionis virtutem nouellam? Certeque mox turbis Doctorem imitandum proposuit: Doctoris autem virtus præstantissima debet exponi. Fides Israelitarum Discipulorum magna: sed fides in Magistro si tanta, vt illorum qui audiunt sunt eum, fidem superare videatur. Chrysost. hom. 27. in Matth. *Euangelista non tantum refert, quod laudarit Dominus Centurionis dicta: verum etiam laudis incrementum declarauit, quod etiam admiratus sit, atque ita miratus, vt tanta hominum turba præsente atque audiente, imitandum ipsum cæteris proposuerit.* Imitandam proposuit fidem Centurionis Magistrã exponit Ethnicum. Ergo non vulgaris eius fides exprimitur, sed admirabilis vel ipsi Iesv prædicatur: Iesvs *miratus est, & sequentibus se dixit: Non inueni tantam fidem in Israel.*

26\. *Oculi sponsæ* Commendat & oculos Sponsæ Dominus, dum ait: *Oculi tui columbarum, absque eo, quod intrinsecus latet.* Cant. 4. At postmodum sic vberius Sponsæ oculorum pulchritudinem expressit, *Oculi eius, sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima.* Cant. 5. Cur priùs oculos pressius collaudauit, quam postmodum? Certè quia prius sponsa videtur internæ propriæ perfectioni vacare: *Absque eo, quod intrinsecus latet.* Cui quidem exercitamento perfectio requiritur pulchritudinis, sed non tanta. At iuxta fluenta plenissima iam sponsa ostentatur aliorum Magistra egressa ad proximorum ministeria, vndè debebat maiori pulchritudine decorari. *Quæ lacte sunt lotæ.* Pulchrè Philo Carp. *Omni labe puri, & defæcati simplices, planèque prudentes debent esse omnes Christi serui. (Oculi tui columbarum) At hi præcipuè, qui super cæteros, atque cœlestia docturi sunt, & monituri. Ob idque postquam ipsi à fluentis Spiritus sancti lacte sunt loti: iuxta plenitudinem aquarum (instar Ioannis Baptistæ prædicantis, Et venit in omnem Regionem Iordanis prædicans.) residere dicuntur; vt Scripturæ sacræ promptuaria, arcanaque Christiano populo ad salutem summa charitate impertiantur.* *sibi vacans non id pulchri, ac cum est ad proximos educenda. Cant. 4. Cant. 5. Philo*

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Qui irascitur fratri suo, &c.

Vt Dominus Discipulos, omnesque Christicolas ab homicidio deterreat, eos curat ab iracundia abstinere.

Vt enim crimina non perpetrentur, originem earum tolli ab animo oportet. Vbi de occasionibus delicti fugiendis.

Iam audistis, ô Discipuli, antiquis indictum illud fuisse præceptum: *Non occides. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Vbi Strabus asserit, voluisse Dominum homines ab homicidio deterrere, vnde curauit iracundiam damnare, ex qua homicidia profluunt. *Qui non irascitur, non occidit. Tolle iram, & homicidium non erit.* Arboris ægritudini in radice oportet adhiberi medicamina. Radicem criminis auelli procura, ab occasione amoueri satage: si expetis à crimine liberari. An non iracundia origo homicidij? Ergo iracundia frænanda, nè causa homicidij existat. 27. *Ægritudinis causa assolet esse peccatũ. Strab.*

Quatuor pij viri ad Dominum in lecto miserabilem adferunt paralyticum sanitate donandum. *Videns autem Iesus fidem illorum dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Mat. 8. O Domine, pij ægrotantis portitores corporis valetudinem efflagitarunt, non animi salutem. Cur ergò Dominus, vt optatis illorum anueret ad curationem animi se accingit? Profectò Medicus cœlestis, effectum tollere radicitus procurat, dum radicem ægritudinis auellit. Peccatum radix paralysis erat: peccatum remittit, vt ex animo ad corpus salus deriuetur. Strab. *Ecce modus curationis: prius dimittit peccata, tollens causam morbi: post curat corpus. Nota, infirmitates aliquando contingere propter peccata; & ideo prius dimittuntur, vt salus restituatur.* 28. *Vt sanet Dominus paralyticum perfectè amputat radicẽ ægritudinis, peccatum. Matth. 8. Strab.*

O

27. *Si radicem concupiscentiæ non auellimus, rami illico germinant.* Ephr. Nilus.

O quotiens ad pœnitentiæ Sacramentum accessisti, nec tamen ab ægritudine fuisti omnino ereptus. Quare, precor, nisi quia radicem auellere non curasti inordinatum scilicet in fœminam affectum. D. Ephren de malo linguæ. *Et si concupiscentiæ actus millies excideris, hi tanto excrescent, atque germinabunt. Nisi penitus, radicitusque concupiscentiam euulseris.* Et Nilus lib. de octo vitiosis cogitat. *Quocirca nobis faciendum est vt malorum radicem euellamus. Hac enim manente, rami quoque pullulabunt.*

28. *Dum Moyses radicem idololatriæ amputat, visus est à crimine repente occidendos Hebræos liberasse.* Exod. 32. Oleast.

Adoratoribus vituli Hebræis ipsius vituli combusti pulueres Moyses epotandos porrexit. *Arripiens vitulum, quem fecerat, combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel.* Exod. 32. Mox autem in adoratores ipsos insurgens, eos gladio exitialiter vulnerauit. Ao in animos eorum crudelis Moses? Absit. Cur occisurus idololatras prius eos pulueribus vituli potari disposuit? Certè vt occidendi salute æterna donarentur. Quomodo, si illico eos de medio sustulit? Certè eo ipso quod auulsit peccati radicem idolum, visus sibi prudenter iam omnium crimina ex Idoli illa infecta radice pullulantia illicò exaruisse, radice ablata. Oleaster, *Aduerte prudentiam, & pietatem Moysi, prius in Idolum, quam in peccatores sæuiit; vt peccati radicem extirparet,* & consequenter à peccato liberaret morituros.

29. *Dum Ioannes Herodi radicē malorū taxat, visus sibi totam arborem criminum exsiccare.* Matth. 14. Abul.

Vociferatur Ioannes, *Iam securis ad radicem arboris posita est.* Arbor proculdubio repurgabitur. Vniuersa Galilæa ægrotabat. *A planta pedis vsque ad verticē capitis non est in ea sanitas.* Quid igitur? Præcursor Medicus cœlestis. *Arguebat Herodem propter Herodiadem,* Matth. 14. Cur ipsam Herodiadem non arguebat? Cur vniuersam Galilæam non correptionis gladio vulnerabat? Abulensis, *Cur Ioannes arguebat Herodem, & non Herodiadem,* & non Galilæos? *Quia principalior causa erat, & arguendo ipsum, arguebat Herodiadem,* & omnes subditos. Curabat Ioannes securim ad arboris radicem collocari, vt auulsa radice, noxij totius Regni frondes pullulantes exsiccarentur.

30. *Quia Saul radicem aliquam vitæ prioris reseruauit, frondes germinauit iniquas.* 1. Reg. 15. R. Dau. Nazian.

Elegit Deus Saulem in electi populi Regem, & tanta laborauit ingratitudine, vt immutabilis Dominus proclamarit: *Pœnitet me, quod constituerim Saul Regem.* 1. Reg. 15. Vnde eam tanta hominis immutatio? Nonne *Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset?* 1. Reg. 13. R. Dau. *Erat simplex, & innocens, tanquā puer vnius anni.* Profectò debuisset, auctore me, non vnius anni puer, sed vnius instantis, seu recens natus ostentari. Puer vnius anni? Ergo ex præterita vita aliquid retinuit: ergo non incepit omnino nouus exsurgere. Si igitur radicem secularem pristinæ ruditatis retinuit, quid mirum germina noxia pullulasse? Pulchrè Nazianzenus orat. 7. *Quoniam se totum vtendum Spiritui non præbuit, sed pristinæ improbitatis fomitis, prauique seminis nonnihil superat:* germina pullularunt. Qui natus esse è spiritu Spiritus est. Saul non omninò Spiritus filius, quia ab ætate pristina retinuit annum: *Filius vnius anni erat Saul, cum regnare cœpisset.*

31. *Publicanus percutiebat pectus, vt radicem iniquitatis auelleret.* Luc. 18.

Dum in Templo Pharisæus se perfectum virum iactitare non veretur, *Publicanus à longè stans, nolebat oculos ad cælum leuare; sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori.* Luc. 18. Cur se totum reum agnoscens solummodò pectus percutiebat? Crediderim, quia *de corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia.* Matth. 15. Vnde prudentissime pectus tundit, vt radice seu fonte sanato rami exsiccarentur, sanarentur vndæ. Perbellè Cæsarius hom. 34. *Pectus tundebat, & peccata intus inclusa quasi Iudex seuerissimus verberabat.* Matth. 15. Cæsar.

32. *Cœlestis medicus ad morbi venā recurrit.* Isai. 1. Emiss.

Medicus cœlestis curabat Hebræos à vitiorum omnium ægritudine liberari, auaritia, luxuria, inuidia, &c. Vnde proclamat, *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum.* Is. 1. Operibus iniquis abūdat animus, & medicina cogitationibus adhibetur. Cur ita? Respondet acutè D. Ephren de ling. malo. Operis instar est cogitatio, quippè in qua tanquam in causa omnium effectiua, arbitrij nostri ratio nititur. Ergo Medicus prudentissimus morbi radicem medicamine fulciri satagit. Eusebius Emiss. hom. 19. post Pentec. *Bonus Medicus ad morbi venam, & radicem spectat; quam postquam amputauerit, cætera ad sanandum facilius dicit.*

Observatio IV.

Ad illa verba:

Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit fratri suo, raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.

Si duo primi gradus iracundiæ, nempe irasci & dicere Raca, veniales sunt: quomodo eis capitalis pœna assignatur?

Certè quia peccati venialis reus paulatim decidit in lethalia. Vnde admisso veniali, quasi iam constat (in dispositione, & velut morbi apparatu) mortalis culpæ pœna.

33. Chrysost.

Vidimus ex Chrysostomo, primum & secundum iracundiæ gradum venialem culpam esse. Si venialis illa iracundia leuis, quomodo ei pœna grauissima respondet, nempe iudicium, vbi capitalis pœna reis addicebatur? Profectò qui veniali culpa infici non veretur, citò se graui crimine comperiet vulneratum. *Nam qui modica spernit, paulatim decidit.* Vnde admissa veniali iracundia capitalis pœna videtur instare; quia illicò prolabitur in grauiora, qui cōtempsit leuibus infici. Itaque leui iracundiæ capitalis pœna assignatur, quasi præsagium transgressionis grauis, quæ solet comitari venialis piaculi contemptum. Dixerim igitur paruos gradus iræ non esse, ex quibus grauia crimina assolent exoriri. Damascenus lib. 1. de Imagin. Parua enim parua non sunt, ex quibus *magna proueniunt.*

34. *Ex veniali piaculo admisso oritur persecutio Iesu grauis.* Act. 9. Bernard.

Dum Saulus iter ageret in Damascum, *cadens in terram* audiuit vocem dicentem sibi: *Saule, Saule, quid me persequeris. Qui dixit, Quis es, Domine? Et ille, Ego sum* IESVS, *quem tu persequeris.* Act. 9. Vbi D. Bernardus serm. 1. in Conu. Pauli asserit.

asserit Paulum leuiter deliquisse, quia ignorans in incredulitate Christicolas persequebatur. Iam requiro, si leuis illa culpa, cur se conqueritur Dominus persecutione graui affectum? Grauis admodum erat persecutio, quæ Filium Dei ad Patris residentem dexteram fecit è throno prosilire, vt Saulum infrænaret, vocemque querulam emitteret: *Cur me persequeris*? Profectò leuis illa erat culpa, sed videns Dominus Saulum iam leui piaculo maculatum quod graue delictum consequi illico assolet; (quia *qui spernit modica, decidit*,) iam se graui persecutione affectum quodammodò ex graui piaculo conqueritur. *Caueto* ergo (ait Doctor) *deinceps parua reputes parua*, è quibus tam grauis IESV exoritur persecutio, dum parua spernens lethalem decidit in reatum.

35. *Ex piaculo leui blasphemia seu in Deum contumelia nascitur.* Bernard. Thom. Adiicit Abbas opportunè, *Nemo dicat in corde suo, leuia sunt ista, non curo corrigere: non est magnum, si in his maneam venialibus, minimisque peccatis. Hæc est enim blasphemia in Spiritum sanctum, blasphemia irremissibilis*. Quid, quæso, blasphemia? D. Thomas 2.2. q.13. art.1. *Blasphemia est contumeliam, vel aliquod conuitium inferre in iniuriam Creatoris*. Quomodo ergo qui parua spernit, & serio statuit in corde suo, de venialibus non curare, blasphemiæ reus asseritur? Crediderim, quia tam facile assolet in grauissima incidere, qui modica spernit, vt ille, qui statuit admittere venialia, quasi necessitate consequentiæ statuit, grauissimis desœdari.

36. *Ex leui culpa detractionis oritur in Deû blasphemia.* Exod. 20. Cyrill. Deus olim iubebat, *Diis non detrahes*. Exod. 20. Vbi Cyrillus Alex. lib. 1. in Ioan. cap. 2. asserit de Diis Gentilium intelligendum esse testimonium. Iam requiro, quare fideles prohibentur Idolis detrahere? An non Religionis actos diabolum impetere maledictis? Respondet Cyrillus, *Nam si quis Deo quamuis falso maledicat, gradum fecisse videtur, vnde ad verum Deum blasphemandum facilius ascendat*. Ex mente Patris potest quis venialiter delinquere cum vel Idolis detrahit, ex proprio scilicet incommodo accepto, & non puro animo ob Dei dilectionem. Igitur eum piaculo leui admisso fideles Idolis detrahunt, quodammodo iam instat in Deum verum profundenda blasphemia.

37. *Petrus ex leui crimine, negatione grauis deturbatur in baratrû.* Matth. 27. Anselm. Testor Petrum trina negatione fœdatum. Primum ait, *Nescio, quid dicis*. Matth. 27. Quod à culpa lethali multi Doctores liberare non improbabiliter contendunt. At mox *Negauit cum iuramento*. Denique *cœpit detestari, & iurare*. Quam citò venialem culpam lethalia grauissima crimina comitantur! D. Anselmus, *Nota*, *quia primum ait, Nescio, quid dicis; secundo cum iuramento negat, tertio cœpit detestari, & iurare. Perseuerare quippe in peccato primo (veniali scilicet) dat incrementum sceleratis; & qui minima spernit, cadit in maiora*.

38. *Pilli vnius silentio offenditur totam legis obseruantiam violare, & peruertere.* Matth. 5. Ephr. Discipulis Dominus, *Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege*. Tanta ne punctorum obseruatio decet fideles? Certè qui delinquit in apice, qui deficit in puncto, facile potest totius legis reddi transgressor. D. Ephrem de vita spirit. n. 36. *Præceptores non solum elementorum scholaribus ostendunt figuras, sed & minima quæque puncta, distinctiones que proponunt. Atque sic oportet Prælatum, nihil quantumuis minimum, quod ad salutem pertineat, omittere, quin fratribus proponat*. Ob defectum puncti aut distinctionis assoler clausulæ sensum depræue. Ob paruam regulæ transgressionem tota assolet lex confundi, & conturbari.

39. *Qui despiciunt venialia, lethalia tandem vitabit.* Varron. Marci Varronis roboro admonitione. Ait lib. 1. de Agricult. cap. 12. viridaria minimè exaltandum esse iuxta paludes. Licet cœlum ibi habeas, non hortum, nec Astrorum illic igoes magis niteant in serena nocte, quam hi tui scintillantes, micantesque varij flores poter tibi tanta ex vicinio paludis amœnitas exitialis existere. Quare, precor? *Crescunt enim* (ait ille) *animalia quædam minuta, quæ non possunt oculis consequi, & per aera intus in corpus per os, ac nares perueniunt, atque efficiunt difficiles morbos*. Venialia piacula deglutis? Fallar, nisi grauissimo morbo illicò corripiaris. Minuta enim animalcula assoleot difficiles morbos efficere.

40. *Ex veniali dormitatione grauis obdormitio sequitur.* Matth. 25. *Moram autem faciente sponso*, (Dominus ait de virginibus decem) *dormitauerunt omnes, & dormierunt*. Matth. 25. De crimine lethali particulam *dormierunt* Doctores exponunt. Verbum autem *dormitauerunt*, de veniali, quia dormitatio, proxima est ad dormitionem dispositio: veniale autem, crimen disponit ad lethale. Virgines ergo dormitiunt graui somno, quia leuem dormitationem admittere voluerunt. An prudens virago casui graui, lethali est somno obnoxia? Monachus Eupsepianus (anthore Theodoro Studita Catech. 9.) tanto spiritus ex virtutum exercitamentis robore donatus, vt bis tyranni verbera sustinuisset. *Angelum* (inquit Pater) *opinor facilius casurum quam fratrem. Et tamen cecidit*. Vndenam misero somnus lethalis obrepsit? Respondet acutè, *Cecidit dormitans*. Id est, quia dormitauit piacula venialia admittens dormitione lethali correptus est, & de virgine prudentissima cum stultissimis deputatur. Pulchrè.

Euprepianû casu misero roboratur. Theodor. Studit.

Observatio V.

Ad illa verba:

Qui occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.

Quomodo qui irascitur est reus iudicio seu sententia capitali, sicut ille, qui hominem occidit.

Puto, quia ira illicò hominem tradit tortori flagellandum, occidendum, succendendum: ipsa enim horribilis tortor.

41. *Asserit cumulari legis pœnas adscribi iracundo, quia ampliorem quodammodo delictorum reddit.* Euthym. EVthymius reum iudicio putat illum, cui capitalis pœna sic à iure decreta est, vt nullatenus per vllius iudicis arbitrium aut imminui possit, aut auferri. Asserit Dominus, occisorem reum esse iudicio id est capitalis ineuitabilis pœnæ. Fateor. Addit eidem pœnæ subiacere eum, qui fratri suo irascitur. Abnegarim. Quonammodo ergo ineuitabilis illa pœna iracundo infligitur, si nec à iure assignatur, nec Iudex illam iræ reo infligit si vulnus lethale non exponitur, iracundia ad actum externû exorbitanter? Quam verè Dominus, Omnis, qui irascitur, reus erit iudicio, id est ineuitabili capitali pœnæ; quia ipsa iracundia tortor est animi irati, qui illigat, qui vulnerat, qui occidit, qui igne succendit. O ineuitabile iracundiæ iudicium!

Duo

42. *ira alligat homines quasi catenis reos mortis addicendos.* Matth 8. Marc.5. Sedul.

Duo dæmoniaci Iesv occurrunt *sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam.* Matth 8. De altero dæmoniaco iracundo Marcus, *sæpe compedibus, & catenis vinctus.* Cap.5. En iudicium ineuitabile, cui subiacet iracundia pressus. Illicò vinculis constringitur, tribunali sistendus, vt pœnæ capitali ineuitabili addicatur. Sedulius lib.3 Pasch. cap.8. *Heu quam grauis est furoris conditio! Qui vim sustinet lacerantis insaniæ illum necesse est, & vinculis, pœnalibus subiacere.* Preme particulam, *lacerantis insaniæ.* Omnis insania seu iracundia lacerat, interficit quodammodo, si quidem ineuitabili pœnæ capitali velut homicida videtur subiacere.

43. *Pœna addicitur capitali gladij iracundus.* Iob 41.

Damnatur iracundus pœnæque addicitur capitali, quia ipsa iracundia gladius est vulnerans exitialiter. Iob loquitus de iracundo, *Cum apprehenderit eum gladius, non poterit ei resistere neque hasta, neque thorax.* Cap.41. Debebat dicere, cum gladium apprehenderit, nemo ei resistet armatus. O quam aptè inquit, *Cum apprehenderit eum gladius.* Quia illud ipsum irasci iam est vulneranti gladio subiacere ineuitabili iudicio. Tilmanus in Alleg. ad cap.1. Nahum ex Stephano scripsit, *Dicitur, qui per abrupta furoris graditur, non apprehendere gladium,* sed à gladio apprehendi. Stephan.

44. *Iracundia carnifex diri flagellans iratum.* 1.Reg.18.

An non carnifex est iracundia, quæ dirè flagellat iratum? Saulem testor. *Præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes. Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus est autem Saul nimis.* Iratus est Saul? Ergo in iudicio traditus est carnifici tartareo, qui cum immaniter flagellis contundat. *Post diem autem alterum inuasit spiritus malus Saul.* 1 Reg.18. Quinam ille malus spiritus? An Satanas? Aliquis non incongruè asseruit malum Spiritum ipsam esse iracundiam, quæ quidem acriter Saulem miserum contundebat. Petrus Damian. lib.4. epist.17. *In Saulis cor ira processit, & mox nequitia Spiritum introduxit, qui abreptitium suum in zelum vesani furoris accendit. Fremebat enim in vistulo suo author iracundia Spiritus.* Damian.

45. *Suffocat iracundia, suspendium iudicans reo.* Luc.8.

Porrò si reis assolet suspendij suffocatio indici, ira præcipitio suos assolet suffocare. Ad Iesv pedes procidit dæmoniacus. Dominus autem rogitauit, *Quod tibi nomen? At ille dixit legio, quia intrauerant dæmonia multa in eum.* Porrò legio illa ex Iesv potestate hominem reliquit, & ad porcorum gregem venit; *& impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.* Luc.8. Vbi Nazianzenus Car. de Ira. asseruit legionem esse iracundiam, quæ illicò pœnæ suffocationis addicit homines. Nazianz.

O ira seruor dæmonis domus horridi,
Horrenda legio multiplex labes mali,
Te Christus confestim fugere hinc iubet,
Porcorum in aluum te tuorum conisce.
Capiet ruentem grex libens hic in mare.

46. *Iracundus vel hic gehennæ igne succenditur.* Ephes.4. Chrysost.

Denique flammis iracundia hominem committit. Monet Paulus, *Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo.* Eph.4. Locus datur diabolo, cum iracundia admittitur? Ita planè; quia tartareo igni vel in præsenti traditur, qui iracundia afficitur. Chrysostomus hom.47. in Ioan. *Inter iram, & insaniam nihil differt; sed breuis quidam dæmon est, imo quam, qui à dæmonio vexatur, grauior. Ille enim venia dignus est, iratus nulla; sed supplicijs innumeris sponte sua in profundum perditionis defertur: & etiam ante futuram gehennam pœnas dat.*

47. *Vna iracundia quasi omnium criminum rea, omnibus pœnis addicitur.* Ephes.4. Pelus.

Cur, quæso, vni iracundo omnes iudicij pœnæ adscribuntur? An non vna sufficeret? Certè omnibus legis pœnis addicitur iracundia, quia velut omnium malorum colligatio est. Apostolum audiamus, *Omnis amaritudo & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia.* Ephes.4. Vnam edocet iracundiam tolli, & simul omnem malitiam? Ita quidem; quia qui reus est iracundiæ, omnis simul malitiæ reus esse apparet. Isidorus Pelus. lib.3. epist.318. *Blasphemia usque adeo clamor & indignatio & ira grauior est, vt etiam priorem hac illam Paulus collocarit. Quare cum ira, per quam omne malorum genus in mundum irrepsit, laboret, aut haac desere, aut cum blasphemus appellaris animi cruciatum omnem concipe.* Ac si diceret, si iram à te non illicò ablegare curaueris, quasi omnium reus delictorum, omnibus pœnis torqueraris erit necesse.

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Qui autem dixerit fratri suo Raca, reus erit concilio.

Raca nihil significans, plus videtur esse bestiarum fremitus, quam vox hominis.

Indicatur, hominem ira pressum cum bestiis esse annumerandum.

Vidimus ex Augustino, Raca vocem esse nihil significantem, sed affectum iracundiæ conceptum in animo exprimentem. Id quod Damianus & Paschasius confirmat. Vnde aptius existimo fremitum esse ferarum, quam vocem hominum appellandam. Et quidem iracundia pressus homo, plus videtur ad bestiarum, ac ferarum, quam ad cœtum hominum pertinere. 48. August. Damian. Paschas.

49. *Esau iratus fremit sicut leo, & ideo illigandus fratri traditur.* Gen.27.

Agrestis venator Esaü à feris didicit ferinos fremitus excitare. Fatur Isaac post impensam Iacobo benedictionem, *Dominum tuum illum constitui.* Oderat (addit Textus) *ergo semper Esau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater: dixitque in corde suo, Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Nunciata sunt hæc Rebeccæ: quæ mittens, & vocans Iacob filium suum, dixit ad eum. Ecce Esau frater tuus minatur, vt occidat te,* Gen.27. Si in corde suo dixit, quonam modò ad Rebeccam delatum est occultum Esau intentū? Crediderim quia non voce fuit expressum humana, sed rugitu agresti, quem à feris didicerat. Ideo ergo Iacobi dominio traditur illigandus. Pulchrè Ambrosius lib.2. de Iacob & vita spirit. cap.3. *Rectè eum Iacobo subdidit, vt regentis imperio suum ferinum melioraret affectum. Domina est pietas feritatis, mansuetudo duris moribus prælata.* Ambros.

50. *Rationale super pectus apponitur, vt irascibilis ira infrænetur.*

Rationale super pectus Aaron deferebat, vbi scriptum, *Veritas, & doctrina.* Rogitat Philo lib.2. legis allegor. Cur rationale pectori supponebatur? & respondet, Philosophi iram locant in pectore. *Ideo Propheta dicit,* Philo

sermonem habentem suas virtutes, situm supra pectus Aaronis, id est, supra iram. Quare precor, nisi vt ratio illâ quasi equum innitentem infrænaret? *Ergo Aaron non sinit iram efferri impetu absque iudicio, veritus, ne quando sibi ipsi permissa, in equi morem exaltatus totam propulset animam: sed curat, frænatque primum ratione; vt sub auriga optimo discat non admodum habenas contemnere: deinde & rationis virtutibus doctrina, veritateque.*

51. *Ira hominem cum irrationalibus commiscet.* Ephes. 5. Thom. Ambros.

Monitum Pauli rursum expendo. *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Ephes. 5. Vbi Angelicus Doctor lect. 8. *Id est, non obtenebretur dictamen rationis.* Vnde ex hominum gremio ad cœtum bestiarum detorqueris. Ambrosius lib. 1. Offic. cap. 21. *Si praeuenerit iracundia, non relinquas locum tuum, locus tuus ratio est. Non relinquas locum?* Quare relinqueret iratus proprium rationis locum? Quia nihil prius efficit iracundia, quam homines à ratione deturbare, & cum irrationalibus commiscere.

52. *Hominis irati conuersio in feram describitur.* Plutarch.

Vis ostendam repentinam metamorphosim hominis in belluã iracundia succensam? Plutarchus lib. 2. de cohib. ira cap. 35. *Non est vllius affectus facies turbatior, pulcherrima ora fœdauit, toruos vultus ex tranquillissimis reddidit. Linquit decor omnis iratos. Si capillorum natura vel arte iacentium conformis est habitus, cum animo inhorrescunt, tumescunt venæ, concutitur crebro spiritu pectus, rabida vocis eruptio* (rugitus ferinus est) *colla distendit. Tunc artus trepidi, inquietæ manus, totius corporis fluctuatio. Qualem putas intus esse animum, cuius extra imago tam fœda est. Quanto illi intra pectus terribilior vultus, bestialior spiritus est, intensior impetus, rupturus se nisi eruperit in* fremitus: *Raca, raca.*

Ezechiel proclamat, *Hæc dicit Dominus Deus, Homo, homo de domo Israel.* Cap. 14. An homo possit esse aliud, quam homo? Cur ergo dixit Conditor, *Homo, homo?* Certe quia multi homines sunt appellatione, & specie homines, at veritate sunt serpentes, leones, vrsi, canes. Quid enim est, quæso, iracundus nisi homo vipera, aut leo. Origenes hom. 3. in Ezech. *Estote homines homines, quia non omnes homines homines sunt. Generatio viperarum, ait Ioannes, Talis non est homo homo, sed serpens homo. Absit ergo à nobis vt tales* (ex iracundia) *simus, qui mereamur audire, non esse nos homines homines. Si enim boni, & mansueti simus, duplicamus hominis nomen; vt sit in nobis non simpliciter homo: Sed homo homo.* 53.

Iratus est homo non homo, quia vipera. Ezech. 14. Origen.

Ideo Sapiens. *Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso; ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ.* Prou. 22. Preme particulam proximam, *Ne sumas scandalum animæ tuæ.* id est, ne vitam tuam in manifestum constituas periculum. An securus incedet, qui cani rabido, scorpioni, serpenti, apro comes hæreseit? Minime plane. Ergo discrimine lethali implicatur, qui cum iracundo homine non homine iniit societatem. Audi Basilium de Ira. *Ira hominem prorsus efferat, ac ne hominem quidem esse sinit. Irati rabie laborant vt canes, subsultant vt scorpij, mordent vt serpentes. Si aliquem præ iracundia dentes acuentem videris, illud cogita, cum apro similem esse; vt qui internum furorem per dentium confrictum ostendat.* Ita Doctor. 54.

Iratus scorpio, serpens, aper. Prou. 22. Basil.

SECTIO SECVNDA.

Vnio fraterna.

TEXTVS.

VERS. 23. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: 24. Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius recõciliari fratri tuo, & tũc veniens, offeres munus tuum.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De festina fratrum dissidentium colligatione.

1. *Reconciliationis fratrũ dogma.*

Si ergo offers munus tuum ad altare. Postquam supplicij fræno iracundiam Dominus infrænauit, edocet festinam fratrum dissidentium reconciliationem. Exaggeratione id ostenditur. Si causa offerendi munus tuum ad altare accesseris, & inibi dum munus offerre paras, venerit in memoriam, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, hoc est, quod fratrem aliqua in re læsisti: ob quam causam aduersum te iustam habet querelam; relinque ibi munus ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo. O quam celeres nos esse vult Dominus in proximi amicitia recuperanda!

2. *Quam accepta sit Deo reconciliatio fratrum.* August.

An non Deo acceptabilius sacrificium perficere? Respondet Augustinus serm. 16. de verb. Dom. *Te quærit Deus, magis, quam munus tuum. Offers munus tuum, & tu non es munus Dei. Plus quærit Christus quem redemit sanguine suo, quam quod tu inuenisti in horreo tuo.*

Relinque munus tuum.] Celeritatem reconciliationis pondera. Cur tam properanter iubet Dominus nos ad fratres querulos accurrere? D. Chrysostomus hom. 16. in Matth. *Nihil est, quod ita vitam nostram valeat euertere, vt operum bonorum actionem dissimulare, semperque differre, ne huiusmodi anima, impleto absque reconciliatione sacrificio, desidia maiore capiatur, quotidie dissimulet in pacem reuerti. Noui enim, talem esse huiusmodi passionem, quæ satis velocis curationis indigeat.* 3.

Celeritas reconciliationis. Chrysost.

Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniẽs, offeres munus tuum.] Tunc veniens? Profectò & tunc vadens perfectius Domino munus obtulisti. Munus etenim Deo grauissimum iracundiæ immolatio. An non Dauid apud speluncam, dum à vulnere abstinet, eximiũ Deo obtulit munus. 1. Reg. 24. Chrysost. hom. de Dau. & Saule. *Sacrificium obtulit Dauid, idque admirabile, haud quidem mactato vitulo, aut agno; sed quod his erat multo honorificentius, mansuetudinem offerens Deo, occisa iracundia. Et factus est tunc victima, sacrificium, & altare. Si quidem & ratio, quæ offerebat mansuetudinem, & ipsa mansuetudo, denique cor, in quo hæc offerebatur, omnia erant eiusdẽ hominis Dauidis.* 4.

Perfectius munus Deo offert, qui ad fratrem pergit quam qui litat. 1. Reg. 24. Chrysost.

Vade.]

5. *Quærendus, rogandus frater a nobis.* 2.Cor.5. Gregor.

Vade.] Quære illum roga illum; ne expectes, donec ipse te roget, & quærat. Nonne à nobis offensos Deus prius rogauit? prior legatos, qui de reconciliatione agerent, ad homines immisit? Paulus, *Dei legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo reconciliamini Deo.* 2. Cor.5. Gregorius hom.32. in Euang. *Inter nos & Deum discordiam peccando fecimus, & tamen ad nos Deus suos legatos prius misit: vt nos ipsi, qui peccauimus, ad Dei pacem rogati veniamus. Erubescat ergo humana superbia, confundatur quisque, si non satisfaciat prior proximo, quando post culpam nostram, vt ei reconciliari debeamus, & ipse, qui offensus est legatis interuenientibus, obsecrat Deus.*

6. *Ethnici exemplum.*

Vis ethnicorum exemplo erubescere? Aristippo cum Æschine nescio quid iræ incidit. Quidam illi dixit, *O Aristippe, vbi nunc amicitia vestra?* Respondit, *Dormit, sed ego eam excitabo.* Adiitque Eschinem. *Adeò ne*, inquit, *tibi videor infœlix, & insanabilis, vt ne monitu quidem merear abs te?* At Eschines, *Non mirum*, ait, *si cum in omnibus me præcellas ingenio: hic quoque.* O Christiane dormit amicitia, vel instar Lazari, extincta est. Vade cum Iesu, vt à somno excites illam, placidis verbis, factis amicis illam prior cura à somno excitare. Profitetur meritò Eschines, hanc esse victoriam. *Non mirum, si cum in omnibus me præcellas ingenio*, hac etiam in te præcellueris, dum ad amicitiam reparandam prior me adiisti.

7. *Quasi Deus vnitatem fratrum duxerit.*

Relinque munus tuum, &c. Exclamat Chrysostomus, *O admirabilem benignitatem, atque ineffabilem erga homines Dei amorem! Honorem suum despicit, dum in proximo charitatem requirit. Interrumpatur, inquit, ministerium meum, vt tua charitas integretur. Sacrificium mihi est fratrum reconciliatio.*

§. II.

De Eucharistiæ sacrificio.

SI offers munus tuum.] Multi Patres de Eucharistico sacrificio locum interpretantur. Sacrificium enim reconciliationis hominum ad Deum non eos admittit, qui inter se videntur dissidere D. Hieronymus hom.8. in Ezech. 5. *Percipite, quantum sit malum discordiæ, propterquod & illud sacrificium dimittitur, per quod culpa laxatur.* Chrysostomus hom.16. *Sanctum altare non suscipit dissidentes. Audiant hæc Sacerdotes, qui Deo offerunt Sacrificium, audiant & reliqui, Nam & ipse Christus* (qui offertur) *in mundum venit, vt filios Dei congregaret.* Chromatius hic. *Si offers munus Eucharisticum ante altare, & ibi recordatus fueris*, &c. *relinque munus, vade reconciliari prius fratri. Ideo munera Cain non placuerunt quia contra fratrem iram retinebat. Vnde apud Zachariam dicitur, Nolite retinere malitiam fratris vestri in cordibus vestris. Et Salomon. Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam.* 8. *Discordes ab Eucharistia recedant.* Hieron. Chrysost. Chrom.

Vade prius reconciliari fratri tuo.] Absens est frater Caietanus, *Vade prius etiamsi iter tibi assumendum sit, ad reconciliationem faciendam. Sed si prudentiæ ratio* (cui non obstat spiritus Christi) *dictauerit, non esse iter illud assumendum, vt quod longe distet frater: tunc offerre munus potest. Itaque executio reconciliationis differtur, quantum temporis ratio permittit: quantum vero ad animum intelligitur absolutè, nisi ratio scandali exigeret, ne oblatio fiat sine publicatione, licet fratri iam sit animo reconciliatus. Ex quo præcepto habetur, quod satisfactio fratri debita, si fieri possit, præcedere debet communionem.* 9. *Quomodo de absente fratre, ei sint reconciliandi communicaturi?* Caiet.

IN
IESVM CONCIONANTEM
PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS
CIRCA LITERAM.

EX VNIONE FRATERNA.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Si offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quod frater habet aliquid aduersum te, vade prius reconciliari fratri.

Prius ad fratrem nobis conciliandum pergamus, non expectemus eius aduentum exemplo Christi in Eucharistico ipso Sacrificio.

Porrò Christus in Eucharistia prior venit ad nos, rogat, inuitat, allicit ad reconciliationem, & pacem.

VAde, inquit, *prius reconciliari fratri tuo.* 10.
Vbi Gregorius in Comment. datus, Gregor.
Erubescat humana superbia, confundatur quisque, si non satisfaciat prior proximo: quando post culpam nostram, vt ei reconciliari debeamus & ipse qui offensus est, legatis interuenientibus obsecrat Deus.

11. *Non tam Deus per legatos in Eucharistia loquitur, sed ipse venit & rogat nos.* 2.Cor.5. Gregor.

Preme verbum: *Legatis interuenientibus.* Respicit Doctor illud Pauli, *Dei legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.* 2.Cor.5. Ad quæ Pater, *Inter nos & Deum discordiam peccando fecimus, & tamen ad nos Deus suos legatos prius misit; vt nos ipsi, qui peccauimus, ad Dei pacem* rogati

rogati veniamus. Erubescat ergo humana superbia. Proh Deum immortalem! si rubore meritò offundimur, dum contemplamur Deum ad nos delinquentes in ipsum, legatos, immisisse, qui rogent: quid si Deum ipsum in Eucharistiæ sacramento videamus quærere, & rogare nos, vt ad fœdera veniamus?

12. *Christus in Eucharistia dilectionem dormientem suscitat.* Apoc. 3.

Non rogatus Dominus vt Aristippus, *Vbi nunc amicitia vestra?* verius respondebit, *Dormit, sed ego eam excitabo*, Dum sponsa lectulo requiescit sponsus clamitat, *Aperi mihi sponsa mea.* Cant. 2. An non pulsantis audis strepitum. *Ego sto ad ostium, & pulso.* Apoc. 3. Quare pulsat Dominus? Laodiciæ Præsul olim diligens feruidus tepiditatis somno premebatur. *Quia tepidus es, incipiam te euomere.* Iam rogare incipit, qui prior venit. *Suadeo tibi, emere a me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris. Ecce sto ad ostium, & pulso. Ergo, Exurge qui dormis, & illuminabit te Christus.* Vnde iam ô Domine, tanta pietas in ingratum? In Eucharistiæ sacramento excitaturus homines existo. *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Inibi. Quod quidem Patres Sacramento Eucharistici conuiuij accommodant. In Eucharistia igitur Dominus dormientem excitat animæ tepidæ charitatem,

13. *Isaacem læsus rogat, inuitans in Eucharistia auersos, vt alliciat ad dilectionem excitatos.* Gen. 26.

Isaaci patientia valde laborabat sustinendo iniurias, quas ei Abimelech Rex, regiique ministri auarè, & impudenter intulerant. Viciniam inimici Regis declinauit. Rex tamen eum inuisit procerum stipatus satellitio; sed animo quidem auerso, Isaacco fante: *Quid venistis ad me hominem, quem odistis, & expulistis à vobis? Fecit ergo eis conuiuium: & post cibum, & potum surgentes mane iurauerunt sibi mutuo.* Gen. 26. Preme, *surgentes mane.* An è lecto surgunt? Certè dormierat dilectio, ac fraterna vnio, quam Isaac instructo conuiuio curauit à somno excitare. Verus quidem Isaac Eucharistiæ epulo excitat fraternam charitatem somno addictam: & post cibum & potum surgentes Christus & homines sibi mutuo iurant. Opportunè Chrysostomus apud Lipom. *Fecit eis conuiuium. Vide Iusti benignitatem, quomodo cum eis absque vindicandi cupiditate loquitur: & non solum obliuiscitur eorum, quæ in se facta sunt, sed magno hospitalitate illos excipit. Conuiuio certa dat argumenta, se non fore memorem eorum, quæ in se commiserant.* Si ergo Isaac dum conuiuium materiale instruit, certa dat argumenta se non fore memorem eorum, quæ in se illi commiserant: potiori iure credimus Christum dum ad conuiuium inuitat illud testari: haud futurum memorem criminum. O vetus Isaac conuiuium instruens sacerrimum, vt prior ad hominem accedas, & rogans eum ad gratiæ ac dilectionis vinculum adducas.

Chrysost.

14. *Christus peccatores inuitat ad Eucharisticum conuiuium, vt eos sibi, ac Patri conciliet.* Mat. 9. Beda.

Fatur Matthæus, *Et factum est, discumbente eo, in domo* (Matthæi ipsius) *ecce multi Publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu, & Discipulis eius. Et videntes Pharisæi dicebant discipulis eius: Quare cum Publicanis, & peccatoribus manducat Magister vester?* Cap. 9. Vbi Beda ad Cap. 2. Mar. *Ibat Dominus ad conuiuia peccatorum, vt occasionem haberet docendi, & spiritaales inuitatoribus suis præberet cibos: quod in Mysteriorum figuris congruit.* Mysteriorum figuram appellat Doctor conuiuium illud à Domino appositum peccatoribus. *Ibat* Dominus prius ad conuiuia peccatorum, vt veraci eos cibo refectos ad amicitiam adduceret, Patrique æterno reconciliaret.

15. *Iesus cibus declinat, vadit, & rogat peccatores auersos.* Osee 11. Symma.

Ex ore Osee Dominus, *Et declinaui ad eum vt vesceretur.* Cap 11. Altissimum Deus refugium suum collocarat: *In principio erat verbum.* Auersus homo in profundo commorabatur; vt autem ad amicitiam possit eum reducere, Eucharistiæ epulum præparauit. Symmachus, *Et declinaui ad eum cibos.* An non aptius peccator ascenderet veniam petiturus, & pacem? Profectò Dominus in Eucharistia existens adeò est erga peccatores reconciliandos affectus, vt non expectet peccatorem prius venire, & rogare? verum ipse prius vadat & rogat.

16. *Mamilla Patris in Eucharistia inclinatur ad homines puellos, & rogat eos sugere.* Clemens. Alexand.

Per Angelorum manus olim declinauit manna. Magnum amoris documentum. Sed tamen ineffabile diuinæ dilectionis signum seipsum Dominum inclinasse, vt verus cibus ab homine auerso comedatur, vt Patri possit reconciliari. Quam aptè Clemens Alex. lib. 1. Pedag. cap. 6. *In puerperio dispensatum lac infanti subministratur, & vbera, quæ interim recta virum inspiciebant, iam ad puellum inclinantur. Vt quod a natura elaboratum est alimentum, vt ad capiendum facile exhibeant edocto, ad salutis educationem.* Vbera, dum infantulus continetur in vtero, rectà patrem inspiciunt; at cum nascitur filius, vbera lacte distenta, alimenti pondere prægrauata, consulentia indigentiæ pueri, ad puerum inclinantur, placideque ad eum sese demittunt. Itaque Verbum, quod est mammilla Patris directè Genitorem suum inspiciebat, contemplabatur, diligebat. At postquam creauit Deus hominem ad similitudinem suam, postquam habuit Deus filios nutriendos licet somno ingratitudinis, de puerorum more, correptos, mammilla Patris sese prius ad homines inclinauit: *Et declinaui ad eum, vt vesceretur.* Non expectat hominis ascensum, vt roget: ipsa in Eucharistia mammilla Patris (ex mente Chrysostomi) prius vadit ad homines, & rogat, & inuitat.

17. *Rogat peccatores, vt facti amici, comedant & bibant.* Cant. 5. Theodor. Hieron.

Comedite, inquit, *amici, & bibite.* Cant. 5. An prius illi ad amicitiam acquirendam ad Christum venerint? Respondent tres Patres apud Theodor. *Quos ego auersos per gratiam in sancto Spiritu veniens filios adeptus Patri meo.* Ergo prius venit Dominus vt auersos, id est venire renuentes, rogans & inuitans Patri reconciliaret: *Comedite amici, & bibite.* Sponsus igitur in quas animas ingreditur *eas nutrit*, ad vberrimum dilectionis incrementum: *Et inebriamini charissimi.* Quorsum hæc? *Vt erubescat humana superbia*, (loquor cum Hieronymo) *confundatur quisque, si non satisfaciat prior proximo: quando post culpam nostram, vt ei reconciliari debeamus, qui offensus est obsecrat Deus*, inuitans ad epulum, & tanto dilectionis documento exposito quasi cogit ingratos.

OBSERV.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Relinque ibi munus tuum ante Altare, & vade prius reconciliari fratri tuo.

Apud Altare constitutus fidelis, recordatur, fratrem aduersus eum aliquid habere.

Quia videlicet, quò quis Deo in Eucharistia propinquior est, eò consequenter disertius agnoscit, seruandam fraternæ charitatis vnionem.

17. PRemo illam particulam, *& ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersus te.* Quare ibi recordabitur fraternæ vnionis, qui dum se disposuit ad communionem, aut sacrificium, recordatus non fuerat? Certè quia

August. Eucharisticum epulum pacis est, & vnionis. Augustinus Tract. 26. in Ioan: *O Sacramentum pietatis! ò signum vnitatis! ò vinculum charitatis! Sicut antè nos hoc intellexerunt homines Dei: Dominus corpus & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud, id est, panis, in vnum ex multis granis conficitur, aliud, id est, vinum ex*

Thom. *multis acinis confluit.* Id quod D. Thomas Opusc. 57. totidem ferè verbis transcripsit. Qui ergo accedit ad altare panem litans & vinum, Sacramentumque vinculum pacis conficiens seu perficere intendens: non potest non ad memoriam adducere contra charitatem fraternam piacula. Ad mensam filiorum accedens, Deoque appropinquans necessario dilectissimæ à Deo virtutis recordaris. Mihi credite, quo quis Deo propinquior est, eo disertius ac festinantius agnoscit seruandæ fraternæ charitatis vnionem.

18. Abrahæ sacrificium Eucharisticam mensam figurabat Algero. Litaturus Patriarcha vaccam trimam, & arietem trimum, columbamque, & turturem, sacro iam hærebat Altari. *Qui tollens vniuersa hæc, diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit: aues autem non diuisit.* Gen. 15. Vaccam, capram, arietem diuidit sacro Altari offerendum, aues minime diuiduntur. Quare precor: Dum vacca, capra, aries passionis Dominicæ typus offertur, dum in mensa Altaris conuiuij Eucharistici geritur simulachrum, recordatus Patriarcha fraternæ charitatis à diuisione abstinuit. An non columba & turtur fraternæ dilectionis imago? Petrus

Damia. Dam. Epist. 25. *Columba, & turtur sese in altum cælestis desiderij pluma sustolleant, dum sacrificium offertur à mutua dilectionis glutine non recedunt:* Quia dum aries litatur Isacci, dum Christus in Eucharistia passionis præsentatione offertur, qui sacrificio dat operam aut offerendo, aut communicando, non potest non vnionis fraternæ recordari, eiusque iura tueri.

Dum Abraham Christum in Eucharistia contemplatur, memor est fraterna vnitatis per ipsam perficiendo. Gen. 15.

19. Postquam Iacob filij fratrem Iosephum Madianitis vendiderant, illeque post tot rerum discrimina Prorex Ægyptum gubernabat, triticum impendens nationibus, vt veram Saluatoris mundi imaginem gereret: fratres fame compulsi non semel ad Ægyptum empturi frumenta fuere profecti. Porrò in conspectu horreorum Præfecti à crimine exploratonis suspecti; proclamant: *Duodecim serui tui fratres sumus.* Gen. 42. Si iam diù fratres Iosephum vndecimum quidem fratrem ex animo odio succensi reiecerant: quonammodo non solum illius, sed etiam fraternæ dilectionis recordantur, illum, quem iudicabant mortuum ad fraternitatis numerum, seu gremium afferentes? Profectò quia magna illa Ægyptiaca mensa, quam Ioseph apponebat Regionibus, typum agebat magni illius conuiuij, quem melior mundi Saluator fidelibus apparaturus erat. Porrò in conspectu mensæ pacis non potuere non recordari Iosephum fratrem aduersus illos non *aliquid* sed multum habere: & illicò reconciliari illi curarunt ante panis receptionem: *Duodecim serui tui fratres sumus.*

Coram Eucharistiam figurante frumenta, fratres Iosephi fraternam charitatem redintegrare conantur. Gen. 42.

20. Audi precor pulchrum D. Chrysostomi commentarium. *Illi autem* (inquit hom. 64. in Gen.) *necessitate coacti, & volentes eum ad misericordiam flectere: dicunt, Duodecim sumus fratres serui tui. Etiam eum, quem negotiatoribus venundederant, in numero suo recensent: & non dicant, Duodecim fuimus; sed duodecim sumus fratres.* Expendo particulam, *Necessitate coacti.* Quænam illa necessitas? Non poterant frumentum typicum accipere, nisi prius læsam fraternitatem ad memoriam afferentes, fratri reconciliarentur, eumque exturbatum à fraternitatis societate, rursum adducerent ad gremium.

Necessario recordati sunt fratres fraterna vnionis, accepturi Eucharistia typum. Chrysost.

21. Cur existimas Cainum à Domino reprobatum, eiusque munera Numini non placuisse? *Respexit Dominus ad munera Abel, ad munera autem Cain non respexit.* Gen. 4. Certè quia Eucharistici sacramenti typum indignus expressit. Animo erat auersus frater iniquus ab Abele sanctissimo; cum autem Sacrificium litare parabat, recordatus non est vnionis fraternæ, vt prius fratri læso reconciliaretur. Paschasius lib. 4. in Mat. *Recordari conuenit. Cain & munerum eius. Ad quem cum offerret, non respexit Dominus, nec ad munera eius: profectò quia indignationem in animo contra fratrem gerebat.* Documentum quidem exponit conscientiæ profligatæ, qui præparans se ad sacrificium Eucharisticum, non recordatur illicò læsæ fraternæ charitatis.

Cainus reprobatus, quia typum Eucharistici sacrificij typo, non est recordatus fraterna vnione. Gen. 4. Paschas.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba.

Relinque ibi munus tuum antè altare, & vade prius reconciliari fratri tuo.

Iubet

Iubet Dominus, fideles à Sacrificij perfectione recedere, vt fraternæ charitatis colligationi dent operam.

Innuit Dominus plane, pacem esse bonorum omnium epilogum.

22. Chrysost.

O Ineffabilem pacis gloriam! *Honorem suum despicit Deus*, loquor cum Chrysostomo; *dum in proximo charitatem, & pacem requirit. Interrumpatur, inquit, ministerium meum, vt sit pax, & charitas integretur.* Quam vtilis pax & concordia hominibus, si Deus tam flagrans dilector vt homines pace donentur iubet sua munera detineri. Certè pax bonorum omnium est colligatio.

23. *Nullum est bonum, quod in vnica pace non contineatur.* Psal. 132. Gregor.

Cecinit Vates, *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Psalm. 132. Particulæ, *Quam bonum*, *Quam iucundum*, innuunt non vulgatem bonitatem, sed quasi bonorum colligationem. Gregorius per interrogationem legit, *Quid bonum, & quid iucundum, nisi habitare fratres in vnum.* Quid bonum? Terra, cœlum, sydera, aurum argentum, cœlestia bona. Certè cuncta hæc in vnione, ac pace recapitulantur. *Quid bonum nisi habitare fratres in vnum?* Augustinus, *Sonus iste tam dulcis est, quam dulcis est charitas. Sicut autem mater omnium donorum spiritualiū est charitas, sic & omnium bonorum mater est pax.*

Pax tam dulcis vt charitas. August.

24. *Christus dans Discipulis pacem vno verbo omnia dedit.* Luc. 24. Strab.

Parum esset, pacem omnium bonorum maius, si non esset omnium bonorum epilogatio Dominus è sepulchro resurgens victor illustrissimus Discipulis spolia victoriæ distribuit, *Pax vobis.* Luc. 24. Tam dilectis Discipulis tot laboribus actis ex tot bonis passione à te comparatis, ô Domine, solūmodo eos vnico pacis bono donasti. O bonum ineffabile, quod omnia bona cœlestia continet! Strabus *Qui pacem dedit, vno verbo omnia dedit.*

25. *Fratrum pax omniū prosperitatū est colligatio.* Gen. 37. Chald. Lipom.

Immittit Iacob Iosephū ad fratres inuisendos profatus, *Vade, & vide, si cuncta prospera sint erga fratres tuos.* Gen. 37. Chaldaica lectio, *Vide pacem fratrum tuorum.* Ergo pax fratrū illo vocabulo expressa est: *Vide, si cuncta prospera sint*, id est, si fratres cunctis prosperitatibus & bonis fruātur. Lipom. aduertit, Nunc *Celom Hebraico more ponitur, quo omnis prosperitas designatur.* Vna enim fratrū vnio omni prosperitate, omni bono potitur.

26. *Valetudinis, prudentia, fortitudinis, omnis prosperitatis, æterna salutis bona in vnum pace colliguntur.* Gen. 29. 2 Reg. 11. Gen. 41. 2. Reg. 18.

Quefinam cupit bonis expleri. An valetudine? *Nū quid nostis Laban filium Nachor: Sanus ne est!* Gen. 29 Hebraice, *Numquid pax est illi?* An prudētia, & fortitudine ad exercitus administrationem? *Quesiuit Dauid, quam rectè ageret Ioab, & populus, & quomodo administraretur bellū.* 2. Reg. 11. Hebraicè *Rogauit de pace Ioab, & de pace populi, & de pace belli.* An prosperitate omnimoda digna Deo largitore? *Absque me Deus* (ait Ioseph) *respondebit prospera Pharaoni.* Gen. 41. Hebraicè, *Respondebit pacē Pharaoni.* Chaldæus, *Non ex sapientia mea, sed a facie Domini respondebitur pax Pharaoni.* An æterna salute? *Est* (ait Dauid) *pax puero Absalon?* 2. Reg. 18. Saluos ne? Exhibuit nè ex pœnitudine perspicua salutis æternæ documenta? Omnia ergo bona, quibus impleri expetit humana auiditas vnica in pace continentur. Valetudo, prudentia, robur omnimoda prosperitas, æterna salus vnica in pace continentur.

27. *Omnia bona pace continentur.*

Si beatitudo cœlestis in pace reperitur, omnium bonorum proculdubio est epilogatio. *Vt si sunt* (ait Sapiēs de sanctis obeuntibus) *oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.* Sap. 3. Quanam in pace? In gloria. Cur ergo gloria pacis vocabulo designatur? Quia cum gloria sit bonorum epilogus, pacis nomine aptè designatur, quæ quidem omnium bonorū cumulus est. Vatablus, *Illi autem sunt in pace, fruuntur scilicet æterna felicitate.* Bonauentura, *Illi autem sunt in pace beatitudinis.*

Bona vno pacis vocabulo designantur. Sap. 3. Vatab. Bonau.

28. *Cum Deus pacem promittit, omnia bona se daturum pollicetur.* Leu. 26. Origen. Hesych. Rodul. Rixel.

Deus promittit Hebræis, *Dabo pacem in finibus vestris.* Leu. 26. Origenes, Pacem promisit Deus? Ergo pace Dei, *qua exuperat omnem sensum* Phil. 4 perfruemur, *nēpe requies, securitate, gaudio*, Hesychius, Deus pacem promittit? Ergo *concordia inter carnem & spiritum*, qua felicitas cœlestis munitur, potiemur. Rodulphus, Pacem Deus promittit? Ergo *æternum bonum* assequemur. Rixelius pacem Deus promittit? Ergo *contemplationis dulcissimo somno* soporabimur. Quorsū hæc? Deus non promisit, se daturum requiem, securitatem, gaudium, concordiam inter carnem & spiritum, contemplationis somnum, æternam beatitudinem, sed vnicam pacem. Cur ergo omnia hæc à Deo promissa esse affirmantur? Certè quia sinus pacis cuncta complectitur.

29. *Dum pacem imprecabitur Discipuli, omnia bona imprendi cupiunt.* Luc. 10. Tertul. Caiet.

Monet Dominus, *In quamcumque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui.* Luc. 10. Tertull. lib. 5. cont. Marc. annotat Iudæorum hāc fuisse salutationē. *Schalom lachem, Pax vobis*, Id est, *omnia prospera & fausta sint vobis.* Pende particulam, *Primum dicite: Pax huic domui.* Certè omnium bonorū compendium obtulere. Caiet. *Optima salutatio imprecatiua omnis boni sub nomine pacis; pax enim fert secum omne bonum.*

30. *Sine pace nō potest esse hæreditatis bonum.* Luc. 12. Chrysol.

Hinc colligo imprudentiā illius, qui Domino profatur: *Magister dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatē.* Luc. 12. Diuisionem vnionis fraternæ, pacisque læsionem postulas fieri, & putas posse bonum hæreditatis persistere. In pace omne bonum, nullum bonum sine vnione ac pace fraterna. Si adest diuisio, perit hæreditatis bonum. Chrysol. ser. 162. *Non potest dicere fratri, Diuide, qui per Prophetam docuit Psal. 132. Ecce quam bonum, habitare fratres in vnum. Dic fratri meo, vt diuidat hæreditatem. Quæ maior hæreditas, quam diuina vinculum charitatis: Quia hæreditas* cum diuisione *perit, charitas numquam.* Sine pacis vinculo nullum potest bonum aut hæreditatis temporariæ aut æternæ excogitari.

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba:

Relinque ibi munus tuum ante Altare.

Munus, quod litandum ad Altare fuerat allatum, non refertur ad domum; sed illico post reconciliationem factam, Domino offertur.

Monet, propositum Deo factum, votum vè non contemnendum; sed quamprimum executioni mandandum.

31. Paschas.

EX D. Paschasij mente non refertur munus, quod litandum erat, in domum, sed supra altare relinquitur; vt offerens, post initum fraternæ

ternæ dilectionis documentum, quamprimum offerre reuertatur. Oblationes enim Numini consecratæ, id est, votum, aut propositum non est contemnendum, nec differendum: sed illicò mandandum executioni. *Relinquitur munus, non refertur*, igitur fraterna dilectio, quæ perfectioni oblationis erat obstaculo: & tunc, id est illicò *venieas offeres munus tuum.*

32\. Vouerat Anna se adducturam ad Dominicā domum recipiendum infantem, nascitur Samuel, nutritur: instat pergendi in Templum occasio, Anna profata est: *Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat antè conspectum Domini, & maneat ibi iugiter.* 1. Reg. 1. Cur pia fœmina non perrexit in Delubrum? Certè quia munus illud iam reliquerat in altari: *Vouit dicens, Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus fueris, dederisque seruæ tuæ sexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius.* Necessum fuit infantem à lacte amouere priusquam ferretur ad Templum. *At adduxit eum secum postquam ablactauerat.* Ibid. Non retulit votum, sed reliquit in altari munus: post ablactationē autem infantis illicò pia mater veniens munus egregium obtulit. Chrysost. hom. de Anna. *Non solum quod illum Deo spopondit, verum etiam ex hoc quod non ausa sit ascendere priusquam ablactasset infantem, & adduceret, fœminæ pietatem licet perspicere. Non existimabat, esse tutum, relicta domo, ascendere in Templum, quod, cum accepisset donum, non sustineret absque dono comparere. Eoque tempore mansit* solummodo, *vt cum dono compareret.* Ac si diceret, Post sponsionem factam, & acceptum à Deo filium, relicto in Altari voto, operam dedit nutritioni infantis: & quamprimum potuit in Templum adducere, venit perficere sacrificium.

Anna relinquit in Altari voti munus, & vadit domū, vt alat ac nutriat infantem & illico veniens offert munus suum. 1. Reg. 1.

Chrysost.

33\. Cum Saulum Dominus ex equo deturbauit, clamante illo, *Domine, quid me vis facere.* Act. 9. ex sententia docti admodum Interpretis, si non emisit votum, saltem propositum firmum expressit Apostolus sese totum Christo offerēdi. An distulerit? *Cum placuit ei* (inquit) *qui me segregauit ex vtero matris meæ, vt reuelarem filium suum in me: continuò non acquieui carni, & sanguini.* Galat. 1. Preme aduerbium *Continuò*, Quonammodo *continuò*, si addit Paulus, se venisse Ierosolymam, & cum Petro Euangelium contulisse? Certè exposito in Altari illius propositi munere postquam ab Anania instructus est, illicò veniens munus suum obtulit, vadens prius ad Magistrum, qui eum diuinæ voluntatis præscriptionem edoceret. Ierosolymam venit, non dubius, aut non satis instructus, vt plenius instrueretur; sed apud fideles omnes se totum Domino luarum. Sic Chrysostomus.

Saulus propositum relinquit in Altari donec instructus ab Anania, illicò perficit sacrificium. Act. 9. Gal. 1.

Petrus & Andreas à Domino aduocantur. *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.* Audientes vocantis sententiam se se offerendi propositum exposuere. *Continuo autem, relictis retibus secuti sunt eum.* Mat. 4. An reliquere in altari munus? Minime, quia non erat læsa fraterna charitas: Petrus & Andreas pergunt incunctanter: Ioannes & Iacobus properant ad Magistrum. Fratres erant vnione fraterna colligati, ideo mox sacrificium propositi circa perpetuum obsequium obtulere. Bernardus ad illud: *Ecce nos* reliquimus omnia. *Quantos mundi maledicta sapientia supplantat, & conceptum in eis extinguit spiritum* (seu propositum) *quem voluerat Dominus vehementer accendi. Noli, inquit, præcipitanter agere, diu considera, diligenter intuere. Magnum est, quod proponis. Hæc sapientia mundi terrena suffocatrix vna, mater tepiditatis, quæ solet Deo vomitum prouocare. Vocat magni consilij Angelus, quid aliena consilia præstolaris. Deduc me; & deducar; fortior esto, & inualesce; noui ego, quænam sunt, quæ oportet fieri cito.* Ab ore putei gehennæ eripior, & inducei os petam, & cunctabor exire; si fortè interim fiat aliquid? 34.

Apostoli, quia non nulla necessitas differendi propositum, continuo Dominum sequuntur. Mat. 4.

Taxantur qui munus propositi non illicò offerunt. Bernar.

Promisit quidam sequi Dominum, sed petiit veniam, vt patri vita functo iusta persolueret. Cui Dominus, *sine mortuos sepelire mortuos suos,* Mat. 8. Cur non permittit filium exequiis parentis interesse? Profectò nulla aderat causa vrgens propositi munus in Altari relinquendi, vnde illicò erat perficiendum sacrificium. Sine mortuos sua cadauera sepelire: tu autem ex proposito viuens incunctanter implere satage. Bernardus citatus. *In Euangelio legimus, promittenti cuidam sequi Dominum, sed defunctum prius patrem sepelire volenti responsum à Christo, vt fineret mortuos* sepelire mortuos suos. Quia differendi propositi impletionem causa non aderat. 35.

Post appositum in Altari propositi munus voluit quidam relinquere, vt patrem sepeliret, quem Dominus reprehendit. Mat. 8. Bernar.

D. Augostinus ad Psal. 102. *Miserator, & misericors Dominus, longanimis, & multum misericors,* ait Dauid. *Deus te longanimitate sua parcendo ad pœnitentiam adducis, tu autem quotidie dicis: Finietur hodiernus dies, & propositum implebo crastino die. Fratres, non tardetis. Sunt enim qui præparant conuersionis munus, & differunt offerre: & fit in illis vox coruina, Cras, cras. Coruus de Arca missus non est reuersus. Non quærit Deus dilationem propositi in voce coruina, sed conuersionem in gemitu columbino.* 36.

Quam periculosum est munus propositi non illicò offerre, relictum in Altari sine necessitate. Psal. 102. August.

De coruis huiusmodi cecinit Vates, *Cor eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento suo.* Psal. 77. Hieronymus, *Nec permanserunt in pacto eius.* Multa cum Deo pacti sunt, exponentes propositum, aut votum emittentes. At *voce coruina Cras, cras*, relinquunt quidem munus propositi in Altari, & discedentes ad pristinas actiones, reuersi non sunt ad libaminis perfectionem. 37.

Hi à Dauide taxantur.



LIBER SEXTVS.

SERMO DE DVPLICIS DOMINII INCOMPOSSIBILITATE.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput sextum Matthæi.

Panegyrici Morales circa literam in Iesum Concionatorem.

PROLVSIO.

Dominici vitalis ligni FRVCTVS SEXTVS.

ONGIOREM protrahit orationem Dominus, quia abundantissima materia segetem copiosam offerebat, quæ disertissimum alium redderet inopem. Proponit incompossibilitatem duplicis dominij, Dei scilicet, & mammonæ: vt ab auaritia, ac nimia terrenarum rerum (vt de esca & indumento) sollicitudine auocet. Profectò Mariæ alumni vni solummodo Domino subiiciuntur; nec enim vna in sede morantur Mariæ obsequium & immundissimarum mundi voluptatum affectus. Pulchrè Laurentinus lib.2. de Laud. Virg. *Sciens, quod nemo potest duobus Dominis seruire, Matth. 6. non est seruiendum mundo, non Diabolo, non carni. Seruiendum Mariæ,* (sic vni Domino præbes obsequium) *ad quod quidem triplex est munditiës necessaria. Id est, ne Mariæ famulus seruiat Tyranno triplici Mundo, Diabolo, Carni.* Ergo Mariæ alumni vnico Numini, auxiliatrice Deipara, libant obsequia.

Richard. Laurent.

MATTHÆI CAP. VI.

VERS. 24. NEMO potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit: & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ.

PARAPHRASIS.

24. INTER *homines non reperies duos tam commodis moribus, vt idem seruus possit duobus heris satisfacere. Nam si domini sint inter sese diuersis moribus dissidentes necesse est, vt seruus, si velit alteri probari, alterum illum non deserat solum, sed alteri adhærens, oderit etiam, quem deseruit. Si rursus ab hoc velit ad alterum deficere, in hunc vnum amorem, & obsequium omne transferat oportet, neglecto eo, quem reliquit. Qui verò sic inter se pugnant; vt Deus & mammona? Quo modo vnus duobus seruiet, cum imperent tam diuersa?*

25. Ideo

25. Ideo dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis: neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est, quam esca? & corpus plus, quam vestimentum?

25. Diuitum vulgus auaritiam excusare assolet necessitatis humanæ prætextu. Fami, inquiunt, & nuditati consulendum. Ego volo vos, hac quoque solicitudine vacare; ne quid ea cura vos auocet à rerum meliorum studio. Nolite in longum reponere tempus: nolite discruciari solicitudine de parandis cibis, ac indumentis. Nonne vita res est pretiosior, quam cibus? Nonne corpus est pretiosius vestimento? Hæc tanto meliora qui dedit non solicitis: an grauabitur, vilioribus hisce rebus alere, tuerique, quod dedit?

26. Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cœlestis pascit illa. Non ne vos magis pluris estis illis?

26. Si quæritis exemplum, vertite oculos ad animantia reliqua, quæ vestra gratia Deus condidit. An quidquam suo victu destituit. Considerate volucres cæli: non serunt, non metunt, non recondunt in horrea; & tamen Pater vester cœlestis omnibus illis cibum suppeditat. Et vos despiciet, quos tanto pluris, quam auiculas facit? si autem destituat ille, quid vobis vestra sollicitudo proderit?

27. Quis autem vestrum cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum.

27. Vultis videre, quam sit inutilis de rebus huiusmodi animi solicitudo? Quis est homo, qui quamuis magna solicitudine, possit vnum cubitum addere corporis sui modulo? sed cuiusque corpus, ipso ne cogitante quidem, crescit vsque ad præscriptam à Deo magnitudinem. Qui te non solicito, facit, vt corpus tuum augescat, ac roboretur: idem de victu citra tuam solicitudinem prospiciet.

28. Et de vestimento quid soliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant neque nent.

28. Iam nè vos solicitos habeat corpus vestimenti prouidentia: contemplamini lilia, quæ nulla hominum cura nascuntur, & crescunt in agris: non laborant, neque nent. Quis autem illis de vestitu prospicit? Quis nisi Pater cælestis?

29. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis.

29. Et ita prospicit, vt nec Salomon Rex opulentissimus, ac splendidissimus vnquam sic amictus fuerit, etiam cum maximè strepitum diuitiarum suarum ostentaret, quemadmodum vnum quodlibet ex his contemptis, neglectisque liliis, quæ non in hortis, quibus nonnihil humanæ curæ tribuitur: sed in pratis sponte proueniunt?

30. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei?

30. Quod si Pater vester herbam vilem, moxque perituram, quæque hodie nitet in agris, cras demessa, & arefacta in clibanum mittenda, tanto nitore vestit. [Cur vobis defutura vestimenta putatis, quæ qualiacumque non ad ornatum, sed ad necessitatem quærenda sunt; O fidei modicos.

31. Nolite ergò soliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.

31. Abiicite ergò istam humilium, & sordidarum rerum solicitudinem, vt anxij trepidique dicatis: Quid edemus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Ethnicorum istæ voces sunt, non Christianorum; siquidem illi aut Deum esse non credunt, aut non credunt agere curam mortalium. Quis est inter homines pater tam impius, vt liberis suis de rebus ad vitam necessariis non prospiciat? Vos Patrem habetis diuitem, benignum, prouidum adeo, vt omnibus sufficiat; & metuitis, nè filiis suis non suppeditet ista, sinè quibus non viuitur?

32. Quærite ergò primum Regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis.

32. Prima ergò cura sit eius boni ad quod ista collata nullius sunt momenti: reliqua leniora, quæ pertinent ad huius vitæ necessitatem, Pater optimus vltro vobis non soliciti velut auctarium adiiciet. Vt vtroque nomine gratias illius munificentiæ agatis: & quod illa summa vobis adnitentibus præstiterit, & hæc citra vestram solicitudinem adiecerit.



SECTIO PRIMA.

Diuitiarum Seruitus.

TEXTVS.

VERS. 24. NEmo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. 25. Ideo dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis: neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est, quam esca: & corpus plus, quam vestimentum?

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Cur nemo possit duobus dominis obsequium præstare?

1. *De cōtextu.* NEmo potest duobus dominis seruire.] Curauerat Dominus Discipulis persuadere, in terra minime thesaurizandum: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur*, &c. Id duplici ratione probauerat: de quibus supra scripsi. Tertiam hîc adiicit rationem, qua confirmat, cor non esse diuitiis sepeliendum. Deus, ait, & Mammona, siue diuitiæ, vel thesaurus duo sunt domini; ergò cum nemo possit duobus dominis inseruire: nemo Deo & diuitiis seruire valet. Oportet seruire Deo; ergo diuitiis minime seruiendum. Ille autem diuitiis inseruire obiicitur, qui thesaurum in terra magna cupiditate ac cura recondit.

2. *Obiectioni fit satis.* *Chrysost.* Arguis, eundem seruum patri seruire, ac filio: viro, & vxori; ergò non impossibile duplici domino obsequium impendere. Respondet Chrysostomus, verba Dominica de duobus Dominis, contraria imperantibus, intelligenda. Ego quidem intelligo de duobus dominis, quibus sit omnino subiectus seruus, qui diuersa iubeant, & qui subordinati non sint. *Auctoris mens.* Nam pater & filius: vir & vxor multi quidem domini sunt, sed subordinati idem iubent, & ideo pro eodem domino reputantur.

Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet.] 3. *An sit opus Hebraismo ad expositionem.* Hebraismo *Vnum* pro primo, *alterum* pro secundo positum esse aliqui contendunt, hoc sensu: Aut enim primum dominum odio habebit seruus, & secundum diliget; aut primum sustinebit; & alterum contemnet. Existimo haud opus esse Hebraismo, & sine illo commodissime sententiam expono. Aut enim vnum ex duobus dominis odio, & alterum amore prosequetur. Aut vnum ex iisdem duobus, & si non diligat, tolerabit, illique submittetur; & alterum spernet, minimeque curabit. *Sine Hebraismo expono.* Anselmus, *Non potest quis seruire duobus dominis inter se dissidentibus.* Chrysostomus, *Contraria iniungentibus*, concordia enim multos

vnum

vnum facit. Anselmus, *Aut enim diabolum odio habebit, & Deũ diliget; aut diabolum diliget, & Deũ contemnet.* Strab. *Aut vnum, id est, diabolum sustinebit, & alterum, id est, Deũ contemnent homines cõcupiscentia victi, & diaboli persuasione, nec diabolũ diligunt, sed cupiditate implicati eum patiuntur.*

Strab.

4. *Non potestis Deo seruire, & mammona.*] Anselmus, *Iam explicat, quinam sint duo Domini.* Portò contraria imperia contrarias habent voluntates, contraria iniungunt, dissident inter se; ergo *non potestis Deo seruire & mammona.* Mammona quid? Hieronymus, *Mammona sermone Syriaco diuitiæ nuncupantur.* Alibi vberius mammonæ originem, & vim expendo.

Haud possumus Deo, ac mammonæ seruire. Anselm. Hieron.

5. *Non potestis seruire.* Non dixit, Non potestis habere diuitias, sed *seruire eis.* Vt enim Hieronymus adnotat, *aliud est, diuitias habere, aliud illis seruire.* Ille diuitiis seruit, qui, serui instar, diuitiarum cupiditati obsequitur: vtque diuitias congreget, non timet piaculis illigari. *Non dixit Dominus, Qui habet diuitias; sed, Qui seruit diuitiis. Qui enim diuitiarum seruus est, diuitias custodit, vt seruus. Qui autem seruitutis excussit iugum, distribuit eas, vt Dominus.* D. Chrysostomus confirmauit Iobi exemplo hom. 22. in Matth. *Iob diues erat, non tamen pecuniæ seruiebat. Sed habebat diuitias, eisque, vt congruit, imperabat: nec erat famulus earum, sed Dominus. Sicut enim alieni patrimonij dispensator, ita omnia illa possidebat, non modo aliena non rapiens; sed propria quoque indigentibus largiens.* Addit, *Non tales sunt ætate nostra diuites, sed captiui omnibus deterius affecti, & sicut inuiti cuidam tyranno tributa pendentes, non quiescunt à misera seruitute. Quasi enim arcem quandam, ita eorum mentes amor auri insedit. Vnde per dies singulos præcepta eis plena iniquitatis imponit.* Et Imperfectus, *Aliud, inquit, est habere diuitias; aliud, seruire diuitiis. Si habes diuitias, & diuitiæ non te faciunt superbum, aut violentum, sed secundum quod potes, das impotentibus; Dominus es diuitiarum tuarum, non seruus; quia non te diuitiæ tuæ tenent, sed tu diuitias tuas.* Triplici teste asserui, quod amatores mundi difficilè credunt.

Aliud est, habere diuitias: aliud eis seruire. Hieron. Chrysost. Imperf.

§. II.

De solicitudine circa victum, & vestitum depellenda.

NE solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis.] Sic mammonæ seruitutem excutite è ceruicibus, vt neque de cibo, neque de indumento soliciti sitis; sed hæc à munificẽtissimo vero Domino absque anxia vestra solicitudine vos accepturos esse confidatis. Hinc Petrus, *Omnem solicitudinem proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis,* 1. Epist. 5. Anselmus, *Dico ideo vobis, ne soliciti sitis, &c. ne cura eorum retrahamini ab æternis, quia terrena nihil sunt,* Hieronymus, *Labor exercendus, sollicitudo autem, quæ mentem perturbat, tollenda.* Chrysostomus, *Non sollicitudine spirituali, sed labore corporali acquirendus panis.* Anselmus, *Si sollicitudine afficimini circa temporalia, hoc est mammonæ, aut diuitiis seruire.* 6.

Sollicitudo de cibo, ac indumento taxatur. 1 Pet. 5. Anselm. Hieron. Chrysost. Anselm.

Anima vestra.] Numquid anima manducat, aut vestimento tegitur? Respondet Chrysostomus propterea dictum, *Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, &c. quod anima sine cibo in corpore esse non possit.* Aliter anima sumitur pro vita, ne sitis solliciti vitæ vestræ quid manducetis. Sic Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte, cap. 22. *Quæri solet, vtrum ad animam cibus iste pertineat, cum anima incorporea sit? sed animam hoc loco pro ista vita positam nouimus, cuius retinaculum est alimentum istud corporeum.* 7.

Manducat ne anima, aut induitur? Chrysost. August.

Crediderim animam hoc loci pro anima non pro vita accipiendam; quia in verbis consequentibus sic accipitur. *Nonne anima plus est, quam esca; & corpus plus, quam vestimentum?* Duas Dominus partes hominis commemorat animam, & corpus, quarum fecerat mentionem. Ideo hæret Chrysostomo hoc sensu: Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, id est, nolite sollicitudine affici circa cibum, cuius vi anima in corpore commoratur: & sine quo è corpore recedit. 8.

Authoris sententia.

Nonne anima plus est, quàm esca: &c.] Qui quod maius est, dedit: quod minus est, non negabit: Nonne animæ existentia in corpore præstantior est cibo? Nonne corpus præcellentius est indumento? Deus animam præstantiorem, præstantiusque corpus impendit; ergo quod minus est, cibum, indumentumque largitur. Hieronymus vnico verbo, *Quod dixit Dominus, istiusmodi est: Qui maiora præstitit, vtique & minora præstabit.* 9.

Hieron.

IN IESVM CONCIONANTEM PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS.

CIRCA LITERAM.

EX DIVITIARVM SERVITVTE.

Observatio I.

Ad illa verba:

Nemo potest duobus Dominis seruire, &c.

Qui Deum amat, necessariò abstrahi debet à cuiusuis creaturæ, filij, vxoris, *&c.* dilectione.

Neque enim in vna sede morantur dilectio Dei, & creaturæ.

EXplicat locum Maldonatus, à cuius calamo in commentario abstinui, vt ipse huic cogitationi fundamen apponeret. *Natura ipsa prohibet, vt amor serui distrahatur in diuersos Dominos. Vnus Dominus multos seruos habere potest, vnus seruus multos Dominos habere non potest. Quia Domini est, seruum non amare sed regere: serui Dominum non regere, sed amare; Imperium diuidi* 10.

Maldon.

potest, amor non potest. Pulchrè. Si ergo qui seruit Domino increato, eum debet amare, & amor diuidi non potest: haud poterimus Deo seruire, & creaturæ; quia non poterimus Deum, & creaturas simul amare.

11. *Amor diuidi non potest. Abraham vnicè diligebat filium: sed quia veraciter vnicè diligebat Deũ, filium voluit litare.* Gen. 22. Basil Seleu.

Amor indiuisibilis omninò est. Deus ad Abraham, *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac.* Gen. 22. Cur addidit particulam, *Quem diligis*, si nullus pater filium non amat? Si filius est, quis dubitet esse dilectum? Profectò ideo Deus notanter expressit Abraham filium diligere, quia veraciter illa dilectio poterat pleno ore *Amor* appellari. Quare, precor? Quia Isaac vnicè à parentibus amabatur. Belle Basilius Seleu. orat. 7. in Abrah. *Vt increuit infans, suaque balbutie parentum sanciauit amorem, simul increuit, quod in infante parentes amarent, totusque parentum amor indiuisus in vnum conferebatur.* Ergo *tolle filium, quem diligis*; ille enim veraciter amor est, qui non diuiditur. Iam quæsierim, cur Dominus iubet Abrahamo vnicè dilectum filium litari? Vt ostendatur verax Patriarchæ erga Deum dilectio. Si contemnit filij vitam, vt Domino obsequium præstet: Deum vnicè diligit, quia filium solum diligit propter Deum. Obediens Abraham non dubitat filium immolationi tradere. Vnde Deus. *Nunc cognoui, quod times*, (id est, amas) *Deum, & non pepercisti vnigenito tuo.* Ibid.

12. *Gallus repellitur à sacrificiis, quia duo respiciebat simul obiecta.* Gemin.

Cur existimas: gallum à sacrificiis olim exclusum? Multa Patres. Geminianus lib. 4. cap. 53. respondet, *Vnum oculum inferius deprimit, & alterum in aëra dirigit.* Haud sic Abrahamus, non aspiciebat vno lumine Deum, & altero filium. Singulari intuitu ad Deum ferebatur.

13. *Sponsa vnus amor solummodo Deum aspicientis.* Cant. 4. Gillib.

Hinc sponsus commendat fulgentissima sponsæ fidelis amantis verè luminaria. *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Cant. 4. Te veraciter diligentem effero, quia vno & altero lumine Deum aspectas, nec simul curas Dominum, & creaturas aspectare. Gillibertus serm. 30. in Cant. *Oculus tuus* vnus est, si purus est. (*In vno oculorum.*) *Vnus est, si quodammodo simplificatus, & strictus, & directus in vnum est: non fissus, non diffusus, non sparsus in multa. Oculus tuus vnus est, si intendis, & intueris semper in vnum. Denique si amoris oculus est, vnus est.*

14. *Totum cor Dei dilectioni impendendum, amor hoc haud potest secari.* Luc. 18. Basil.

Dominus ait, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua.* Luc. 18. Cur aceruantur verba: *Ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus, ex omni mente?* Vt innuat nullam ex corde, ex anima, ex mente, ex viribus creaturis amandis particulam esse reseruandam. Basilius apud D. Thom. in Cat. *In cæteris non recipit sectionem, nam quantamcumque dilectionem in infimis expenderis, hoc tibi necessario à toto deficiet.* Totum cor, tota anima, tota mens Deo? Nulla creaturæ pars amantis relinquitur.

15. *Amoris diuini ignis non recipit ignis alieni consortium.* Leu. 10. Cornel. a Lapid.

Amor ad creaturam ignis est à diuina alienus dilectione, haud sacra flamma & secularis ignis poterunt copulari. Nadab & Abiu *imposuerunt ignem, & incensum desuper offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Egressusque ignis à Domino deuorauit eos.* Leu. 10. Noster Cornelius, *Ex hoc altari ignis sacer non ferens consortium ignis alieni prosiliit, eumque cum offerentibus absorbuit.*

David canit, *Quid enim mihi à te est in cælo, & à te quid volui super terram? Deus cordis mei, & portio mea Deus in æternum.* Psalm. 72. Preme τὸ *Deus cordis mei, & portio mea.* Liceat vulgariter exprimere, *Dios es el lleno de mi coraçon.* Haud potest cordis particula creaturæ alicui locum exhibere. De quodam Monacho Deum toto ex corde diligente ait Theodorus Studit. Cath. 18. *Vbi è cella prodiret, tegumentum capiti imponebat, ne aciem in iubar solis intenderet, fatus: Ecquid est, cur temporarium lumen videre velim?* Pleno corde, potero creaturæ alicui pulchræ locum vel exiguum exhibere? Adiicit Pater, *Ad eundem modum & Dei studiosus cunctis amissis, solo diuino amore nititur.* 16.

Qui Deum diligit, non potest terrena affectioni locũ in corde exhibere. Psal. 72. Theodor. Studit.

Observat. II.

Ad illa verba:

Nemo potest duobus Dominis seruire.

Qui Deo seruire, ac ministrare perfectè curat, à terrenis, ac sæcularibus negotiis abstrahatur necessum est.

Seruire enim Deo, & sæculo est impossibile. Religiosos propinquorum aut amicorum litibus, aliis ve occupationibus ab instituto alienis curam impendentes interim taxo.

ANselmus, *Nemo potest Deo & sæculo seruire inter se diffidentibus.* Chrysostomus, *Contraria in vngentibus.* Qui è sæculo properans Regulare init institutum, vt soli Deo præstet obsequium: caueat, ne ad sæculi redeat seruitutem, dum pietatis quandoque prætextu ad secularia negotia remeat, à regulari institutione prorsus aliena. 17 Ansel.

Ex Ægypto Hebræi egrediuntur eos exprimentes, qui ad desertum Religionis à sæculari tumultu transferuntur. Moyses indicit. *Cuncti greges pergent nobiscum, non remanebit ex eis vngula, quæ necessaria sunt in cultum Dei nostri.* Exod 10. An non poterunt greges offerri Domino, eiusque cultui ministrare, licet eorum *vngula* maneat apud Ægyptum? Minimè verò. An putas vngula te Ægyptum tenere posse vt propinqui negocia geras, & simul in deserto morari? Dei obsequium totum hominem requirit, si ad gregem illum fælicissimum pertineat, qui Domino in holocaustũ est offerendus. 18.

Israelitæ, seu Religiosi ad desertũ properantes, non possunt apud Ægyptum gradi simul.

Omnino, ais, ex Ægypto discedam, cum nomen do Regulari instituto; sed reuertar ad sæcularem tumultum, ad Regum curiam, vt propinqui, aut amici causas geram. Profectò qui è seculo egreditur, vt Deo obsequium præstet, semper in conspectu Domini debet commorari, quia holocaustum in conspectu Domini debet semper existere. Dauidicum carmen agnatum argumento. *Holocausta in conspectu meo sunt semper.* Psal. 49. Vbi Augustinus, *Holocaustum est sacrificium, quod totum igne consumitur. Talia holocausta in conspectu Dei sunt semper.* Quid Religiosus? Holocaustum. A Dei conspectu 19.

Religiosum est holocaustum, quod debet semper esse in conspectu Domini, non recedere ad curiam. Psal. 49. August.

abstrahi

abstrahitur, vt curiam ioeat? Holocaustum minimè iam existit.

10. *Si Deum in cœlo claustri habes, quid tibi cum terris.* Psal. 72.
Alibi Vates, *Quid mihi est in cælo? & à te quid volui super terram.* Psal. 72. Quid tibi est in cœlo? Deus, cuius obsequio te omninò tradidisti. Profectò si me totum tibi, ô Domine, addixi, à te recedens, quid *super terram* requirere studeo? Haud possum tibi, & terræ obsequium impendere. Hebraicè, *Quid tecum volui in terra?* Nihil tecum in terra possum appetere, quia à terreno tumultu abstractus in deserti abditis commoratis. Ergo sine te sæculum mihi exitiale erit. Paraphr. Chald. *Tecum socium non volui in terra.* Si socius les v adscribor, alium terrenum socium mihi colligare studebo? Absit.
Chald.

21. *Si cor nostrũ excipit Deũ, vt ei seruiat, non est capax alterius, si vim ipsius hominum excipiẽtis Deum est capax.* Ezech. 40. Gregor.
Cor, ais, latissimum est, simul Dei obsequium, & sæculare ministerium capere valebit. Haud à Dei obsequio recedam, licet in corde affectionem ad propinquorum, aut amicorum negotia gerenda admittam. Ita ne? Ezechielem audi. *Et mensus est thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum.* Cap. 40. Ad quæ D. Gregorius, *Qui sunt in sancta Ecclesia thalami, nisi eorum corda, in quibus anima per amorem sponso inuisibili coniunguntur. Sed angustum est stratum ita vt alter decidat, & breue est pallium, ita vt duo operiri non possint.* Vnde necessarium est vt vel ipse animus Christum inuitans ad cordis thalamum foras quodammodo egrediatur ex eo, quod creatura est: vt soli Deo pateat cor, quod quidem adeò impletur cœlesti hospite, vt nullius creaturæ adhuc sit capax. Ergo seruiens Domino cœlesti, nullatenus potest creato Domino seruire. Augustinus, *Minus tibi seruit, qui tecum alicui seruit, quod non propter te amat.*
August.

22. *Qui verò Deo seruit, quomodo potest alij ministerio vacare?* Cant. 2. Origen.
Et nescio, quonammodo, ei qui mancipatus est ex regulari institutione Dei obsequio, possit subesse alterius obsequij memoria, tempus, voluntas. *Amore langueo*, inquit sponsa. Cant. 2. Origenes, *Vulnerata charitatis ego sum.* Saucia est mea charitas in Deum, nullæ mihi suppetunt vires ad alia munia obeunda. Addit pulchrè Doctor, *Hæ amore Dei sancta diurnis desideriis, nocturnisque suspirant, aliud loqui non possunt, audire aliud non volunt, cogitare aliud nesciunt, desiderare aliud præter ipsum, vel sperare, vel seruire alij non libet. Anima in tam felici ægritudine constituta dicit optimè, Vulnerata charitatis ego sum.*

23. *Signum reprobationis est, à Dei seruitio ad sæcularium negotia Religiosum exire.* 1. Reg. 20. August.
Vereor, ne Religioso sit reprobationis signum, sæcularibus affectionibus circa propinquos, seu amicos nimium, deferri: vt è claustris progrediantur ad sæcularia munia. Ionathas ad Dauid si dixero. *Ecce sagittæ intra te sunt; tu veni ad me, quia pax tibi est. Si autem dixero. Ecce sagittæ vltra te sunt: vade, quia dimisit te Dominus.* 1. Reg. 20. Augustinus ait, *Sagittaueras tu Deus, cor meum charitate tua.* Si ergo intus sagittæ, id est, si Dei amor te recludit in cellula, nec affectio ad sæculum remeare gestit: pax tibi est, securitas, atque signum electionis. At si vltra te sunt, si affectio tua ad propinquorum obsequium exierit, si ad seculum properarit: *Dimisit te Dominus.* Alij legunt, *Amandauit, dimisit* te è sua domo, ac seruitio Dominus; quia *nemo potest duobus Dominis seruire.*

24. *Si pascerit à Deo, quo iure seruis mundo?*
Si seruum pascis, & eius obsequio aliter voluerit extraneus potiri: meritò conqueri poteris. Ergo qui Deo seruit, ab eoque reficitur, quo iure poterit alterius dominio subiacere. *Diliges Dominum Deum tuum.* Luc. 18. Colligit Theodoretus ad Psal. 49. ei soli seruiendum quia Dominus Deus tuus, qui te ab Ægyptiaca seruitute liberauit, *qui per mare viam aperuit, qui in solitudine pauit.* Si pascit te, & liberatum ab Ægyptiaca seruitute in deserto claustri collocauit, & mare ipsum murum diuisionis apposuit: quo iure (*Tirando salario, y gages de Dios sinnor tuyo*) ad Ægyptiacam properas seruitutem, & Domino seruis, qui te pascere nullatenus potest?
Luc. 18. Theodor.

Observatio III.

Ad illa verba:

Non potestis Deo seruire & Mammona.

Qui diuitiarum studio seruit, Deo minimè potest obsequium exhibere.

Quia amans diuitias, Deum consequenter contemnit, eiusque præcepta transgreditur.

ANselmus ait, *Non potestis Deo seruire, & mammona. Exprimit, qui sint duo Domini Deus, & diuitiæ. Non possumus simul Deo & diuitiis seruire: quia vnum sustinebimus, & alium contemnemus, Deum scilicet postponemus amori diuitiarum.* O diuitiæ homines ad Dei contemptum impellentes! 25. Anselm.

Auarissimus Iudas, vt seruiret mammonæ, 26. *Iudas seruiens mammonæ, Deũ adeo cõtempsit, vt vili pretio venderet.*
seu marsupio suo Christum adeo contempsit, vt vili pretio venderet ad mammonæ obsequiũ. Magdalena vnguentum insumpserat, inungendo Domino, ex cuius pretio Iudas decimam partem marsupio erat surrepturus. Vnde exclamauit, *vt quid perditio hæc?* Matth. 26. vbi Hieronymus, *Infelix Iudas damnum, quod ex effusione vnguenti se fecisse credebat, vult Magistri pretio compensare.* Glossa 14. q. 1. §. *arguitur nos. Iudas consueuerat furari decimam partem eorum, quæ sibi dabantur seruanda: & vnguentum aliud effusum volebat vendi, cuius pretium erat trecentorum denariorum, eorum decima pars erat triginta Vt igitur compensaret damnum, triginta denariis argenteis fecit proditionem.* O seruitus diuitiarum sic Deum contemnens, vt eum tam vili pecuniæ postponat, vt mammonæ posset inseruire.
Matth. 26. Hieron. Glossa.

Exaggero Iudæ auaritiam, & ex seruitute 27. *Ita contempsit, vt non peteret certam pecuniam, sed velut mancipium fugitiuum ad emenuis voluntatem daret.*
mammonæ contemptum Dei. Haud certam petiit pro traditione pecuniam, sed proclamauit, *Quid vultis mihi dare, & eum vobis tradam?* Matth. 26. Cur non certam summam postulas pecuniarum, vt seruias magis mammonæ? Implere cura marsupium multis aureis, cur argenteis paucis vis adhuc vacuitate laborare? Certè licet seruiebat Iudas mammonæ, non poterat pretio magno Saluatorem tradere, quia qui seruit mammonæ simul Deum contemnit: vnde curauit auarus non eum velut margaritum pretiosissimum pretio magno commutare: sed velut vilissimum mancipium vilissima tradere pecunia. Hieronymus. *Iudas non postulat certam summam, sed quasi vili tradens mancipium, in potestate ementium posuit.*
Matth. 26. Hieron.

28\. Conqueritur Dominus Zachariæ ex ore. *Appenderunt mercedem meam triginta argenteos: & dixit Dominus ad me, Proiice illud ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis.* Cap. 1. Ironicè Dominus exprimit Iudæ, & Principum Iudæorum contemptum, eum, eo ementium pretio, quod pro seruo, aut ancilla occisa solebat exhiberi. Hieronymus sic ad cap. 27. Matth. & constat Exod. 21. Vnde Tertullianus lib. 4. contr. Marc. cap. 40. *Acceperunt triginta argenteos quem appretiauerāt, id est, pretium honoratı.* Ironicè exprimit Iudæ contemptum, Principumque Sacerdotum auaritiam, vt enim communi mammonæ seruirent, Dei Filium contempsere.

Conqueritur Dominus de hoc ex seruitute mammonæ contemptu.
Zach. 1.
Hieron.
Tertull.

29\. Huiusmodi contemptum ponderat Chrysostomus hom. de Iuda proditore, *Dic Iuda omnium sceleratissime, hæc te Magister docuit? Ideo admonebat, dicens: Ne possideatis aurum, & argentum, aut æs in zonis vestris.* Matth. 12. Ne scilicet mammonæ seruientes, Dominum contemnatis. *Tradis magistrum laceratus? Audiam lasionem tuam; forsitan quod tibi dæmonum tradidit potestatem, quod fecit languentibus subuenire: quod mortuos suscitare didicisti. Has beneficiorum vices exoluis? Omnem hunc contemptum mala cupiditas procreauit.*

Ponderatur Iudæ flagitium ex contemptu huiusmodi
Chrysost.

30\. Ex Iosue ore Deus semel & iterum præcepit, ne aliquid milites de anathemate tollerent. At Acham vt mammonæ seruiret, Deum contemnere non dubitauit. Ios. 6. Proh Deum immortalem! Sol sistitur Iosuë voce, *obediente Deo voci hominis.* Ios. 10. & homo Dei voci obedire contempsit? Certè qui mammonæ sustinet tyrannidem, Deum necessariò contemnit: *Vnum sustinebit, & alterum contemnet:* Pulchrè Ambrosius lib. 2. Offic. cap. 26. *Iosue, qui potuit solem sistere, ne procederet: auaritiam hominum non potuit sistere, ne serperet. Ad vocem eius Sol stetit, auaritia non stetit. Sol obedit voci hominis, iubente Deo: auaritia Dei iussioni ex contemptu eiusdem non obtemperat.*

Sol obedinit voci hominis, homo mammonæ seruiens, contempsit vocem Dei.
Ios. 6.
Ios. 10.

31\. Seruiebat mammonæ Balam, Dominus autem *Noli,* inquit, *ire cum eis, neque maledicas populo.* Num. 22. Vt autem suæ Dominæ mammonæ seruiret Deum contempsit, eius præcepta nihili duxit. Philo de vit. contemp. *Auaritia legum contemptrix est, tam scilicet humana, quam diuina; vt nihil omninò veneratur præter aurum.* Seruit mammonæ auarus, quid mirum Dominum si contemnat?

Balā seruus mammonæ, Dei præceptum contempsit.
Num. 22.
Philo.

32\. Aliter expono mammonæ cultorem Antiochum; de quo Hieronymus ad cap. 11. Dan. non modo contra Iudæorum Deum verum peccasse, dum altare aureum, candelabrum, vniuersaque vasa surripuit: *Sed etiam Dianæ Templum in Elymaide constitutum expoliare contendisse.* Etenim seruiens mammonæ ipsam sibi Diuam constituit veræ contemptor Deitatis.

Antiochus seruiens mammonæ, Deitatis contemptor.
Hieron.

33\. Pergens in Mesopotamiam Iacobus proclamat; *Si fuerit Dominus mecum in via, per quam ego ambulo; & dederit mihi panem, ad vescendum, & vestimentum ad induendum: reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum.* Vbi Chrysostomus hom. 53. in Gen. *Futuram præuidens abundantiam suam, declarabat gratitudinem, quod non vulgare argumentum erat sanctitatis. Solent enim diuitiæ, & rerum temporalium abundantia obliuionem, & contemptum Dei inducere.* Pulchrè. Crediderim, ideò Patriarcham perpetuum erga Deum obsequium, seruitutemque promittere, quia mammonæ seruum nullatenus addiait. Si enim seruiret mammonæ, illicò se à seruitute Domini subtraheret. Erat itaque argumentum sanctitatis, id est, signum, quod Iacob non seruiit mammonæ, siquidem perpetuo Dei mancipatur obsequio.

Magnum argumentū est, Iacobum non seruisse mammonæ, quia diues Deum non contempsit.
Chrysost.

Observatio IV.

Ad illa verba: *Vnum sustinebit, & alterum contemnet.*

Mammona quidem est Dominus, quem sustinent acquirendis diuitiis studentes.

Profectò importabilis auaritia Tyrannus.

PReme verbum, *Aut vnum sustinebit,* Quod quidem accommodandum est mammonæ seruituri, ex mente D. Thom. Cur vsus vocabulo *sustinebit*? Respondet Doctor pulchrè, *Patitur enim durum dominium quisquis seruit mammonæ.* 34.

Describit D. Hieronymus custodes aureorum communis mammonæ, siue Montium. *Ipsorum custodes sunt gryphes, & dracones & immensorum corporum monstra.* Quid ipsa mammona? quam difficilè ab auaris seruientibus miserè sustinebitur. 35.

Vel custodes mammonæ crudeles.

Ait Paulus, *Radix omnium malorum cupiditas.* 1. Tim. 6. legit Ambrosius, *Auaritia.* Theodoretus, *Cædes, & præstigia, furta, & rapinæ, iusiurandi violatio ex hac radice pullulant.* Theophylactus, *Neque viuentibus mammona parcit, sed hos quoque deprædatur, cum in parentes, & fratres insurgit, ac quæ Dei sunt, spoliat. Tolle hanc de medio & nulla erit tyrannis, aut immunditia aderit.* Et Chrysostomus hom. 17. ad locum Pauli, *Nonne mammonæ gratia rapimur, inimicitias subimus, contentiones eximus? Tolle mammonæ studium, & omnia mala sublata sunt, conquieuit bellum, cessauit pugna, hæreses, inimicitia.* Chrysologus autem serm. 126. *Mammona, id est, pecunia imperat gentibus, iubet Regnis, bella mandat, comparat bellatores, sanguinem vendit, agit mortes, prodit patrias, vrbes destruit, subdit populos, arces vrget, vexat ciues, foro præsidet, ius delet, fas, nefasque confundit: & ad mortes vsque tendendo fidem temat, violat veritatem, famā carpit, honestatem dissipat, soluit affectus, innocentiam tollit, pietatem sepelit, necessitudinem scindit, amicitiam subruit; & quid plura? Hoc est mammona, Dominus iniquitatis, qui inique humanis & corporibus dominatur, & mentibus.* An poteris tam durum tyrannum sustinere? 36.

Tyrannus mammonæ minimè potest sustineri, quia omnium incommodorum est aceruatio.
1. Tim. 6.
Ambros.
Theodor.
Theoph.
Chrysost.
Chrysol.

Tertullianus lib. 4. adu. Marc. *Dominatorem totius sæculi, & iniustitiæ cultorem nummum scimus omnes. Duos enim Dominos Christus nominauit, Creatorem, & mammonam.* An mammonæ dominatio suauis? O tyrannidem! *Iniustitiæ cultorem nummum scimus.* Vbi iustitia non viget, vbi pro cultu geritur iniustitia, intolerabilis tyrannis exponitur. 37.

Mammona totius sæculi dominatrix tyranna.
Tertull.

Miraris, à Tertulliano Dominum vocitasse mammonam, cum dominationis Dei gerit mentionem? *Duos Dominos Christus nominauit,* non est Doctor inuentor, sed relator. Et quare Christus Dominum appellarit 38.

Tyrannis mammonæ Dei videtur potentiam affectare.

mammo

Prou. 21.
Eccles. 9.
Pineda.

Dei dominationem expressit? Certè quia ex tyrannide videtur vsurpare mammona, quod Deus ex supremo agnato habet imperio. *Cor Regis in manu Domini, & quocumque voluerit, inclinabit illud.* Prou. 21. Ita ne mammonæ tyrannis? *Multos perdit aurum, & argentum, & vsque ad cor Regis extendit, & conuertit.* Eccles. 9. Vbi Pineda, *Extendit dominatum, & imperium, & conuertit Regum corda quocumque volet.* Quam dura exactio, si tyrannide agendum est, quod Deus absoluta infinita potentia gerit? Cor Regis submitti Deo, Dei potentiæ est documentum; cor Regis submitti mammonæ imperio, tyrannidis quodammodò infinitæ est indicamentum.

Mammona idolum est crudelissimum, homines faciens corruere, haud valētes sustinere.
Eccles. 10.
Lorin.
Caiet.

39. Aiebat Ausonius, *Idololatria crudelissimus tyrannus est.* An non mammonæ seruitus *idolorum seruitus* appellatur? Assolent idolorum simulacra hominibus rogantibus respondere? Mammonæ cuncta respondet idolum. *Pecuniæ obediunt omnia.* Eccles. 10. Hebraicè, *Pecunia respondebit omne.* Expendit appositè meus Lorinus, *Erit ergo sensus, pecunia cum rebus omnibus magnam habitudinem esse, sibi optime respondere, & per prosopopeiam perindè ac prædita res essent sensu, & intelligendi facultate, præcipere, ac præstare, atque suppeditare pecuniam, quæcumque expectantur.* En mammonam idolum esse respondens affirmat Interpretes. Idolum est? ergo tyrannus. Caietanus legit, *Argentum humiliat omnes.* Quia scilicet tàm graue onus seruitutis eius, vt nullatenus vllus sustinere possit; ideo humiliatur, ac conturbatur. Vt autem pateat supremam esse mammonæ tyrannidem, supremum reor esse idolum pecuniam.

Suprema mammonæ tyrannis.
August.

40. Vndè acutè Poëta Iouem mammonam omnipotentem appellauit.

—— *Quidquid nummis præsentibus opta.*
Et veniet, clausum possidet arca Iouem.

De Ioue Augustinus lib. 4. de Ciuit. cap. 9. Iouem *ipsum Deorum omnium, Dearumque Regem esse volunt: Hoc eius indicat sceptrum, hoc in alto colle Capitolium.* Porrò Diuus hic supremus tyrannus mammona fuit appellatus. Idem Doctor lib. 7. de Ciuit. cap. 12. *Pecunia vocabitur, quod eius sint omnia.* Mammona idolum supremum est? Ergo suprema proculdubio tyrannis. *Quod sustinebit?*

Qui mammona seruit diabolum sustinet.
Interl.
August.

41. *Vnum sustinebit, Diabolum scilicet.* Sic Interlinea. Si Dominus ille, quem non valemus sustinere, mammona est, cur Anselmus eam Diabolum appellauit? Certè, quia tam dira tyrannis pecuniæ nulli exactioni nisi diabolicæ potest aptè comparari. Augustinus, *Diabolum super se dominantem auari tenent.* Memoriæ adferas gregem porcorum, qui non valens diabolum sustinere, se dedit pelago præcipitem. Dira admodum diaboli exactio. Si ergo mammona idolum est, diabolus est, quis eam poterit sustinere?

Observatio V.

Ad illa verba:

Vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet.

Difficilè quis mammonæ pondus valebit sustinere.

Importabile quidem onus diuitiarum obiicitur.

42. Strab.

AIt Strabus *Deum contemnunt homines mammonæ concupiscentia victi, & diaboli persuasione; nec Dominam mammonam diligunt, sed cupiditate implicati, eam patiuntur.* Patiuntur planè, quia admodum ponderosa est. Haud pungaris inuidia, cum diuites sæculi aspectaueris; *pondus est* mammona, *non subsidium*, non leuantur opulentia, sed miserrimè defatigantur.

43. *Diues obruitur in inferanum ex auri pondere.*
Luc. 16.
Ambros.

Vis ostendam mammonæ pondus? *Homo erat diues qui induebatur purpura, & bysso.* Hic repentè *sepultus est in inferno.* Luc. 16. Cur vsus verbo illo: *Sepultus*, si Dominus frequenter *mittendi* vtitur vocabulo *Et mittent eos in caminum ignis. Quam duos oculos habentem mitti in gehennam?* Profectò quia de diuitis agebat damnatione. Hic ex auri pondere non tam mittitur in gehennam quam in profundo sepelitur. Ambros. *Aurum natura graue, grauius fit auaritia.* Diuitem auaritia tartarei pelagi sepeliuit in fundo.

44. *Hebræis pelagus aperitur miraculosè, & super vndas non gradiuntur, quia quodammodò implicabat, posse auro onustos super aquas pergere.*
Exod. 14.
Bernard.

Aliquandò Petrus vndas pelagi securo vestigio conculcauit. At filij Israel, cedentibus huc, illuc vndis, ad ripam vlteriorem properarunt. *Cumque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus, flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum: diuisaque est aqua.* Exo. 14. Quare Israelitæ super aquas ipsas pedes non collocarunt sicut Apostolus: sed necessarium fuit à vento vrente vndas comminui? Crediderim, Hebræos, qui auro onusti, & argento ex Ægypto recedebant non potuisse non ad ima prouolui. Audi Bernardum, *Aliud est, calcare profundum, diuisis aquis: aliud ipsas aquas calcare. Hoc certè maius, & hoc temporis gratia, quo cum Petro super aquas, non cum filiis Israel onustis auro in fundo plerique hodie gradiuntur.* Cur illi in profundo maris, Petrus verò supra mare? Quia Petrus reliquit omnia, illi auri, argentique onere pressi *ab aquis sustineri non poterant.* An non miraculo excitato, pelagus diuiditur? Quis abneget? Si ergò miraculo expresso Hebræi fundum sicci maris tenent, quare, patrato miraculo, facilius, sine diuturno venti vrentis insufflatione, supra mare non gradiuntur. Liceat mihi rem exaggerare. Tantum diuitiarum pondus, vt quodammodo implicationem indiceret pelagi humeros posse sustinere vnde ad possibile & minimè implicatorium miraculum Moses virga patrandum accingitur.

45. *Vt Petrus Christum sine implicatione, miraculo excitato, posset sequi: necessarium fuit, prius omnia rerū pondera reliquere.*
Matth. 9.

Petrus Domino, *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Mat. 9. Ait quidem ingeniosus Interpres particulam. *Ecce* apponi, quoties mira res exponitur aspectanda, aut ponderanda. *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Mat. 2. Miraculum proculdubio est, Reges Puerulo pauperi submitti. *Ecce nos secuti sumus te.* Gratiæ miraculum

taculum est, illicò nos tuæ addictos esse ditioni. Profectò præmisit aptè particulam, *Reliquimus omnia*, vt miraculum sequendi IESVM implicatorium non appareret. Augustinus, *Petre, bene omnia reliquisti, & non ad insipientiam tibi. Sciebas enim quod Christum nudum sequi non poteras oneratus.* Tantum enim cuiusuis temporarij boni pódus est, vt vel miraculosè attractus non posses quodammodò sequi; quia quod manifestam dicit repugnantiam diuinæ potentiæ fugit ditionem; factibile enim esse non potest.

August.

45. Vidit aliquandò Dominus *hominem sedentem in telonio, Matthaum nomine & ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum.* Matth. 9. Marcus, *Et surgens secutus est eum.* Cap 2. Lucas, *Et relictis omnibus surgens, secutus est eum* Cap. 5. Omnes Euangelistæ vsi sunt verbo: *Surgens.* An non sufficeret si scripsissent: *Secutus est eum?* An non certum surrexisse, si secutus est? Profectò ex Interpretis grauis adnotatione addenda particula. *Surge, & sequere me*, vnde vtrique respondent illæ: *Surgens secutus est eum.* Cur autem additur particula *surge*? Certè quia (vt Chrysologus) diuitiarum onere grauatus stare non poterat: oppressus autem tanto pondere, quod non poterat sustinere, necessaria erat Christi manus omnipotens ad eum subleuandum: *Surge, & sequere me*

Vt surgeret Matthaus dite, & locum sequi posset, manus potentissima Christi adhibitur. Mat. 9. Mar. 2. Luc. 5.

46. Clamat Dominus ex ore prophetico, *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Venite, emite absque vlla commutatione vinum, & lac.* Isa. 55. Cur præmisit, *Qui non habetis argentum* antè particulam, *Emite absque argento vinum.* An non sufficeret sic expendere? *Properate, & emite absque argento*, ne bis sine necessitate exprimeret argenti vacuitatem: *Qui non habetis argentum, Emite absque argento.* Respondeo, necessariò apposuisse primam particulam, *Qui non habetis argentum*; quia dicturus erat, *Properate.* Neque enim pergrauati pondere diuitiarum poterant illi ad Dominum properare.

Vt venturi ad Deum possint, properare, monentur non grauatos existere debere argento. Isa. 55.

47. Testor sanctum Diuitem, qui nullo auaritiæ tenebatur affectu. *Erat autem Abrahaen diues valde in possessione auri, & argenti.* Gen 13. Sic legit Hieronymus, in Hebræo scribitur, *Erat Abram grauis vehementer.* Quomodo sine auaritia grauis? Scio ex mente Ambrosij, *Aurum natura graue, grauius fieri auaritia*: sed vel sine auaritia, graue admodum esse. Ideo adiicit Moses, *In possessione auri.* Illud enim vel sine auaritia aurum possidere, importabile est onus: *Grauis vehementer.*

Vel Abrahā sine auaritia erat grauis auro vehementer Gen 13. Ambros

48. Pergit Textus sacer, *Reuersusque est per iter, quo venerat a meridie in Bethel, vsque ad locum, vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel, & Hai, in loco altaris, quod fecerat prius; & inuocauit ibi nomen Domini.* Gen. 13. Notat grauis Interpretes Abramum vt de acceptis beneficiis, gratias offerret, reuersum esse ad paupertatis locum: *Vbi prius fixerat tabernaculum; & inuocauit ibi nomen Domini.* Oratio quidem animæ ad superna volatus est, quonammodò posset Diuus diues auolare, nisi se omnino affectu à cunctis diuitiis expediret in paupertatis suæ loco constitutus

Vt possit leuari ad orationis volatum, in loco constituitur paupertatis. Gen 13.

49. Existimas ne lapilli excidentis è monte sine manibus solummodo impulsu statuam illam proceræ magnitudinis, ponderis immensi corruisse? *Caput illi aureum, pectus argenteum.* Dan. 2. Quare autem tibiæ ac pedes ex ferro? An vt tantum diuitiarum onus possent sustinere. Crediderim. Porrò fragilis adhuc tanto ponderi basis ferrea leui lapilli deturbatur impulsu: vt accidit onerum portatoribus, quos leuia assolent offendicula ad terram exturbare. Vndè aptè Propheta, *Disperierunt omnes inuoluti argento.* Soph. 1. Hebraicè, *Disperierunt omnes portitores argenti*, seu *onusti argento.*

Statua pro diuitiis cecidit lapide. illa leui ob auri, & argenti pōdus. Dan. 2. Soph. 1.

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Ideo dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, nec corpori vestro quid induamini.

Curat Dominus, fideles omninò expeditos ab affectu ad terrena bona incedere; si quidem properant ad cœlestia.

Indicitur Religiosis, spiritualique instituti alumnis omnium sæcularium rerum renunciatio.

ANselmus, *Ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, &c. quia hoc est, diuitiis seruire.* Hieronymus, *Solum de spiritualibus cibis, & vestimentis debemus esse soliciti, non de corporalibus.* Dedecet profectò viatorem, qui ad cœlestem patriam tendit, in via de terrenis bonis commoda quæritare. 50.

Ansel. Hieron.

Angeli ad Discipulos Ascensionis die. *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum.* Act. 1. *Galilæus* idem ac *peregrinus*, *viator.* Galilæi, id est, viatores estis aspicientes in cœlum, quo pergere debetis: *& statis?* Gregorius, *Stultus viator est, qui in itinere amœna prata conspiciens, obliuiscitur, quo tendebat.* 51.

Non debent hic stare in via, qui ad cœlum pergunt. Act. 1. Gregor.

De Abrahamo Paulus, *Fide remoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæredibus promissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem Ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus.* Hebr. 11. Pro verbo, *Demoratus est*, Græcè habetur. *Aduena fuit*, vel *commigrauit.* Sic morabatur, ac si commigraretur. Gagnæus, *In casulis, & tentoriis more viatorum habitauit, qui in alieno solo non ædificat.* Cur ita? Anselmus, *Quia mens eius alio tendebat*, nempe *expectabat Ciuitatem fundamentum habentem.* Chrysostom. ad cap. 15. Gen. *Tibi, & semini tuo dabo terram hanc. Non perfruent tum tibi, sed tibi, & semini tuo. Ac nec ipse, nec Isaac, nec Iacob adepti sunt promissionem. Cur hæc fiunt? Vt nos pudeat, quod illi quidem, quibus promittebatur terra, quæ sunt in terra non attendebant; quia futuram Ciuitatem quærebant.* 52.

Abraham, Isaac, & Iacob ad cœlum pergentes haud potiuntur promissa terra, semper peregrini. Hebr. 11. Gagnæ. Ansel. Chrysost.

Miror equidem Iosephum nonaginta quatuor annis in Ægypto morātem nullas possessiones coëmisse, nec vllas filiis reliquisse facultates, vere Iacobi filium: qui nec mortuus voluit apud Ægyptum remanere. De quo Rupertus, *Quid est, quod Patriarcha tantus ciuis cœli, cui* 53.

Nec corpus morari voluit Iacob, & Ioseph, nisi in cœlo. sua patria

totus

typo terræ promissæ. Rupert.

totus mundus velut exilium fuit, eantopere de corpore suo curauit, & serio scire voluit, quo loco puluis in puluerem, & cinis reuerteretur in cinerem? Videlicet, quia terra promissionis terra Dei erat, futuræ patriæ imago. Nec Iacob nec Ioseph (se peregrinos reputantes) apud viam voluerunt commorari; viuentes de solo transitu cogitabant, post mortem expetebant sua cadauera ad Ciuitatis æternæ typum adferri.

54\. *Quam leuiter sancti terram tangunt.* Psalm. 121. *Iacob tactus peregrinus semper eleuatus à terra, cœlum requirens.* Gen. 29. Ambros.

De sanctis cecinit Vates, *Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem.* Psalm. 121. Pedes in pedibus stabant? Certè iusti super pedum articulos eriguntur, dum vix vllo terram contingunt affectu. Sic Paulus, *Salutant vos sancti.* Græcè, id est, *sine terra. Profectus ergo Iacob, venit in terram Orientalem.* Genes. 29. Legit Ambros. *Eleuans Iacob pedes, abiit in terram Orientis.* Alatos pedes habebat Patriarcha, vt non tam terra incederet, quam ad superos auolaret. *Separatus* (addit Doctor) *ab Esau, qui hanc terram diligebat eleuari statim, ac cœlo appropinquare cœpit.* Si abibat *in terram Orientis*, quonammodo ait Ambrosius, cœlo propinquare cœpisse? Certè quia sic pedibus terra nitebatur, vt qui patriam requirebat æternam.

55\. *In nullis mūdi rebus requiem habeamus.* Mich. 2. Hieron.

Fatur Michas, *Surge, & ambula; quia non est tibi hic requies.* Sapient. 2. Nunquam non in sæculo ambulemus, quia præsenti Ciuitati hærendum non est nobis, qui *futuram inquirimus.* Hieronymus, *Iubemur, in nullis mundi rebus putare nobis requiem, sed ad sublime tendere.* Secularis vita via est, non patria.

56\. *Vel humana vita omnino relinquenda eis, qui spirituali student.* Matth. 10. Chrysost.

Euangelij ministris Dominus, eiusque fidelibus alumnis profatur: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta.* Matth. 10. Vbi Chrysostomus, *Ipsos ad vniuersi magisterium missurus, ad Euangelicam disciplinam ex humana vita traducit, ab omni cura rerum sæcularium liberos reddens.* Preme illud: *Ex humana vita ad Euangelicam disciplinam traducit.* Reliquenda enim est humana vita tanquam terminus à quo omnino, vt spiritualis possit iniri. Remigius pulchrè exposuit apud D. Thom. in Cat. *Redegit eos ad primi hominis dignitatem, vt nulla re indigerent.*

Remig.

57\. *Spiritualibus solum licet per terram transire, haud dicet morari.* Philo.

Ad Edon Israelitæ, *Liceat nobis transire per terram tuam.* Num. 20. Sic Religiosi, ac spiritualis viri ex sæculari Regno solummodo transitus expetatur. Licet transire, sed minimè licet remorari. Pulchrè Philo, *Fertur è quodam ex veteribus Philosophis, cùm spectasset pompam sumptuosissimam, ad familiares suos conuersum dixisse: Videte, amici, quam multis rebus opus non habeo. Verùm apud Moysem non vnius tantum viri hæc est gloriatio, sed totius gentis populosissimæ: Celeriter transibo, inquiunt, per terram tuam.* O promissionem magnificam, & quæ solis viris Israëlitis debeatur! Assolet enim reliqui homines non celeriter transire, sed aberrare in via, aut immorari.

58\. *Beati qui sæculū transitū æstimāt, non requiei locum.* Leo.

Leo pulchrè serm. 11. de Quadr. Beata mens, quæ peregrinationis suæ tempore casta sobrietate transcurrit; & in iis, per quæ necesse est, eam ambulare non remanet, hospita magis, quam domina terrenorum. Et Gregorius lib. 11. Moral. cap. 19. *Hoc [illegible] ecialc esse electorum solet, quod sic sciunt, præsentis vitæ iter carpere, vt nouerint, se iam ad alta peruenisse: quatenus cuncta, quæ præterfluunt sub se esse videant; atque omne, quod in hoc mundo eminet, amore æternitatis calcent; & ita terrena ad hoc solum inseruiunt, vt ambulent, donec ad patriam perueniant.* Plura mitto.

Obseruat. VII.

Ad illa verba:

Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis.

Monet Dominus, superfluam victus curam damnabilem esse. Cur ergo locutus de cibo corporeo hanc sollicitudinem animæ tribuit?

An quia peccatores de anima viliter sentientes, cum ea sic se gerunt, ac si corporis commoda tractarent.

59\. August.

EX mente Augustini hinc taxantur qui tanto affectu ad corporis commoda feruntur, ac si animæ negotia gererent. Nihil hi inter animam & corpus distare præsumunt; sic se circa corporis commoditatem ostentant affectuosos, ac si animæ æternitas voluptatum prouideretur. Scio corpori necessarium esse alimenti subsidium, sed non eadem alimonia anima saturatur. Occurre corporis exigentiæ, sed reputa, animam augustiori cibo indigere, qui prouidendus est.

60\. *Anima præparandus cibus diuersus, ac corpori.* Ephr.

Præmitto D. Ephrem Tract. de compunc. *Ne in corporis cura vniuersum tempus nostrum insumamus: sed quandocumque corpus esurit, & nutrimentum appetit, cogita, & animam tuam suo tunc cibo necessario refocillari velle. Quocirca tu tanquam bonus dispensator, animæ cibum ipsi prabens animæ, & corporis escam ipsi corpori: non modo corpus enutries, verum & animam souebis: eamque haud quaquam desolatam, famelicamvè relinques.*

61\. *Anima inuitanda est ad verbi sacri & Sacramentorū mensam.* Matth. 4.

Tota animæ fælicitas viatricis est, eam si non ad corporis mensam inuites, sed ei apponas verbi sacri pabula, Eucharistiæ panem. Christo diabolus, *Dic, vt lapides isti panes fiant.* At Dominus videns terreni panis annonam dæmonem præparare, respondet: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Matth. 4. Non in solo pane viuit homo constans quidem ex anima & corpore; corpori enim panis, animæ verbi Dei pabula præparanda.

62\. *Si apud corporis mensā anima comedat, moritur.* 1. Tim. 5. Ephr.

De anima corporeis pabulis, seu deliciis vescente Paulus ait: *Quæ in deliciis est, viuens mortua est.* 1. Tim. 5. Quia alimento corporeo à peccatoribus præparato vtitur. D. Ephrem citatus, *De qua quidem anima corporis alimentis saturata rectè ait Apostolus, Quæ in deliciis est, viuens mortua est. Caue igitur, cuam à gula animam interfici permiseris. At pasce illam per verba diuina, &c.*

63\. *Diues inuitat animam suam ad corporis mensam, sed exitialiter.* Luc. 12.

Diues quidam affluens deliciis animam suam corporis inuitauit ad mensam; sed vide quam exitialiter: *Destruam horrea mea, & maiora faciam. Et illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce comede, bibe, epulare.* Luc. 12. O quam stultus, qui dum corpori apponit suam mensam, non curauit proprium cibum animæ prouidere; sed eam ad

corporis mensam inuitat. Merito ab eo anima tollitur ieiuna quidem, & infirma arripiendæ vitæ difficultatibus superandis. Basilius apud D. Thom. in Cat. *Tam improuidus est erga bona animæ, vt escas corporeas animæ adscribat.* Quam iustè appellatur à Deo stultus. *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te!*

Basil.

64. Olim Hebræi, *Tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis. Et male locuti sunt de Deo, & dixerunt. Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?* Psalm. 77. Saa pro *escas panem* posuit, id est, *carnales cibos.* O dictum malorum inueterati Hebræi! Et male locuti sunt de Dei omnipotentia hæresis quidem rei: *Numquid poterit parare mensam in deserto?* Vndenam tam inuisi Numini ad tanta facinora permittuntur prolabi? Certè quia, brutorum instar, animæ corporeos cibos præparatunt: *Vt peterent escas animabus suis.* Huiusmodi mensam scio non posse vel à Domino præparari, anima enim non potest cibis corporeis vesci. Petrus Comest. *Petunt animæ suæ carnales escas, non spirituales.* Hoc est plane *tentare Deum*, an possit animam carnalibus reficere alimentis.

Deum tentauerunt Hebræi petentes cibos carnales, & non spirituales animabus suis. Psalm. 77. Saa. Comest.

65. Deus in paradiso & animæ & corpori mensam apposuit. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ *boni, & mali.* Profectò Deus homini præcepit, *Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* Gen. 2. En & animæ, & corpori sua mensa apponitur. Corpori quidem omne lignum fructus subministrat, animæ autem vnum lignum scientiæ boni & mali, dum eius fructus non absumuntur, obseruantiæ legis offert refectionem. Eua serpenti, *Ex omni ligno vescimur, de fructu vero ligni quod est in medio paradisi præcepit nobis Deus ne comederemus.* Gen. 3. O mendax à cunabulis mulier! Ex omni ligno vescimur ex ligno scientiæ boni & mali præcipimur, ne vescamur. Mentiris. Illud enim nō vesci ex eo, refici animum proculdubio est. Nec enim Deus otiose fructum pulchrum visu, & ad vescendum suaue præparauit, sed ad animæ refectionem apposuit. Abstinente enim à cibo illo corpore, anima dulciter reficiebatur diuinæ legis impletione.

Deus apposuit omnia ligna ad corporis, lignū scientiæ ad animæ refectionem. Gen. 2.

Mentitur ne Eua asserens Deum præcepisse, ne comederent de ligno scientiæ? Gen. 3.

O quam pulchrè Ecclesiastes, *Nonne melius est comedere, & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis?* Cap. 2. Comedat, & bibat corpus, sed de laboribus iustis exponatur simul animæ cibus. Paraphr. Chald. apposite, *Non est, quod pulchrum appareat in homine, nisi quod comedat, & bibat; & simul videre faciat animam suam bona ante filios hominis exequendo mandata Dei, & ambulando in viis, quæ recta sunt coram eo, vt benedicat ei ex suo labore comedenti.* Quod sic non disponitur ab homine, pulchrum non est, sed fœdum admodum. Animæ enim parare corporis mensam brutalis actio proculdubio est. 66.

Et corpori & animæ sua esca præparanda. Ecclesi. 2. Chald.

SECTIO SECVNDA.

Dei erga nutriendos filios cura.

TEXTVS.

VERS. 26. Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cœlestis pascit illa; nonne vos magis pluris estis illis? 27. Quis autem vestrum cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum. 28. Et de vestimento quid soliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. 29. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. 30. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei? 31. Nolite ergo soliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? 32. Hæc enim omnia Gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. 33. Quærite ergo primum Regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Exemplo volatilium refectione donatorum à Deo, curat Dominus, à nobis nimium circa refectionem amouere studium.

1. Respicite volatilia cœli.] Curat Dominos à nobis nimium circa cibum corporeum studium abstrahere hac ratione: Absque solicitudine volucres à Deo cibum accipiunt, ergo accuratius homini prouidebitur, cuius causa Deus volucres procreauit. Chrysostomus, *Si illorum, quæ propter nos creauit, tantam Deus curam gerit: quanto potius nostri, quos Dominos fecit?*

Absque solicitudine volucres nutriuntur: quid homines. Chrysost.

2. Apud Lucam de coruis Dominus locutus: *Considerate coruos, quia non seminant, neque metūt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos; quanto magis vos pluris estis illis?* Cap. 12. Dauid, *Et pullis coruorum inuocantibus eum.* Psalm. 146. *Quis præparat* (ait Iob) *coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum.* Cap. 38. Cur coruorum potius quam aliarum volucrum Dominus gesserit memoriã? Quod atri sunt, viles atque voraces, multoque cibo ob caloris vehementiam egentes. Si Deus ergo huiusmodi tetris auibus præparat escas, nonne vos

Cur coruorū fiat specialiter mentio. Luc. 12. Psalm. 146. Iob 38.

vos magis pluris estis illis? Estis vtique rationis capaces, estis filij Dei Si seruos Pater Deus pascit, indulgentius filiis exhibebit annonam.

3. *Ratio altera de statura incrementu.*

Quis vestrum cogitans, potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum?] Alia efficacissima confirmat ratione, ostendens, hominem, etsi nimium solicitus sit, nimia sua solicitudine non posse cibum comparare, nisi Deus suppeditet. *Quis vestrum cogitans*, Græcè μεριμνῶν, id est, *solicitus existens*, potest sua solicitudine, aut solicita cogitatione adiicere ad staturam suam cubitum vnum, nisi Deus adiiciat. Si ergo minimum quid (vt ait Lucas) id est, cubitum staturæ vestræ solicitudine comparare non potestis: quorsum de cæteris, id est, victu, & amictu comparandis inaniter solliciti estis? Chrysostomus, *Sicut corpori ne exiguum quidem augmentum potes adiicere curando: sed absque tua solicitudine illius incrementa consequeris: ita te oportet etiam alimoniam congregare.* Confirmo ex Toleto Luc. 12. concedente minus esse cubitum vnum corpori adiicere, quam esca Domini pascendo producere. Itaque argumentum est à minori ad maius.

Chrys. — Tolet. — *Argumentu est a minori.*

§. I I.

Sollicitudinem circa vestimenta prohibet ex liliorum ornatu expresso.

4. *De liliorum pulchro indumento.* — Hieron.

CONsiderate lilia agri, &c.] Cur solicitudine afficimini circà vestimenta? Lilia non solum horti, sed etiam agri nulla circa ornatum solicitudine afficiuntur: ea tamen Deus sic induit, vt Salomonem ipsum pretiosissimis vestitum indumentis decore superent. Hieronymus, *Nam quod sericum, quæ Regum purpura, quæ pictura textricum potest floribus comparari? Quid ita rubet vt rosa? quid ita candet vt lilium? Viola verò purpuram nullo superari murice oculorum magis, quam sermonis iudicium est.* Igitur si flores, qui fœnum, & herba sunt, quæ hodie virescit, cras mittitur fumantem in clibanum, Deum tàm ornatè induit; quomodo non curabit filios donare vestimentis?

5. *De qua hic Salomonis gloria est.* — Chryso.

Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis.] Chrysostomus sic, *Salomon florum decore superatus est. Et non semel, aut iterum; sed tota prorsus illa, qua regnauit ætate.* Illam particulam, *In omni gloria sua* interpretatur Doctor in omni Regno suo, seu in omni Regni ætate. Aptius exposuerim, Neque in omni gloria sua, id est, neque in maxima gloria sua, neque in fastigio summæ suæ gloriæ, cum ornatissimis se vestibus induit, florum decorem indumento exæquauit.

6. *Cur lilium fœnum dicatur.* — Chrysost. — *Cur tanto lilium decore induerit.*

Si autem fœnum agri, &c.] Cur lilium fœnum dicitur: Plane fœnum, id est, herba cum arescit apta clibano? Chrysostomus quæsiuit, *Cuius rei gratia tanto decore etiam herbas vestiuit Deus?* Respondet, *Vt suam sapientiam ostenderet, copiamque virtutis, vt vndique eius gloriam disceremus. Non enim cæli tantummodo enarrant gloriam Dei, verum etiam terra. Nam hoc quoque Dauid dicit Psalm. 148. Laudate Dominum ligna fructifera. Id autem maximas designat diuitias sapientia Dei quando etiam in hac, quæ sunt vilissima tantum decoris effudit.* Addiderim tanto herbas decore induisse, vt argueret: *Si fœnum, quod hodie vix est, & cras in clibanum mittitur Deus sic vestit: quanto magis vos modica fidei?*

7. *Ethnicorum est cura de temporariis nimia.* — Strab. — Ansel. — Strab.

Nolite ergò soliciti esse, &c. Hæc enim omnia Gentes inquirunt.] Porro solicitudo de victu, vestituque inueniendo Ethnicorum est, ergo cauenda, Ethnici enim de terrenis hisce rebus maximè sunt soliciti, easque anxiè inquirunt. Cur ita? Strabus, *Inquirunt hæc gentiles, quia eis de futuris cura non est.* Cura hæc ableganda ab eis, quibus de futuris adest studium. Anselmus, *Nolite ergo soliciti esse dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Talium cura noluit impediri, quo minus cœlestibus inducetis.* Aptè Strabus addidit, *Solicitudo hæc suffocat verbum, & facit hominem similem Gentili.*

8. *De paterna Dei cura circa hominum indigentiam, quam agnoscit.* — Chrysost.

Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.] An non Deus scit, vos homines non Angelos esse? An non rebus hisce ad vitæ conseruationem in lacrymarum habitaculo indigetis? Vestri curam in cœlestem benignissimum Patrem proiicite. Chrysostomus, *Si est Pater vester, & talis Pater; nequaquam patietur despici à se filios mala vltima sustinentes: quando ne homines quidem patres hoc aliquando patiuntur. Quis pater inuenitur aliquando qui liberis suis necessaria se non præstare patiatur?* An ignorabat Pater cœlestis filiorum indigentiam? Respondet idem Doctor adiicens: *Ne hoc quidem poteris opponere, quod sit Pater, sint etiam necessaria, quæ à filiis requiruntur: ignoret autem ille, quia in eorum sint indigentia constituti. Est enim omnino clarum, quod Deus, qui naturam ipsam fecit, & eius Creator existit, quique illam talem creando formauit: indigentiam quoque eius magis profectò prospiciat, quam tu ipse, qui huiusmodi necessitatibus coarctaris.*

§. III.

De Regno Dei primùm quærendo.

9. *De particula, & iustitiam eius.* — Caiet.

QVærite ergo primùm Regnum Dei, & iustitiam eius.] Concludit Dominus, Regnum Dei eiusque iustitiam requirendam: ea verò, quæ ad victum vestitumque spectant, iis, qui Regnum Dei iustitiamque eius requisierint, adiicienda. Porrò circa particulam, *& iustitiam eius* quæsierim, an eius referendum sit ad *Regnum*, an ad Deum? Caietanus retulit ad Regnum, *Quærite Regnum Dei, & iustitiam Regni.* Attamen legens *Regnum*, Græcè βασιλεία fœminini esse generis, αὐτοῦ, id est, *eius* masculini, video non posse referri ad Regnum sed ad Θεὸν, id est, *Deum* hoc sensu: *Quærite Regni, & iustitiam eius*, id est, *Dei*.

10. *De Regno Dei quærendo.* — August. — *Auctoris expositio.*

Quodnam Regnum Dei quærendum? Ex mente Augustini, Quærite vt Dei Regnum & Ecclesia per orbem propagetur per Euangelij promulgationem. Id si facitis cibus, amictusque non deerit. Euangelij enim promulgatoribus Deus exhibet necessaria. *Sicut omnes militantes* (ait Doctor lib. de serm. Dom. cap. 25.) *accipiunt annonam, & stipendium: sic omnes euangelizantes accipiunt victum, & tegumentum.* Crediderim tamen non solum locutum Dominum Euangelij promulgatoribus, sed cunctis fidelibus hoc sensu: *Quærite Regnum Dei*, hoc est, Regnum cœleste, cœlestem beatitudinem, Deique iustitiam, id est, iustificationem gratiam, charitatem, sanctitudinem; & hæc omnia terrena vobis adiicientur.

11\. *Cur non dixit dabūtur, sed adiicientur?* Chrysost. *Adiicientur vobis.*] Græcè, προστεθήσεται, *apponentur.* Cur non dixit *dabuntur*, sed *apponentur*? Respondet Chrysost. *Non dixit dabuntur, sed apponentur: vt disceremus, horum, quæ in præsenti dantur, nihil esse omnino magnum, si futurorum magnitudini comparentur.* Dantur à Deo dona corporalia, non tanquam maxima bona, & quæ propter se sint quærenda: sed velut bonis animi apponuntur. Nam propter bona animi bona corporis conferuntur.

12\. *An particula primùm connotet secundò.* Caietan. Restat illius particulæ: *Primùm* vim expendere. *Quærite primùm Regnum Dei.* Num Dominus significarit, bona terrena secundo loco esse requirenda? Asserit Caietan. particulam *Primùm*, minime particulam *Secundò* connotare, sed expedi debere sine respectu ad illam. *Non refertur Primum necessario ad Secundum sed negat anteriùs, seu prius. Et propterea hinc non habetur, Dominum præcipere, vt Regnum Dei quæramus primum sic, quod secundario quæramus hæc alia. Sed habetur, quod debemus quærere Regnum Dei primum, hoc est, quod nihil ante ipsum quæramus.* Tam nihili enim iudicat Doctor à Domino tēporaria duci, vt nec sint secūdariò quærenda.

Non displicet expositio, sed probabilius assero, cum Dominus dixit *Quærite primùm* significasse corporis etiam quærenda esse, sed post bona animi. Sic August lib. 2 de serm. Dom. c. 24. *Cum Dominus dixit illud primum significauit, quod hoc posterius quærendum est, non tempore, sed dignitate. Illud tanquam bonum nostrum, hoc tanquā necessariū nostrū. Necessarium autē propter illud bonū.* 13. *Auctoris sententia affirmans.* August.

IN

IESVM CONCIONANTEM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS

CIRCA LITERAM.

EX DEI CIRCA NVTRIENDOS FILIOS CVRA.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea.

Quare solùm adnotauit non serere, aut metere: & non addit Dominus alij studio captandi lucri addici volatilia?

Certe quia tam indecens fideli lucrorum captandorum affectatum studium (auaritiæ plane filius) vt nec voluerit Dominus nominare.

14\. DE volatilibus Dominus asseruit nō serere, non metere, non in horrea congregare. Cur autem non addidit, non cauponantur, non assident telonio, non lucris captandis student? Puderet planè Dominū munia tam aliena à fideli viro nominare. Chrysost. hom. 22. in Matth. *Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt: & non ait, quæ non cauponum, aut negotiatorum more viuunt; hæc enim desperatorum omnino professio est. Solum ait, quia non seminant, neque metunt.* Preme particulam horrore plenam. Solicitudo illa negotiationis *professio desperatorum* à salute est. Chrysost.

15\. *Vendentes nimio negotiandi studio velut desperatos Patris deturbauit è domo.* Cum Dominus Templum iniret, & vendentes, ac ementes aspectaret, flagello arrepto eos acriter vulnerauit. *Zelus domus tuæ comedit me.* Matth 24. Græcè *zelator* qui *ægrè patitur* iniuriam. An vendere, ac emere Domino inuisum? Certè illud vendendi, seu negotiandi tam affectatum studium, quod facit homines sacrilegio contaminari vt lucris seruiāt, abominabile Numini proculdubio est. Vnde non verbis curat, de more, ad meliorem mentem adducere, sed velut mancipia desperatæ salutis Paterna detrudit è domo, quasi immittat ad tenebras. Matth. 24.

16\. *Ephraim quasi desperatus, quia negotiationi nimiùm addictus.* De negotiatore Ephraimo præfatur Oseas. *Ephraim fractus iudicio, quoniam cœpit abire post sordes.* Cap. 5. Quid fractus iudicio? Velut iam iudicatus ac damnatus, homo salutis desperatæ. Ephraim ruet in iniquitate sua. In gregibus suis, & in armentis suis vadet ad quærendum Dominum, *& non inueniet; ablatus est ab eo.* Quare precet vir ille quodammodo salutis desperatæ obiicitur? *Cœpit abire post sordes* Chaldæus, *Quoniam cœpit abire post mammonam iniquitatis*, illam persequi, eius comprehensioni studere: hoc est, affectato studio lucris dedit operam. Ose. 5. Chald.

17\. *Pater desperatorū Cainus vir acquisitionis nimiæ.* Cainus desperatorum pater, cum profatur, *Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear.* Gen. 4. Vnde colligit Chrysostomus in desperationis barathrum incidisse. Quinam quæso desperatus hic miser? *Cain vir agricola.* Alij ex Hebræo, *Vir acquisitionis*, id est, qui acquirendi diuitias studio addicitur. O quam aptè qui prior acquisitioni dedit operam magister desperatorum extitit! Acquisitionis enim studium *desperatorum omninò professio est. Maior est iniquitas mea*, &c. Profectò Abelem non legimus vel domum exædificasse, nam cœli ciuis aduena terræ properabat ad patriam. Ideo ex aliquorum mente, Cain totus terrenæ ædificationi addictus, non nisi vitam visibilem crediderit, proptereaque abnuentem necarit Abelem. Gen. 4 Chrysost.

18\. *Qui lucris studet reprobum, damnatus censetur.* Ideo Iob personam peccatoris gerens clamauit, *Si sustinuero, infernus domus mea est.* Cap. 17. Explicat Vatablus, Si studiosus acquisitionis terrenorum lucrorum *ædificauero, infernus domus mea.* Iam me damnatum reputo ex salutis spe me cecidisse reor. Iob 17. Vatabl.

19\. *Indicitur væ pœna infernalis ei, qui lucris nimiū studet.* Aquila illa peruolans inclamabat, *Væ, væ, væ habitantibus in terra!* Apoc. 8. Vbi Glossa quædam, *Triplex væ correspondet habitatoribus* Apoc 8. Gloss.

terræ,

terræ. Væ scilicet laboris in opibus parandis, væ solicitudinis in conseruandis, væ doloris in amittendis. Porro *væ* in sacris pœna inferni proculdubio est. *Væ* (addit Glossæ illius Auctor) *in Scriptura est pœna inferni.* Iam premo illud: *Væ laboris in parandis opibus.* An iam addictus est tartaro qui studet diuitiis acquirendis? Certè iam actum quodammodo de eorum salute, qui nimium se se negotiandi dedunt studio. *Desperatorum enim professio est.*

20. *Quasi in profundo est iam desperatus, qui negotiationibus nimiis addicitur.*

Cecinit Vates, *Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderunt opera Domini & mirabilia eius in profundo.* Psalm. 106. Cur in profundo? Quia iam quodammodo illi in tartaro commorantur. Quare? *Facientes operationem in aquis multis.* Operam dans negotiationi. An non salutis spes negotiatoribus? Profectò qui nimio studio acquirendi afficitur iam quodāmodo est in profundo, nulla ei salutis spes. Pulchrè Galfridus in Tilm. ad Pron. 30. *Sicut fluctuant, quos metus agitat, & vana solicitudo conturbat, vt nullum inueniat spei anchora firmamentum, nullum prorsus, aut penitus scopulosum littus appareat. In huiusmodi naui dormit, ac dormitat, qui custodit Israel; quia non est, qui suscitet, qui inclamet: Domine salua nos, perimus. Illi difficile quidem ad sopitum iam rediunt, dum quæ sua sunt, quærunt.* Quid qui requirunt, quæ non sua?

Galfrid.

21. *Velut desperatum Matthæum addictum lucro telonij, rursū fit quodāmodo viator.* Matth. 9.

Asserit Antonius Ghislandus Christum non solum cœcos illuminasse, sanasse claudos, mortuos à tumulo reuocasse ad vitam; sed etiam desperatos ad spem salutis inuitasse. Quandonam, precor, ad salutis spem desperatos adduxit? Crediderim cum Matthæum à telonio curauit auellere. *Cum transiret inde* IESVS, *vidit hominem sedentem in telonio, & ait illi: Sequere me.* Matth. 9. Quare Dominus ibi non stetit? Chrysolog. serm. 28. *Non dixit cum staret ibi; transiuit, & pertransiit inde* IESVS, *ne Matthæus remaneret ibi: transiuit inde* IESVS, *ne Matthæus taliter permaneret. Seruire Deo nequeunt, pecuniis seruientes.* Nequeunt plane, quia quodammodo desperationis baratro obruuntur, & velut impossibilitatis laqueis alligantur. Vnde IESVS transit, & pertransit, vt desperato exemplum viatoris exponat, ex rursum eum velut è tartaro deducat ad viam: *Sequere me.*

Chrysol.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant neque nent. Dico autem vobis, quoniam neque Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis.

Vt Dominus pulchrum liliorum indumentum ostenderet, Salomonis vestibus aptè comparauit; quia Principis solius est, indumenta pretiosa ostentare.

Nunc plane nullam Dominus in Principum, & vulgarium indumentis differentiam inueniret ob luxus immoderantiam. O si omnes iuxta status vim induerentur!

QVæsierim, cur Dominus vt pulchritudinem vestimenti liliorum exprimeret induentis Regis Salomonis fecerit memoriam? Respondet Anselm. *Quia præ cunctis floruit.* An non facilius dixisset, *Dico vobis, quoniam nec Reges, diuites, equites cooperti sunt sicut vnum ex istis?* Minimè quidē, quia vulgares homines, vilitate sanguinis, obscuræ fœminæ assolent Principes viros ac fœminas prophanitate vestimentorum superare. Comparat ergò Dominus liliorū vestimenti pompam vestibus Salomonis, qui specialissime curauerat, nè à ciuibus superaretur. O tempora! ô mores! Si Dominus nostra tēpestate concionaretur, & curaret liliorum vestimenta commendare: procul dubio dixisset: *Dico vobis, quoniam* nec prophanus artifex, nec histrio, nec meretricula *cooperti sunt sicut vnum ex istis.* 22.

Nimium circa vestimentorū luxum saxo stadiū tolli stricto tempore. Anselm.

Præmitto Senecam epist. 4. *Magna diuitiæ sunt, lege naturæ composita paupertas.* Diuitiæ (ac si diceret) decent magnæ fortunæ homines: paupertas lege naturæ composita est, non luxuriatur. *Lex naturæ nostra scis, quos terminos nobis statuerit? non esurire, non sitire, non algere. Vt famem, sitim, & frigus pellas, non necesse est, superbis assidere liminibus.* Id est, domus aut familiæ illustrissimæ fastum æmulari. *Parabile est, quod status noster natura desiderat, & superflue sudatur; ad manum est, quod satis est.* 23.

Vestimenta pretiosa Principibus, vulgaribus solummodo id, quod frigus expellat. Senec.

An non malorum omnium est radix, vltra status conditionem, studere indumentorum luxui? Paulus, *Omnium malorum radix auaritia est.* 1. Tim. 5. Profectò dixerim similiter, omniū malorum originem immoderantiam vulgatiū esse, qui procurant Principibus assimilari. Audi Chrysostomum hom. 37. in Gen. *Vnde adulteria, stupra, rapinæ, fraudes, cædes, latrocinia, & totius animæ labes? Nonne quia plus concupiscimus, quam nostro statui, seu conditioni conuenit? Sicut Paulus radicem omnium malorum auaritiam vocauit; sic non quis aberrauerit, si fontem omnium malorum dicat immoderantiam, & quod transgredi volumus suum quisque vsum. Nam si vellemus in alimentis, & vestibus nihil immodice concupiscere, multis malis liberaretur humanum genus.* Vt artifex mechanicus sericis induatur, frequentibus latrociniis studet: vt mulierecula ab amasio accipiat pretiosam vestem quam vilis mariti conditio dare non valet, adulterio inficitur. Ergo malorum omnium fons immoderantia: *Et quod transgredi volumus suum quisque vsum.* Addit Doctor, *Verum nescio, qui fiat, quod nunquam inter nostri status maneamus limites. Quali venia dignandi sunt, qui in vestimentis tantam vanitatem ostentant, neque necessarij vsus gratia, sed ob vanitatem tantum, & vt vulgaris vir, aut fœmina forensi vulgo admirationi sint? Quo supplicio non sunt digni, qui modis omnibus dant operam vt sericis & auro intertextis induantur?* O adulterij, stupri, latrocinij, ac cædis originem. 24.

Omniū malorū radix, quod vulgaris vir aut muliercula vellit vltra status limites circa vestimenti vsū prosilire. 1. Tim. 5. Chrysost.

An temporis angustiæ, paupertas, communis calamitas homines ab immoderantia vestium abducit? Porrò quotidie crescenti inopia, & tēporiis angustiis productis vestimentorū in viris præcipuè ac feminis vulgaribus increscit. Dum fames septeonio vegeret, Prouinciæ venerunt in Ægyptum, vt emerent escas. Vel diues Iacob immittens filios ad frumenta comparanda dixit: *Et ne consumamur inopia.* Gen. 40. Non luxui 25.

Non abducit homines ab immoderantia vestium belli calamitas, inopia temporis. Gen. 40.

studebant, sed necessitatis subsidio; quia fames vrgebat, quia temporis exigebat malitia. An non cum necessitas omnes vrget, quotidie noua indumentorum dogmata proferuntur? An non vulgariores ciues pretiosioribus vtuntur vestimentis? Ambrosius lib. de Naboth. cap. 5. *Non parcunt homines dispendio, dum indulgent cupiditati. Parcerent autem, si necessitati vellent occurrere, & pro posse, pro tempore, pro ratione expendere.*

Ambros.

26. Postquam Iosephus Pharaoni sterilitatis sequuturæ abundantiam vim expendisset: conclusit. *Nunc ergo prouideat Rex virum sapientem, & industrium & praficiat eum terra Aegypti, qui constituat prapositos per cunctas Regiones, & quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis colligat.* Gen. 39. Cur non saltem dimidiam fructuum partem asseruari monuit. Acutè respondet Martinus Del-Riu noster, *Sufficiebat quinta, quia famis tempore parciore homines victu contenti esse debent; proindeque nec tantum cibi adhibere, quantum, dum fructus abundant, nec concupiscentiam omninò perficere: sed famem, ac inopiam temperare.* O si quidam sapiens Ioseph constitueretur, qui vestimentorum præscriberet tantæ famis tempori moderamina!

Temporibus strictis strictior debet esse luxus vestimentorum & victus.
Gen. 39.
Del Rio.

27. Pressuræ, belli, communis indigentiæ tempore vestium, ac victus temperantia cordatis indicitur Proceribus; quid vulgaribus ciuibus? Coruus Eliæ in torrente Carith abscondito panem & carnes mane, ac vespere asportat. At Iezabelem fugientem Angelus pane subcineritio pascit. Surge, & comede. *Ecce ad caput eius subcineritius panis, & vas aqua.* 3. Reg. 19. Cur non allatæ ab Angelo carnes? Cur tam sterilis fugienti mensa apponitur? Certè quia tempore belli, & persecutionis strictior debet hominibus annona præparari, è cibo, ex indumentis detrahendum, & dandum temporis malitiæ. Pulchrè Tertullianus lib. cont. Psych. cap. 9. *Defecerunt corui, qui eum liberalius pascerent. An difficile Angelo fuerat, aliquem aliunde de conuiuio Regis ministrum cum instructissimo ferculo capturn ad Eliam transferre, sicut Danieli in lacu leonum esurienti prandium metentium exhibitum est? Sed constitui oportebat exemplum docens, in tempore pressura, & persecutionis xerophagiis esse viuendum.* In tempore pressuræ tantæ muliercula amplioribus vestimentis vtitur, laxiorem ornatum vulgaris ciuis ostentat? *Hinc adulteria, stupra, rapina.*

Tëpore belli victum apponit hominibus mensâ strictiorem.
3. Reg. 19
Tertul.

Observat. III.

Ad illa verba:

Nolite ergo soliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur, &c.

Curat Dominus omnem sollicitudinem à temporariis prohibere, vt tota animi anxietas, sollicitudo, feruor cœlestibus bonis impendatur.

Commendatur circa spiritualia feruor, & diligentia; taxatur desidia.

28. Hieronym. apud D. Thom. in Cat. *Ergò quod omnibus natura tribuit & iumentis, & bestiis, hominibusque commune est: huius cura penitus liberamur. Caterum de spiritualibus cibis, & vestimentis semper debemus esse soliciti.* Profectò crediderim, ideo omnem solicitudinem circa temporaria Dominum à nobis amouere curasse, vt omnem vim animæ, omne desiderium, affectum, diligentiam acquirendis spiritualibus impédamus.

Hieron.

Faiur Dominus, *Quarite ergo primùm Regnũ Dei, & iustitiam eius: & hac omnia adiicientur vobis. Nolite ergo soliciti esse.* Mat. 6. Premo verbum, *Hac omnia adiicientur.* Chrysost. *Non dixit, dabuntur, sed adiicientur.* Quare? Ne vel studio petendi distrahamini. Bellè Anselmus, *Volo omnia temporalia adiicientur, nolite ergo esse soliciti. Damnatur enim solicitudo mentem suffocans.* Sine labore, sine diligentia temporaria nobis adiiciuntur, vt totam solicitudinem expetendis, & procurandis bonis spiritualibus reseruemus. 29.

Nobis sine solicitudine temporaria adiiciuntur, vt omnem diligentiam spiritualibus impẽdamus.
Matth 6.
Chrysost.
Ansel.

Salomon inquit, *Misericordia, & veritas te non deserant.* Prou. 3. Cur non dixit, Non deseras misericordiam, & veritatem? Chrysost. hom. 1. in epist. ad Philip. *Neque vero dixit, Ipsas non deseras; sed ne deserant te; ostendens, nos esse, qui illarum egeamus, non ipsas nostri; docensque nihil in nobis non faciendum esse, vt illas apud nos retineamus.* Preme τὸ *Nihil nobis non faciendum esse.* Si nulla diligentiæ particula superflua est, vt in nobis vnam aut aliam virtutem retineamus: quanta diligentia necessaria erit vt extra nos omnium virtutum curemus chorum acquirere? Ergo nec particula solicitudinis nostræ impendenda est tẽporariis, vt integra spiritualibus possit addici. 30.

Ad retinendam vnam in nobis virtutem omnis diligentia est necessaria; quid ad acquirendas extra nos omnes?
Prou. 3.
Chrysost.

Adamo Deus, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Gen. 3. Cur non addidit, *In sudore vultus, & in solicitudine cordis tui,* &c. Quia laborem vult Deus pani acquirendo impendi; solicitudinem autem totam spirituali acquirendo pani reseruauit. Pulchrè Hieron. apud Thom. in Cat. ad Matth. 6. *Pracipitur ergo nobis, ne soliciti simus, quid comedamus; quia in sudore vultus praparamus nobis panem. Ergo labor exercendus est, solicitudo euellenda.* Vt scilicet nec particula solicitudinis temporariis commodis detur; quia tota est spiritualibus necessaria. 31.

Labore acquiratur panis, non solicitudine, vt spiritualibus reseruetur.
Gen. 3.
Hieron.

Christus Discipulis. *Gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam supra nonaginta iustis, qui non indigent pœnitentia.* Cur ex conuersione peccatoris cœli gaudium increscit magis, quam ex tot iustorum aspectu? Certè quia iusti haud pœnitudine indigentes, sæpè distrahuntur ad externa commoda, nec toto cordis affectu, & solicitudine ad spiritualia feruntur. At peccatores pœnitentiæ feruori omnem cordis affectum & sollicitudinem assolent exhibere. Gregorius in Cat. Thom. *Plus de conuersis peccatoribus, quam de stantibus iustis in cœlo gaudium esse fatetur. Quia plerumque hi, qui nullis se oppressos peccatorum molibus sentiunt, stant quidem in via iustitia: sed tamen ad cœlestem patriam anxiè non anhelant: & plerumque pigri remanent ad exercenda bona pracipua. At contra nonnunquam, qui aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti ad amorem Dei toti inardescunt.* 32.

Ideo conuersio peccatorum, tam grata conuersis, quia ea tota cordis solicitudine.
Luc. 11.
Gregor.

Monet Dominus *Petite, & dabitur vobis; quarite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis.* Luc. 11. Quid petendum? Panis vitalis, id est, animæ alimonia de qua IESVS, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Matth. 6. Cur aceruauit Dominus verba: *Petite, quarite, pulsate?* An non 33.

Panis cœlestis petendus, quarendus tota anima solicitudine.
Luc. 11.
Matth. 6.

non sufficeret, periisse? Profectò spiritualis quælibet gratia tota cordis solicitudine est requirenda, nulla debet esse reliqua alij negotio cura. Qui expetit ab amico accipere munus, mente quærit, qui nam aptus inueniatur, manu pulsat, voce petit, cunctas agnatas consecutioni potentias impendit. Omnem ergo diligentiam, totus animi conatus adhibendus est spiritualis boni consecutioni. Regiensis Faustus serm. ad Monach. *Petite, inquit, & dabitur vobis, quærite, pulsate. Pretiosa, & concupiscibilis merx cupidum amatorem, atque assiduum negotiatorem requirit. Ergo ille tantorū munerum repromissor non vult in opere suo tepidum.*

Faustus Regiens.

44\. Deus indixit Abrahamo filij necem. *Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis; atque ibi offeres eum in holocaustum. Igitur Abrahā de nocte consurgens strauit asinū suum,* &c. Gen. 22. Cur tanta in adimplendo imperio festinatio? Cur non efficit parens vt filius morti vale dicat? Cur non expectat diei aduentū? Cur non lacrymis prosequitur Vnigeniti exitum? Cur promissionis à Deo factæ non recordatur? Cur non obiicit Deo, illa omninò promissioni esse contraria? Profectò quia totam animi vim vni operi obedientiæ litabat. Vnde non supererat vel solicitudinis, ad humana, particula. Zeno serm. 5. de Abrah. *Denique* solùm *implere sacrificium necessarius Sacramento protinus totus præparatur.* Nec particulam minimam solicitudinis respectibus temporariis expendit.

Abrahamus vt filium litaret, totam animo colligauit solicitudinē, nec particulam dedit naturæ affectui. Gen. 22. Zeno.

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba:

Quærite ergo primum Regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.

Primùm debemus circa spiritualium rerum assecutionem studium impendere, mox circa corporalium.

Accessorium enim nobis sit oportet, quidquid ad animæ profectum non dirigitur; præcipuum sit studium, spiritualia acquirere.

45\. DVm particulam. *Primum* adnoto, teor connotare particulam. *Secundo.* Quærite primum, quæ ad spiritus pertinent incrementa, accessoriè autem postmodum corpori necessaria requirite. Recolo Augustini sententiam in Comment. traditam. *Cum Dominus dicit illud Primum, significauit, quod hoc posterius quærendum est, non tempore, sed dignitate. Illud tanquam bonum nostrum, hoc tanquam necessarium nostrum. Necessarium autem propter illud bonum.*

August.

46\. Salomon septem annos ædificationi Templi Domini insumpsit, tredecim autem domus Regiæ extructioni impendit. 3. Reg. 6. 7. 9 Iosephus lib. 8. Antiq. cap. 2. *Absoluta autem Templi fabrica, quæ septennio durauit: Regia structurum est aggressus quam vix tertio decimo anno cō summauit.* Quonammodò amplissimo ædificando Templo non tot annos insumpsit, quam minus admodum ampla Regiæ construendæ? Certè quia primæ illi curæ spirituali quidem totus conatus animi erat impendendus; extructionem autem domus ad proprium vsum quasi accessoriam Rex sapientissimus deputauit. Sic bellè Ioseph.

Salomō primùm curauit Dei domū extruere, voluit accessoriò domum propriam ædificauit segnius. 3. Reg. 6. 7. & 9. Ioseph.

Ant. de Escob. & Mend. Tom. IV.

Neque enim tantam curam Regiæ operi, quam ædificando Templo impendit. Sed illud quidem amplum licet, & plusquam credi posset celebre, intra tam dictum tempus perfectum est.

47\. Comminatur Dominus, *Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam.* Isai. 1. Tam exorabilis Deus, qui nos ad orationem profundendam inuitat: *Petite, & accipietis; quærite, & inuenietis.* Tam inexorabilis ostentatur? *Auertam oculos, non exaudiam.* Quare, precor? Basilius, *Obserua, hîc non esse dictum, cum eleuaueritis manus, sed cum extenderitis, dixisse.* Porrò manus extendere, idem est, ac res ereatas, terrena bona expetere. Deberent illi *primū* manus eleuare ad bona spiritualia, & cœlestia procuranda. Mox autem possent manus extendere ad accipiendū temporaria bona, quæ eis vtique adiicerentur.

Non exaudit Deus, cum primū quærimus terrena non cœlestia curamus. Isai. 1. Basil.

48\. Paralytico Dominus bona spiritualia promisit, *Fili, remittuntur tibi peccata tua.* Matth. 8. At ille, qui *primum* quærebat corporis valetudinem Regni Dei, ac iustitiæ, videtur eius, contēplisse promissionē. Hericus, *Audiens paralyticus veniā delictorum sibi à Domino repromitti, nec aliquid Christo respondet, nec gratiam, vel laudem illi rependit; quia scilicet plus corporis, quam animæ desiderabat salutem.* Profectò Dominus postquam dedit ei Regnum cœlorum, & eius iustitiam haud quæsitam reperire, saluti corporis studium impendit: *Surge, tolle lectum* Vt videlicet edoceret illum licitum esse dare operam sanitatis corporeæ desiderio, postquam *primùm* quærendu Dei Regno opera est impensa.

Paralyticus quærebat primum valetudinē. Edocet eum Dominus, primū quærendā iustitiam. Matth. 8. Heric.

49\. Vis iustorum vitam vno verbo describam? Primum quærunt Regnum Dei, mox adiicitur illis leuis cura corporis. *Simile est Regnū cœlorum homini Patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.* Matth. 20. Vbi Glossa Angelica *simile est Regnum cœlorum vita iustorum.* Quidnam vitæ iustorum cum operariorum conductione? Multū planè. Mercenarius se confert primo mane ad vineæ culturam, diem penè totum labori impendit, modicum temporis interstitium dat corporis indigentiæ. En vita iustorum. Pulchrè D. Chrysost. *Mercenarius totū diem circa Domini opus impendit: Vnam autem horam circa suum cibum. Sic & nos omne tempus vitæ nostræ debemus impendere circa opus gloriæ Dei: mox modicam partem circa vsus nostros terrenos.*

Vita iusti est, primum quærere cœlestia, mox temporaria necessaria illis. Matth. 20. Gloss. Chrysost.

50\. Post Iobi pugnas mira Diuus prosperitate donatur. Fuerūt ei tres filiæ, & vocauit nomē vnius Diem, & nomen secundæ Cassiā, *& nomen tertiæ Cornustibij.* Cap. 42. Auctor Catenæ Græcæ pro *Cornustibij* legit, *Amalthææ cornu*, vbi fructus abundantia ostentatur. Profectò trium filiarum nomina vitæ iustorum continet Hieroglyphicū. Nomina Diei, & Cassiæ *primum* studiū quærēdi Dei Regnum & iustitiā exprimit, cui quidē studio Amalthææ cornu, id est temporariorū bonorum abundantia adiicitur. *Præclara* (ait ille) *virtutis documenta, quæ tribus temporibus Iobus dedit, tribus formosis filiabus indicantur. Dicimus Diē esse, cū Lucifer Domini ortus fuerit in cordibus nostris. Nos autem ipsos primum Cassiam seu suauem Christi odorem eundere, cum spirituales processus efficimus. Tunc vero* (postquam primùm quæsierimus Dei Regnū & iustitiam eius) *nos vbertate cōpleri cum ad perfectionē properamus.* Nam cum totū nostrū studium acquisitioni perfectionis impendimus, temporariorū bonorū nobis addicitur abundātia.

Iob primùm quærēdi Dei iustitiam, abundantia adiiciebatur cornu Amalthææ. Iob. 42. Auctor Cat. Græc.



LIBER SEPTIMVS.
SERMO DE DILECTIONE INIMICORVM.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput quintum Matthæi.

Panegyrici Morales circa literam in Iesum Concionatorem.

PROLVSIO.

Dominici vitalis ligni FRVCTVS SEPTIMVS.

OELESTIS Concionator mandata pergit tradere perfectiora, Euangelij satagit adstruere consilia. Proposito augustissimo diuinæ filiationis præmio, inimicorum curat dilectionem persuadere. *Diligite*, ait, *inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos.* Id est, super amicos & inimicos, *iustos* scilicet, *& iniustos.* Liceat Mariæ mancipio humili profari: Diligite inimicos vestros, vt sitis specialissimi filij Mariæ, quæ sese & amicis, & inimicis, iustis, ac peccatoribus solem exhibet misericordiæ. Fatur Richardus lib 7. de Laud. Virg. *Maria proficientibus, & perfectis: profundéque peccantibus Sol est. Propter hanc communitatem dicitur de Patre æterno, & de Matre Maria Matth. 5. Qui solem suum facit oriri super bonos, & malos. Ideo etiam dicitur de ipsa Sap. 6. Æqualiter, id est, communicatiuè, est ei cura de omnibus. Sicut enim non est personarum acceptio apud Deum, sic nec apud Mariam,* vel inimicorum amatricem. O Sol misericordiæ, qui iustitiæ magnum æmularis luminare!

Richard. Laurent.

MATTHÆVS CAP. V.

VERS. 43. AVDISTIS, quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

44. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.

PARAPHRASIS.

43. AVDISTIS, *traditum maioribus: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Beneuolentiam lex exigit erga beneuolos, & bene meritos: cæterum à mala antiquorum intelligentia permissio malè velle his, qui nos lædunt, indicitur: non quidem à lege.*

44. *Ast ego non contentus mutua in amicos beneuolentia, illud à vobis mea doctrina sectatoribus exigo: vt diligatis & inimicos; & his, qui vos odio prosequuntur, non solum odio mutuo non respondeatis, verùm etiam beneficiis ad amorem pro-*

45. Vt

nocetis. Quod si adhuc vos impetant efferati, adeò non mutetis animum vestrum, vt pro illis rogetis Deum, quo resipiscant.

45. Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos, & malos; & pluit super iustos & iniustos.

45. Hac bonitate vtentes erga vniuersos, & bonos, & malos: declarabitis vos esse non degeneres filios Patris cœlestis, qui cupiens omnes seruari tam multa bona dignis, & indignis elargitur. Patitur enim, solem suum & his, à quibus colitur, & his, à quibus contemnitur, esse communem; ac pluuiam suam patitur, vtilem esse iustis pariter & iniustis: malos suo beneficio prouocans, vt resipiscant: bonos, vt gratias agant, excitans,

46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & Publicani hoc faciunt?

46. Similitudo morum vos asseret Patri cœlesti; & ab eo profectum credent vestram doctrinam, si illius in vobis bonitatem conspexerint. Alioqui si diligitis diligentes, crimen effugistis, non meruistis præmium. Non referre beneficium, ingratitudo est apud Publicanos etiam execrabilis.

47. Et si salutaueritis fratres vestros tantùm, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt?

47. Et si vos comes, & affabiles præbueritis erga cognatos, aut populares vestros tantum: cæteros velut alienos nec salutatione dignemini: quid eximium facitis? Nonne idem faciunt & Ethnici? Vulgaria sunt ista, quæ non arguunt bonos, sed homines tantum.

48. Estote ergo vos perfecti sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.

48. Vos igitur volo perfectos esse, & admirabili quadã luce bonitatis cœlestem referre Parentem: qui cum sit omnipotens, tamen sua bonitate prodest omnibus, nihil à quoquam expectans mercedis, misis erga vniuersos, cum possit illico, si velit, vlcisci.

CAP. 6. v. 1. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est.

1. Ostendi, quibus rebus oporteat, vos iustitiam Scribarum, & Pharisæorum excellere. Nunc ostendam, in his, quæ vobis videntur esse communia, quid sit vitandum. Vos cautos, ac circumspectos esse volo, ne, cum erit aliquid piorum operum præstandum: ideo malitis apud homines facere, quam soli: vt ab illis conspecti, laudem humanam venemini. Semper vos Deus intuetur, à quo præmium expectatis. Alioqui si ex benefactis laudem captatis apud homines, præmium apud Patrem cœlestem amittitis.

2. Cum autem facis eleemosynam noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

2. Ergo quisquis es Euangelicæ legis sectator, cum tua munificentia paras inopiam egentis subleuare; noli facere, quod solent hypocritæ, qui quoties aliquid largiuntur pauperibus, non quærunt solitudinem: sed prodeunt ad hominum conciliabula, & vicos: nec aliter quam fabulam acturi; tubæ cantu multitudinem ad spectandum euocans. Vultis audire, quid proficiant? Vtcumque applauserit populus, benefacti sui apud Deum, qui pium opus ex animi syncero affectu metitur, mercedem

perdiderunt. Qui ad gloriam dedit, beneficium vendidit, non largitus est.

3. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua:

3. *Te verò tantum oportet abesse ab istorum affectu, vt cum conferi beneficium, ne sinistra quidem sciat, quid faciat dextera tua: & ideò non desideres hominem spectatorem, vt, si fieri possit, nec ipse scias, te facere, quod rectè facis: ne tibi hoc nomine placeas, quod dederis; sed tantum in sinu gaudeas, quod refocillatus sit egenus.*

4. Vt sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

4. *Tibi satis est, quod testem habeas Patrem, cuius oculos nihil omninò fugit. Is tibi reponet præmium, etiam si ab homine nihil gratiæ redeat.*

SECTIO PRIMA.

Dei filij, qui inimicos diligunt.

TEXTVS.

VERS. 43. AVdistis, quia dictum est *antiquis*, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. 44. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos: 45. Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos, & malos: super iustos, & iniustos. 46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & Publicani hoc faciunt? 47. Etsi salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? 48. Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester perfectus est.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Vtrum in lege extet illa particula: Odio habebis inimicum tuum?

1. *Quidnam in Leuitico præcipiatur.* Leu. 19. AVDISTIS, *quia dictum est antiquis: Diliges*, &c.] Quæstioni do, vtrum in lege illa sit apposita particula: *Et odio habebis inimicum tuum?* In Leuitico habetur, *Diliges amicum tuum*, siue proximum, *tuum sicut teipsum*. Cap. 19. At ibi non lego particulam, *Et odio habebis inimicum tuum.* *Sententia affirmans.* August. Augustinus de serm. Dom. cap. 41. in lege quoque scriptum asseruit; sed vbi sit indictum, non indicauit. *Quod in lege* (ait) *scriptum est, oderis inimicum tuum, non vox iubentis iusto accipienda est; sed permittentis infirmo.* Vult itaque esse legis permissionem propter infirmitatem, non præceptum lib. 19. cont. Faust. cap. 24. Sic exposuit: *Docetur, non esse contrarium, quod in antiqua Scriptura dictum est, Oderis inimicum tuum: & in Euangelio, Diligite inimicos vestros. Quod vnusquisque iniquus homo, in quantum iniquus est, odio habendus est; in quantum autem homo est, diligendus est. Vt illud quod in eo rectè odimus, arguamus, id est, vitium: quo possit illud, quod in eo rectè diligimus, id est, humana natura ipsa, emendato vitio, liberari.* Alter exposuit serm. 59. de Temp. *Odio habebis inimicum tuum*, id est, diabolum. *In lege Dominus, non inimicos, sed inimicum præcipit odiri. Vt qui spirituales erant in lege, solum diabolum odio haberent.* Colligo Augustinum putasse hæc verba: *Odio habebis inimicum tuum*, ex scriptura esse desumpta; ea vero sic interpretari: Odio habebis inimicum tuum ob peccatum tantummodo, ob naturam diliges, vel odio habebis diabolum. Sine interpretatione Hilarius, Amari proximum lex eligebat: & in inimicum *licentiam odij dabat.* Hilar.

2. *Auctoris negatiua sententia.* Porrò alij verba hæc in lege nusquam scripta esse affirmarunt. Lubens subscribo, quia nunquã sacra in Pagina inueni: Vnde reor esse Iudæorũ glossam aliquam, & interpretationem. Ex verbis Leuitici, *Diliges amicum tuum*, & aliis scripturæ locis inferebant, *Habebis ergo odio inimicũ tuum.* Sed mala planè illatio. Strabus, *Sciendum est, in toto corpore legis non esse scriptum, Odio habebis inimicum tuum; sed hoc dicitur quantum ad traditionem scribarum.* Addit, *forte intelligendum iuxta illud: Oculum pro oculo, dentem pro dente: vel subtrahendo officia humanitatis.* Strab.

3. *An Iudæis licuerit, odio habere inimicos?* Ad vberiorem veritatis huiusce expositionem, quæsierim, vtrum Iudæis licuerit odio habere inimicos? Respondet Abulensis hic quæst. 347. minimè licuisse. *Lex enim naturalis odium etiam aduersus inimicos vetat.* Porrò charitatis erga inimicos mentio fit in scriptura. *Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.* Leu. 19. Abul. Leu. 19.
An vltionem non quærere ex inimico non est charitas? *Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: & in ruina eius non exultet cor tuum.* Prou. 24. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: & si sitierit, da ei aquã bibere.* Prou. 25. *Si occurreres boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum, si videris asinũ odientis te sub onere iacere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo.* Exod. 24. *Diliges amicum tuum, siue* Prou. 24. Prou. 25. Exod. 24. Leu. 19.

proximum

proximum tuum sicut te ipsum. Leu. 19. Proximus autem est etiam inimicus, vt Dominus ait Luc. 10. dum asserit Samaritanum proximum extitisse illi, qui in latronum manus inciderat. Samaritanis autem Iudæi non coütebantur. Vnde ait Augustinus ser. 26. de Diuers. *Dilige proximum tuum, id est omnem hominem. Cum dicit, Diliges proximum tuum, ibi sunt omnes homines, & si fuerint inimici. Ex duobus enim parentibus omnes nati, omnes proximi sumus.* Ergo minimè potuit scriptura sententia vti contradictoria: *Odio habebis inimicum tuum*, quem iam diligendum imperauerat.

Luc. 10.
August.

§. II.

De Euangelica inimicorum dilectione.

5. *Quonam modo inimici diligendi?* EGo autem dico vobis, diligite inimicos vestros.] Dictum illud Iudæorum excludit Dominus, iubens non solùm amicos, verum inimicos etiam, qui vos odio habent, diligere. An non dilectio in corde primùm residens, deinde in ora profluit, & opera? Prius ergo imperat corde diligere, mox dilectionem operibus exprimere. *Benefacite iis, qui oderunt vos*] Præterea ore & lingua profluere dilectio videatur: *Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.*

6. *Quid Patres ad hæc?* Impers. Quid Patres? Auctor Imperf. hom. 13. *Odium spiritus est tenebrarum, & vbicumque insederit, sordidat pulchritudinem sanctitatis. Cum autem sit mundus iste scandalis plenus, si amicos tantum voluerimus diligere, non poterimus inuenire, quos diligamus.* Interlin. *Diligere inimicos, perfectum est, non impossibile.* Gregorius lib. 22. Mor. cap. 10. & 11. *Quem quis cecidisse lætatur, aut non vult esse meliorem, non eum amat. Potest tamen accidere, vt non amissa charitate, & inimici ruina lætificet, eum eo ruente, quosdam benè erigi credimus. Congaudendum iustitia Iudicis, sed condolendum miseria pereuntis.* Strabus. *Ioannes tantum videtur monere, vt fratres diligamus; sed fratres vocat etiam eos, qui credituri sunt; pro quibus orandum, vt fraterno nobis fœdere socientur.* Addit. *Pugnant aduersarij contra Ecclesiam odio, verbis, cruciatu: hæc vero contra diligit, benefacit, & orat; vt omnes partes malitia bonitate vincantur.* Hieronymus, *Hoc fecit Christus dicens: Pater ignosce illis*, Augustinus de ser. Dom. *Stephanus pro persequentibus orauit, iisque, qui nondum Christo crediderant. Illa vero petitio Martyrum in Apocalypsi, vt vindicentur, non contra homines est, sed contra Regnum peccati, vt euertatur quod fit partim correptione hominum, partim damnatione perseuerantium in peccato. Vel clamant non voce, sed ratione, vt sanguis Abel. Non enim tam impatientes sunt, vt vrgeant fieri, quod sciunt præfinito tempore esse futurum.*

Interl.
Gregor.
Strab.
Hieron.
August.

7. *Filij Dei ex dilectione inimicorum.* *Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est, &c.*] Duplici ratione Dominus ad inimicorum dilectionem inuitat. Prima ex similitudine cum Deo sumitur. Diligite inimicos, vt similes sitis tanquam filij Patri vestro Deo. Filium similem esse bono parenti oportet, eiusque imaginem exponere; ne degener obiiciatur. Deus diligit inimicos illique benefacit, ergo Dei filij Patris opera gerite. *Solem suum Deus oriri facit super bonos & malos: pluit super iustos & iniustos.*] Innumeraque alia beneficia impertit. Patrem igitur imitamini.

Plura Doctores, quibus expositio confirmatur. 8. Chrysostomus, *Vt sitis filij. Quam magnum erat præceptum, præclarum præmium subdit, scilicet, fieri similes Deo.* Anselmus, *Vt sitis filij in re, quod iam estis in spe. Dignitatem suam hæredes intelligant.* Strabus, *Non sitis degeneres. Deus vester dicitur Pater, videte vt amantes inimicos sitis filij.* Augustinus. *Iniqui in libro sapientiæ plangunt, Sol non ortus est nobis. Et scriptum est, Mandabo nubibus, ne pluant.* Sol non oritur, pluuia non fluit eis, qui proximos læduor. At eis, qui diligunt inimicos totus Sol iustitiæ impenditur. *Vt sitis filij Patris vestri, qui Solem suum, &c. Solem quem ipse fecit, facit Deus oriri super iustos & iniustos. Quanto ergo magis nos præstare debemus, quod eius munere accipimus?* Mysticè autem idem Doctor, *Sol iustitia pluuia doctrina, vel pluuiam, vt terra fructificet.* Hilarius, *In Baptismo, & spiritus sacramento tribuit Solem, & pluuiam.*

Quid Patres circa huiusmodi filiationem?
Chrysost.
Ansel.
Strab.
August.
Hilar.

9. *Merces præparata diligentibus inimicos.* *Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habetis.*] secunda ratio sumitur ex magna diligentibus inimicos præparata mercede. *Si diligitis*, ait, eos, *qui vos diligunt*, amicos, quodnam præmium merebimini. Facile quidem factu, & cuilibet hominis etiam impij est, & Ethnici, amicos vicissim prosequi dilectione, & beneficiis. At si inimicos diligitis, rem, fateor, difficillimam præstatis, sed cui eximia est merces præparata.

10. *An meritũ tollit Dominus ab amicorum dilectione?* Obiicis videri, Dominum ab amicorum dilectione tollere meritum. *Si amicos diligatis, quam mercedem habebitis?* Ac si dicat, nullam. Respondeo, Dominum non loqui de dilectione amicorum, qua propter Deum ex charitate, quæ se ad inimicos etiam extendat, diliguntur sed propter alias causas amantur, scilicet ob propriam vtilitatem, aut propter naturalem quendam affectum absque charitate. Quemadmodum brutæ animantes natos suos amant & Publicani, ac Ethnici suos amicos. Si vero in charitate diligantur amici, ita vt dilectio nulla mala circumstantia vitietur, mercedem recipiet. Gregorius hom. 27. in Euang. *Ille veraciter* dignam præmio *charitatem habet, qui amicum diligit in Deo, & inimicum diligit propter Deum.* Addit autem, *sunt nonnulli, qui diligunt proximos sed per affectum cognationis, & carnis. Quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt, sed aliud est, quod sponte impenditur naturæ; aliud quod præceptis diuinis ex charitate debetur obedientia. Hi nimirum & proximum diligunt, & tamen illa sublimia dilectionis præmia non assequuntur. Quia amorem suum non spiritualiter, sed carnaliter impendunt.*

Gregor.

11. *Quonammodo Patris cœlestis perfectionem æmulabimur?* *Estote perfecti, sicut Pater vester cœlestis perfectus est.*] Estote non Publicanis, & Ethnicis similes: Sed Deo. Decet filium Patri esse similem. Perfectus est Pater Deus in dilectione, perfectissime diligit amicos, & Inimicos. Tanti Patris in vobis imago resplendeat. Anselmus, *Estote ergo perfecti ex charitate inimicorum, vt filij Patris cœlestis esse mereamini. Perfecti* inquam *sicut Pater*, id est, *secundum modum hominum, vt quæratis prodesse inimicis.* hoc est, *imitatione non æqualitate. Nota, quod hic tota Trinitas intelligitur per Patrem.* Remigius, *Deus perfectus vt omnipotens; homo autẽ, vt à Deo adiutus.* Chrysostomus, *Filij carnales sunt similes patribus in corpore: spirituales autem Deo in sanctitate.*

Ansel.
Remig.
Chrysost.

Estote

12. *Facilitas præcepti.* Leo.

Estote ergo.] Igitur impossibilis non est inimicorum dilectio; Deus enim impossibilia minimè preciperet D. Leo ser. de Martyr. *De diligendis inimicis nullus unquam in vnitate poterit se excusare. Potest enim aliquis mihi dicere: Non possum ieiunare, non possum vigilare. Nūquid potest dicere: Non possum diligere? Potest dicere, Non possum res meas totas pauperibus erogare, & in Monasterio Deo seruire. Numquid potest dicere: Non possum diligere? si dixeris, Non possum à vino, & carnibus abstinere, credemus tibi. Si autem dixeris, quod non possis in te peccantibus indulgere: omnino non credimus.* Hactenus Doctor.

I N
IESVM CONCIONANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
CIRCA LITERAM.
EX DEI FILIATIONE OB DILECTIONEM INIMICORVM.

Observat. I.

Ad illa verba:

Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

Omnibus hominibus dictum est à natura, Ama amicum, odio prosequere inimicum.

Hinc difficultas præcepti exponitur, Christi præcipientis amori litanda.

13.

Vidimus particulam illam: *Odio habebis inimicum tuum* nullatenus legis esse præceptum, neque permissionem; sed Scribarū interpretationem humanæ naturæ prorsus agnatam. Amicus est ergo mihi detestabilis. Exprimam itaque difficultatem præcepti ex naturæ repugnantia, vt videas, quam crescat meritum ei, qui contra naturæ præscriptionem Christo præcipienti huiusmodi erga amandos inimicos litat affectum.

14. *Petit Dauid, vt Deus intelligat, cum pro inimicis exorat, quia nimium quid humanitati, quod ipse Deus quodammodo fieri posse nō credit.* Psal. 5. Chrysost.

Dauid cecinit, *Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Quoniam ad te orabo, Domine* Psal. 5. *Intellige clamorem:* An Deus vt intelligat, indiget Dauidis admonitione, & commentatio? Equidem oratio Dauidis ad inimicorum dirigitur vtilitatē. Propter inimicos meos, dirige in cōspectu tuo viā meam. Id est, mea opera tibi ad inimicorum meorum lucentur reductionem. *Decidant à cogitationibus suis*, & ad meliorem frugem reducantur. Porrò oratio pro inimicis tam noua est humanæ naturæ, vt quodammodo indigeat admonitione, & commentatio: *Intellige clamorem meum*, vt me ex huiusmodi oratione non hominē esse conspicias. Chrysost. *Hoc dicit audacter, & libere, quoniam ea petit, quæ ipse etiam dare vult. Quando oratur pro inimico, ea non sunt verba hominis.* Si ergo Deus aliquid posset ex nouitate non agnoscere, & intelligere, maxime orationem pro inimicis; quia agnatum humanitati inimicos odio prosequi. *Si ergo dicis, Verba mea auribus percipe, &c. Ea verba quæ sunt hominis mansueti, & humani.* O nouitatem.

15. *Cum Iesus aperit excessum dilectionis erga inimicos, abscōdit esse hominē, & aperit esse Deum.* Exo. 19. Mat. 17. Luc. 9.

Cum Deus legem Hebræis daturus erat descendit in montem. *Descenditque Dominus super montem Sinai in ipso montis vertice.* Exo. 19. Profectò Dominus sic nube densissima operitur, vt Moyses non posset agnoscere. At Christus qui humanitatis nube Deitatem operuerat, in monte Thabor minime potuit abscondi, *Et resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt Moyses, & Elias cum eo loquentes.* Mat. 17. Lucas addit, *Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.* Cap. 9. Personat tunc Patris vox, *Hic est Filius meus.* Quæsierim, quare Deus olim nube sic operitur, vt à nullo posset agnosci, quinam loqueretur: an Deus, an Angelus? Christus autem, qui sub velamine humanitatis latebat, ne à diabolo agnosceretur: in Thabor ab ipso Patre reuelatur? Profectò hîc non poterat humanus apparere, quia excessus obiiciebatur, quem completurus erat in Ierusalem, vt inimicos peccatores Patri reconciliaret. Vnde iam reserato arcano ex necessitate consequentiæ aperte Pater profitetur, *Hic est Filius meus.* Quod enim ergà commodum spirituale inimicorum agere molitur, non ex quo capite est homo, quodammodo, sed ex Deitate profluit. Humanitas enim vel nomen horrescit inimici.

Non est hominis diligere inimicos.

16. *Christus ut quo homo, vult trāsire calicem ne inimici peccatores biberent.* Mat 26. Ansel. Hieron.

Ideo Dominus in monte Oliueti proclamat, *Pater, si possibile est transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Mat. 26. Vbi Anselmus *Transeat calix*, non pariar pro inimicis. *hoc humano dicit affectu.* Verumtamen, id est, in se Deum reuersus ait: *Non sicut ego homo volo, sed sicut tu Deus.* Nam si humanitatis conditioni hærescerem, inimicos comminuerem ingratissimos præcipue *ex populo Iudæorum*, (loquor com Hieronymo) *quos non excusat ignorantia, quando habent Prophetas qui me vaticinantur.*

17. *Cum Dauid inimico parcit, vocem eius Saul non agnosc. ut humanam.* 1. Reg. 24. Chrysost.

Dauid horribilem hostem Saulem cum facilè valeret occidere illi pepercit, curans tamen, vt Rex cognosceret illi vitæ fecisse gratiam. *Cum autem complesset Dauid sermones suos ad Saul: dixit Saul, Numquid hæc vox tua est fili mi Dauid?* 1. Reg. 24. Vbi Chrysostomus hom. de

Dan.

Dau. & Sau. *Nec enim dixit: sermones isti sunt fili Dauid, sed vox tua ista?* Cur vocem non agnoscit? Certè quia vox, qua tanta erga inimicum dilectio ostentatur, vt cum posset illum occidere, illi pepercit: non est vox filij hominis, sed eius, qui supra humanitatem auolabat; quia humanitas parcere inimico non scit.

18. *Stephanus erans pro inimicis non apparet homo, sed Angelus. Act. 7. Iord.*

Iam agnosco cur Stephanus ab omnibus, qui erant in concilio visus vt Angelus. *Et omnes, qui erant in concilio viderunt faciem eius sicut faciem Angeli.* Hic non est homo, Angelus est. Quare precor? Certè quia illam haud hominis vocem audierunt, *Domine, ne statuas illis hoc peccatū.* Act. 7. Humanitati enim agnatum inimicos vindicare. Vnde Attila Hunnorum Princeps post horribilem stragem proclamat: *Quid homini forti suauius, quam vindictam manu quærere. Magnum munus a natura humana, animos vltione satiare.* Sic apud Iord. de Reb. Got.

19. *Angeli mirantur inimicorum amatorem, quasi homo non sit. Isaac.*

Obiicit menti Abbas Isaac lib. de contemnendi. Cap. 13. hominem inimicorum accusationes tolerantem, & ergà illos dilectione succensum: & asserit Angelis esse admirationem. *Qui cum humilitate sustinet accusationes ab inimico obiectas hic ad perfectionem, quasi Angelicam venit, & à sanctis Angelis admiratur. Nulla enim ita magna & difficilis homini, ad obtinendum virtus existit.* Vnde Angeli non hominem eum, sed Angelum videntur deputare.

20. *Cum Dauid asseruisset, se inimicis pepercisse, recantat palinodiam ac si de se quiddam supra humanitatem prædicasset. Psal. 7. Psal 130. Ambros.*

Pulchrè Dauid, *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito.* Psal. 7. *Domine, non est exaltatum cor meum: nec ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me* Psal. 130. Vbi Ambrosius lib. 3. in Luc. *Dixerat Dauid, si reddidi retribuentibus mihi mala. Et quasi palinodiam quandam cantandam putauit, dicens: Domine, non est exaltatum cor meum, neque ambulaui in mirabilibus super me.* Quænam hæc retractatio Dauidis? Profectò cùm se ostenderat inimicorum amatorem, se supra hominem proclamabat? quia hominis non est, diligere inimicos: & si hominis quidem est, hominis miraculosi est, & supra naturam eleuati. Quare palinodiam cantandam putauit, ne videatur tanta elatum superbia esse dum asserit se inimicos diligere, vt exutus humanitate, indutusque altiori natura videatur: *Neque in mirabilibus super me.*

21. *Miraculum supra naturam humanam est, inimicos diligere. 2. Cor. 12. Theodo.*

Premo hanc particulam: *Neque in mirabilibus.* An mirabile, hominem inimicis parcere? Ita planè, quia supra humanitatem inimici dilectio. Paulus, *Signa Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigiis* 2. Cor. 12. Ad quæ Theodoretus, *Rectè signis tolerantiam præposuit.* Quia omni patientia ornari, vt & inimicorum probra tolerentur; miraculum augustissimum est, communia superans miracula.

22. *Vel miracula vulgare quiddam, si comparentur cum inimicorum dilectione. Ioan. 17. Theoph.*

Porrò & miracula vulgare quiddam, si cum dilectionis erga inimicos componantur affectu. *Claritatem* (ait Dominus) *quam dedisti mihi*, Pater *dedit eis*. Ioan. 17. Theophylactus, *Eam gloriam qua per signa; & aliam quoque gloriam concordia scilicet, vt sint vnum. Ista gloria maior est, quam gloria signorum.* Si fratrum Dei filiorum concordia superat miracula claritate: quidnam precor cum inimicis fraterna colligatio. Ergo meritò Dauid palinodiam decantat: *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.*

Igitur qui inimicos repugnante natura diligit, se Christi amicissimum profitetur, quia amarissimum Dominici calicis liquorem epotauit. *Bibite amici, & inebriamini charissimi.* Cant. 5. Amicus laborum amaritudinem haurit, sed charissimus dilectionis inimicorum, toto felle, potatur. Certè morte amarior est iniuriæ condonatio: hunc liquorem amarissimum epotat, qui inimicis ignoscit. Quod si calicis haustum hunc Dominus cunctabatur haurire propter difficultatem; & tandem Patris voluntati addictus illum ad pectus traduxit: qui inimicis parcit, Dominici calicis huius particeps proculdubio ostenditur. Stephanus, dum lapidibus vulneratur, inclamat, *Domine ne statuas illis hoc peccatum.* Act. 7. An haustu difficilis liquor? Nazianzenus Orat. 19. *Stephanus* cum lapidaretur, pro lapidantibus orabat maius aliquid morte Christo afferens, nempe longanimitatem. Vndenam id? Eusebius Emissen. hom. de Steph. *Reliquias excipere calicis illius meruit, quo paulo ante sæuiente mundo, Saluator ebibit: Pater ignosce illis.* 23. *Qui inimicos diligit tanta difficultate obiecta, meritò inter Domini non iam amicos, sed charissimos computatur potandus calice eodē. Cant. 5. Act. 7.*

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Ego autem dico vobis.

Difficillimum planè dilectionis inimicorum præceptum, sed omnino absque cunctatione obseruandum, quia Iesus præcipit.

Religiosis, subditisque omnibus sit ad obedientiæ difficilia quæque irrefragabilis ratio: Deus iubet, qui præest exemplo.

QVid cunctaris difficillimum amoris inimicorum præceptum implere, si audis vocem Saluatoris, *Ego autem dico vobis.* Quid dixerit Dominus quod Christicolæ possit difficile apparere? An non Iesus pro te difficiliora gessit? 24. *Præsul, qui exemplo præest subditos habet obsequentes.*

Abrahamo Dominus, *Tolle filium tuum vnigenitum quam diligis, Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum*, Gen. 22. Nescio, an difficilius sit, filium dilectum vnicum occidere, quam inimico inuiso parcere? Quanam vi Patriarcha ad tam difficile adducetur imperium? Præcipit Deus, qui meliorem Filium propter ipsum Abrahamum litare non renuet. D. Basilius Seleu. Orat. 7. *Abraham senio curuatus intrepida manu charissima proli gladium intentat. Quia imperantis Dei charitate vincit natura difficultatem, vt hostia minime cæsa Domini sacrificium imitaretur.* Difficile, filium Deo litari? Hoc sacrificium veri Dominici holocausti imitatio est. Tanta Deí charitas, vt Filium suum vnigenitum daret. Prophetans igitur Abrahamus facilè filium litat, quia imperantis Deí charitate obiecta menti, *vicit natura difficultatem.* Ac si diceret Deus, Ego dico hoc tibi, qui vnigenitū pro te mihi ipsi litabo. Iesus autem, *Ego dico vobis, Diligite inimicos,* qui me ad difficilius præparo holocaustum. 25. *Abrahamus ideo promptā obedientiā præstitit difficillimo precepto, quia sciuit imperare eū, qui proprium filium litare non renuit. Gen. 22. Basil.*

Omnium

26. Omnium Dauidis fidelium subditorum inimicus horribilis Absalon. Quemquidem Dauid benignissimus iusserat à vulnere exitiali præseruari. *Seruate mihi puerum Absalon.* Fugit miser adolescens ab arbore detinetur in militum conspectu, qui quidem comprehensum inimicum non audent vulnerare. Quare precor? Ex ore vnius rationem audite: *Nequaquam mitterem manum in filium Regis. Audientibus enim nobis, præcepit tibi, & Abisai dicēs: Custodite mihi puerū Absalon.* 2. Reg. 18. si Dauid, præcipit, quomodo auderē ego vel tantum hostem interimere. Ausa est, inquis, arbor comprehendere Absalonem, quæ quidem subdita Dei Conditoris est, & ad Dauidis pertinebat ditionem. Vis arbores ratione pollere? Equidem, ad hominum confusionem, ideo ausa est arbor Absalonem detinere, & quia Dauidis, cui subest vocem præcipientem non audiuit: & Dei veri Domini iubentis imperium vel aduersus domini, ac Regis sui filium satagebat implere. Chrysostomus de Absal. *Adest arbor in catapo ramorum telis ornata, quæ te excipiat fugientem, properantem rapiat. Adest, inquam, arbor, quæ nec Patrem, vt tibi parcatur audiuit; & iussa Dei instanter implere contendit.* O Christicolarum tepiditas! Arbor non custodit communem hostem, sed prodit: quia Regis non audiuit præceptum, & Dei imperium recognouit: & tu audiens inclamantem Iesum. *Ego autem dico vobis diligite inimicos.* adhuc cunctaris? imo adhuc odio prosequendum ducis?

Homo subditus discat ab arbore obedire, quia iussit Præsul, siue Deus: & à milite secular. 2. Reg. 18. Chrysost.

27. Pulchrè cogitationi Ambrosius ansam exhibuit, dum contemplatur Absalonem arbori illigatum Iesu Cruci suffixi imaginem extitisse, qui sitit, qui se à Patre derelictum clamat, qui pro suffixoribus exorat *Pater ignosce illis.* Igitur Absalon & mysticus Iesus obiicitur, & communis inimicus ostentatur. Milites autem iustè non insurgunt in hostem, quia Iesum exaudiunt Dauidis filium inclamantem, Ego autem dico, verbo & exemplo clamito, *Diligite inimicos.*

Dum miles videt Absalonem Cruci velut suffixum Dominū referre, ac à non vindicat, hostem percutiens. Ambros.

28. Credebant filij Iacob Iosephum à se venditum inimicum redditum infensissimum. O quam difficilè existimabant Iosephi animum sic afficere, vt inimicis omnino ignosceret! At tamen prudentissimo vsi consilio post obitum parentis, vnde maior timor profluxerat deprecantur: *Pater tuus præcepit nobis, antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obsecro, vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati, atque malitiæ, quam exercuerunt in te.* Gen. 50. Ad quæ Lyranus, *Hoc finxerunt fratres, vt amore patris præcipientis Ioseph citius ad misericordiam flecteretur. Iacob hoc non dixerat; quia non diffidebat de benignitate Ioseph. Aliter enim dixisset ei ore proprio ante mortem suam. Quibus auditis,* &c. Non potuit non sapientissimus Ioseph (videns Iacobum nihil sibi præcepisse proprio ore antè quam moreretur circa veniam fratrum) cognoscere eorum fictionem. Attamen vel fictum patris morituri mox imperium audiens profusis lacrymis inimicos amplectitur. Et tu videns Iesum Cruci suffixum iam moriturum inclamantem. Ignosce illis: & antequam moreretur monentem, *Diligite inimicos vestros:* quonammodo potes non toto ex corde inimicis ignoscere? Quam aptè fratres Ioseph patris mortem memorant, cui proximus Iacobus de ignoscendis inimicis curam gessit! O quam facilè inimicos amore prosequemur, si Iesu morientis, & pro inimicis exorantis obiiciamus imaginem!

Filij Iacob crediderunt morituri parentis præceptum sufficere, vt fratribus ignosceret. Gen. 50. Lyran.

Sufficit confictum morientis patris præceptum, & non sufficiet Iesu occumbentis vera iussio?

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Diligite inimicos vestros vt sitis filij Patris vestri.

Diligentibus inimicos offertur Dei filiatio, id est æterna hæreditas, qua minimè donantur, qui inimicos odio prosequuntur.

Odio insequeris inimicum? O quam ingens damnationis documentum.

29. ANselmus asserit amantibus inimicum Dei filiationem promitti, vt *dignitatem suam hæredes intelligant*, à qua osores inimicorum exturbantur. Mihi credite, sicut diligens inimicum agnatus obiicitur saluationis æternæ hæreditati: sic inimicum odio prosequens damnationi addictus ostenditur. Nam qui à filiatione excidit, quonammodò potietur hæreditate? Ansel.

30. Cum prodigus ad paternam domum ductus pœnitudine reuerteretur, senior frater (ex inuidia ob saginatum vitulum occisum, & symphoniæ plausum) in inimicum ex fratre conuersus, in patrem querulus insurgit, *Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit occidisti illi vitulum saginatum.* Luc. 15. Fratris iniquitates memoras? Inuidia cruciaris? E fratre in inimicum mutatus es. Pater dixit, *Fili, tu mecum es, & omnia mea tua sunt.* Sed timeo te, à filiatione vera qui cecidisti, & ab hæreditate æterna casurum. Chrysologus ser. 4. *Fratri inuidus animus gratus esse non potest Patri, & paternæ largitatis memor non est, qui est fraternæ immemor charitatis.* Preme illud: *Paternæ largitatis memor non est.* Nam cum se videt odio fratrem prosequi, quasi diuinæ largitati, & Regno à Patre præparato renonciat.

Qui fratrem odio insectatur vel prodigum, signum exhibet damnationis, licet alias frugi appareat. Luc. 15. Chrysol.

31. Christum audite, *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro.* Mat. 12. Quinam contra Spiritum sanctum verbum dicit? Profectò qui fratrem prosequitur odio. Fideles enim Spiritus sancti filij sumus ex Baptismatis vnda nascentes. Leo ser. 5. de Nat. *Originem, quam Christus sumpsit ex Virgine, posuit in fonte Baptismatis, dedit aquæ, quod Matri. Virtus enim Altissimi & obumbratio Spiritus sancti, quæ fecit, vt Maria pareret Saluatorem, eadem facit, vt regeneraret vnda credentem.* Qui igitur à fratre recedit, Patri optimo valedicit. Vndè cadit ab æterna hæreditate sine remissionis quodammodo spe: quia Spiritui sancto, cui tribuitur specialissimè peccatoris conuersio nuncium remisit.

Qui fraternam lædit charitatē, quasi irremissibiliter delinquit, contra S; ritū sanctū. Matth. 12. Leo.

32. Angeli casum audisti proclamantis, *similis*

ero

Diaboli irreparabile casum quodammodo incurrit, qui esse est inimicorum, fraternum charitate laesa.
Abbas Cellens.

ero Altissimo. An ruina reparabili affectus est: Minimè. Quare non reparatur? scio Angelicā naturā teoacher & bonitati, & malitiæ ita hærescere, vt non valeat pœnitētiæ affectū exponere. At acutè Petr. Cellens, lib. 1. de Moys. Tabernac. ideo asserit ruinā Diaboli haud fuisse reparabilem, quia à sanctis Angelis recessit, eosque vt inimicos, odio est prosecutus. *Singularitas proculdubio præsumptionis in Lucifero excidit, cum rupto fœdere Societatis Angelicæ in aliū se tendens, venas in se gratiæ rupit. Indignus fuit reparatione, quia charitate geminæ vacuus, reparari non meruit.* Et quodnā documentum æternæ hæreditatis poterat esse in eo, qui in inimicos odij Magister exsurgit? Preme illud: *Venas in se gratiæ rupit.* Fraterna quidem charitas vena, è qua gratiæ profluit vbertas. Vnde gemina charitate ac consequēter gratia vacuus, haud potuit reparari.

33. *Qui fratri inimico parcit se oleo inungit, vt iustitia Dei quodammodo non possit eum damnare: secus qui odio fratrem insequitur hostem.*
Cant. 1.
Auctor. Prati spirit.

Proclamat spōsa, *Oleū effusū nomē tuum, propterea adolescētulæ dilexerunt te. Trahe me post te curremus in odorē vnguentorū tuorū.* Cant. 1. Ex mente trium Patrū, oleum hoc fraterna charitas est, qua adolescentulæ simul eutrūt. Porro charitas patiēs est, benigna est, ignoscit erratis. Currūt igitur fraterna charitate colligati, sequunturque Agnū, quocumque ierit, æterna beatitudinæ donādi. An excident à fœlicitatis spe? Minime, dum proximo ignoscunt erranti. Audi Prati spiritualis Auctorē. *Hoc charitatis genus* (nēpe amor inimicorū) *oleum misericordiæ ad peccatorum nostrorum remedia efficacissimum. Quemadmodū athletæ in palæstra luctaturi, oleo nuda corpora vngere solebant, vt antagonistæ suis omnē corripiendi ansam in lubricis carnibus præriperent: sic hoc misericordiæ oleum, quo proximis nostris*, peccantibus in nos, *dimittimus, ita nostrā nuditatē vngit, vt iustitia diuina eam ad pœnā æternā reposcere, atque corripere nequeat.* At qui huiusmodi charitatis oleo non vtitur, vix potest non à iustitia diuina in interminabilem pœnam detrudi.

34. *Vel simulare, nos fratrem velut inimicū punire, est quodāmodo documentum dānationis.*
2. Thes. 3.

Monet Paulus, *Quod si quis non obedit verbo nostro per Epistolā, hunc notate, & non commiscemini cum illo, vt confundatur. Et nolite quasi inimicū existimare, sed corripite, vt fratrem.* 2. Thessal. 3. Quare quasi inimicū non existimabimus eum, quē præceptorū transgressorē iudicat Paulus à fratribus remouendū? Profectò, nè dum delinquentis separationi ad confusionem, & correctionē studemus; nos inimicū illum existimantes, & non fratrē sine spe salutis dāmnationi addicamus æternæ. Signū enim damnationis erit quodāmodo vel illa inimicitiæ, aut odij in inimicū simulatio. Exponit Apostolum D. Chrysost. hom. 1. de dilect. *Non tamen ita simpliciter* iubet Paulus, *Hunc notate*, &c. *Sed hoc ipsum enim aliqua mā suetudine dictū est: Et nolite quasi inimicū existimare: sed corripite vt fratrē. Diabolus semper studuit charitatis nexū dissoluere, vt correctionis viam intercluderet: ne illum quidem in errore, te vero in perfidia, & odio cōtineret: atqui hac ratione viam ad salutem veluti muro intercluderet.*

Chrysost.

35. *Murus appositus Epuloni intercludēs viam ad salutem, quia Lazaro non pepercit inuiso.*
Luc. 16.
Chrysol.

Preme proxima verba: *Veluti muro.* Asserit Chrysol. diuitem Epulonem odio in Lazarū sibi inuisū accendi mystica in gehenna, eūque expetere ad so allicere stillæ aquæ prætextu, vt igni curatet illigate tormento. At incōsequenter clamitat. *Vt refrigeret linguam meam*, æterno cupiēs refrigerio donari. Cui Abraham, *In his omnibus inter nos, & vos Chaos magnum firmatū est.* Luc. 16. Chaos firmatū? Ita plane, via ad salutem misero veluti muro interclusa est. An ex sententia Doctoris æterno iam discruciatur incendio? Contemplatur Rauenatis Præsul eximius haud incendio æterno cremari: *Non est hoc* tartareū, *quod te mouet incendium.* Cur ergo chaos magnum, seu murus apponitur? vt via ad salutem diuitis intercludatur? Profectò veluti impossibilis redditur salus quodammodo ei, qui inimicū odio prosequitur: *Hac ratione viam ad salutem veluti muro intercluderet.*

36. *Non est resina huiusmodi morbo nisi amor inimicorum, seu reconciliatio.*
Iere. 8.
Quinta Synodus.

Huiusmodi hominū tam desperata salus? *Numquid resina non est in Galaad?* Iere. 8. Si adhuc inimicū odio afficeris tibi interclusa salutaris via. Si autem experis medicamine vti efficacissimo, resina procura inungi. Quid resina? Quinta Synodus Constantinopol. respondet, *Quid per resinā, quæ fomentum ignis est, quæ & in ornamentū domus marmora dissipata coniungit, nisi charitas designatur? Quæ & in amore corda succendit, & vt sanctā Ecclesiā ornamēto vnitatis cōponat, discordes hominū mentes per pacis in se studium ligat.* Desperatus quisque hac resina inungatur, & spei salutis (à qua ex odio in inimicos deciderat) restituetur.

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba:

Benefacite iis, qui oderunt vos, vt sitis filij Patris vestri, qui in cælis est.

Qui benefaciunt inimicis, ad diuinæ naturæ participationem quodammodo eleuantur.

D[illegible] ere [illegible] m inimicum, lenitatem ab [illegible] re [illegible] itate recede te [illegible] quasi Diuinam el[illegible] at ad naturam.

37. Damian.

FAtur D. P. Damia. ser. 1. de Exalt. Cruc. *Magnū quidem, & vltra hominē est, aperire [illegible] verborū & verberū non solum pati: sed & non reddere. Illud verò maius est, & diuinum quiddam sapit: Benefacite his, qui oderunt vos.* Ideo addit. *Vt sitis filij Patris vestri, qui in cælis est.*

38. *Dauid parcens inimico, velut Deus ostenditur præsēs æternitati.*
2. Reg. 9.

Notæ in Dauidē Saulis inimicitiæ. Moritur hostis, Dauid autem post omnes aduersarios debellatos, fatur: *Nunquid superest aliquis de domo Saul.* Inuenitur nepos Saulis Miphiboseth, cui Rex, *Restituā tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panes in mēsa mea sēper.* 2. Reg. Reg. 9. Tā facile ò Dauid, iniuriarū Saulis oblitus, curas eius nepotē honoribus onerare? An non hominū est, (vt vidimus Obser. 2.) iertata inimicorū vindicare? Certe Dauid ex huiusmodi actione se non hominem, sed Deū quodāmodo ostentat. Ideo promittit velut æternitati præsens, *Tu comedes panes in cōspectu meo, semper.* Chrysost. hom. de Dauid, sic diuinitatem parcentis inimico Dauidis exponit. *Quid illius mensa sanctius, quam cingebant filij hostis, hostis, inquā, occidere conati? Quid illo conuiuio diuinius, in quo tam multa abundabat benedictiones?* Iam Dauid velut alter Christus Dei Filius hominibus mensā æternā exponit, diuinum planè Deitatis conuiuium: *Donec bibam eum nouum in Regno Patris mei.*

Chrysost.

39. *Qui inimicum diligit cum hominibus non flagellatur, quia iam quodāmodo Deus est.*
Psal. 37.
Psal. 38.

Clamabat aliquando Dauid, *Quoniam in flagella paratus sum* Psal. 37. Quia homo cum sim, cum hominibus flagellari non renuo. Nec enim illorum hæreo superbiæ, *qui cum hominibus* (suo iudicio) *non flagellabuntur.* Mox autē vociferatur, *Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me, opprobriū insipienti dedisti me, obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti, amoue à me plagas meas.* Psal. 38. Si supplex flagellis se offerebat Psalmo proximo: quomodo iam à se flagellū postulat amoueri? Certè quia obmutuit, & non aperuit os, dum ab inimicis verbo & opere vulnerabatur. Nam qui inimico parcit, ex homine subdito flagellis in Deū, conuertitur à flagellis immunē: *Et flagellū non appropinquabit tabernaculo tuo.* Do quæstionem, & solutionem Ambrosio profatori ad Psal. 38. *Quomodo hoc sibi congruit, quod in superiori Psalmo flagellis se obtulit: Nè flagella à se postulat amoueri? nisi quia soluit iam de ma-*

Ambros.

un Domini duplicia peccata sua erubescēdo,& opprobria sustinēdo. Iam postquā inimico pepercit, exuit omnem peccati,& humanitatis seruitutem, Deitatis à flagellis immunis æmulator exsurgit.

40. Postquā Iacob nūcios misit ad Esau infensissimum inimicū, vt eum facerēt certiorē se amicissimo animo ei expetere colligari, *abiit in itinere, quod cœperat, fueruntque ei obuiam Angeli Dei. Quos cum vidisset* Iacob, ait: *Castra Dei sunt hæc.* Gen. 31. Cur Iacob ab Angelis excipitur? Certè quia ex dilectione erga inimicum, ex munificentia erga hostē iam ex homine fuerat conuersus in Principē cum Deo; vnde cœlestis Principis ei addicitur satellitium: *Castra Dei sunt hæc.* Pulchrè Hieron. in Trad. Hebr. *Ad fratrē iturus, Angelorum comitantiū, choris excipitur, illique dicitur: Non inde vocabitur Iacob nomen tuum, sed Israël, id est, Princeps cum Deo.*

Cum primū Iacob erga inimicum se vt fratrē ostēdit: conuertitur in Principem cum Deo ex homine. Gen. 31. Hieron.

41. Christus nos docuit, quonāmodo precaremur & quænā à cœlesti Patre petituri essemus. *Sic vos orabitis, Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum,* &c. *Et dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Mat. 6. Cur non assignat Dominus plures alias petitiones ad tot egestatum nostrarū leuamen? Profectò quia postquam homo peruenit ad inimicorū dilectionē illis verbis expressā: *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris,* iam ex homine Deus est quodammodo effectus; vnde orare non debet sed exorari, perpulchrè Nyssen. ser. de Orat. *Sermo venit ad ipsum extremum punctū virtutis. Præscribit enim per verba orationis, qualē velit esse eum, qui ad Patrem accessurus sit, qui propemodū non amplius intra terminos humana natura cōspicatur: sed ipsi Deo per virtutē assimiletur, vt alius ipse ille Deus esse videatur, dum facit ea, quæ Dei solius est facere.* Nēpe inimicis parcere: *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Deus esse videtur? Ergo iam omnino liberatus *à malo* non vltra precetur, qui iam Dei instar debeat exorari.

Cum primū parcimus inimicis cessamus à precatione, quia in Deū conuertimur, qui nō orat, sed oratur. Matth. 6. Nyssen.

42. Cœcus quidā inclamitauit, *Iesu fili David miserere mei.* Luc 8. Cur non *Fili Dei,* Certè cœcus Iesū hominem purū à Dauide parente procedentē existimauit. O cœcum & mente! Si Filius Dauid est, ineptè cœcus petit donari misericordiā à filio illius, qui à cæcis fuit iniuria aliquando affectus, cum cœci & claudi impedierūt, ne Dauid Ierosolymā iniret, fautoribus Iebusæis: *Nisi abstuleris cæcos, & claudos non ingredieris Ciuitatē.* 2. Reg. 5. Ergo si inimicū cœcū sanitate donat, non se Dauidis filiū, sed Deū verū ostendit. Nec enim quis nisi Deitate conspicuus benefacit inimico. Tertull. lib. 4 cont. Marc. cap. 36. *Patiens Dominus, non tamen confirmator erroris, imo etiam detector Creatoris: vt non prius hanc cæcitatem hominis illius enubilasset, nè vltra Iesum filium David existimaret.* Preme illud. *Detector Creatoris.* Nam dum benefacit cœco Patris Dauidis inimico, se non Dauidis solum filium esse; sed Deum esse manifestat.

Christus ostēdit se nō purum homo Dauidis filium; sed Deum; dum cœco patri Dauidi inimico visum restituit. Luc. 8. 2. Reg 5. Tertul.

43. Rursùm expendo Dauidis carmen: *Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorē meum.* Psal. 5. Vbi Chrysost. videtur Regē corripere quod audacter dixerit, *Intellige.* Attamen animaduertēs Diuus Dauidē pro inimicis exorasse, eum liberat ab audaciæ suspitione; quia qui pro inimicis orat, iam non est homo, sed Deus: ideo potest cum Deo tanquā cum æquali quodāmodò colloqui, & pro libito quæsibet verbis vti. *Hoc dicit* (ait Pater) *audacter, & libere, quoniam ea petit, quæ ipse etiam dare vult:* An Deus, vel Dauid? vterque plane, quia Dauid pro inimicorum correctione exorans, iam in Deum conuertitur.

Dum Dauid pro inimicis orat correptendus ad salutē, quasi Deus ostēditur. Psal 5. Chrysost.

44. Cœca Gentilitas Apollinem acclamauit Deum vindictarum, ideo eius manibus arcū & sagittas addixere. Porrò Apollo Deus effectus licet confictè, quasi necessitate cōsequentiæ visus sibi à vindictæ munere recedere. Vnde reseruans arcū retinensque sagittas ad ornatum, iam ex homine vindicatore iniuriarum fit sol fulgentissimus omniū nutritius, qui oritur super bonos, & malos super iustos,& iniustos. Bellè Lucian. de Gymnas. *Cæterum Apollinis simulacrum, quod supra statuam eius situm est, sinistra quidem arcum gerens, dextra vero circa caput infracta tanquam ex multa defatigatione Deum quiescentem indicat.* Quasi impotens ad vindictam inimicorum sit, postquam in numerum Diuorum adscriptus apparet.

Homo Apollo Deus factus licet confictus ex vindicatore iniuriarum vertitur in inimicorum amatorem. Lucian.

OBSERVATIO V.

Ad illa verba:

Diligite inimicos vestros, &c. vt sitis filij Patris.

Tota legis impletio, omnimoda perfectio indicitur, dum iubemur, inimicos diligere.

Vna enim dilectio inimicorum quasi infinita virtus est, omnem legis obseruationem, omnem perfectionem spiritualem continens.

QVid est, *Vt sitis filij Patris* æterni vt sitis præceptorū omniū obseruatores. August. de tēt. Dom. *Si quis præcepta Dei cūcta custodit, filius Dei efficitur.* Cur ergo Dominus non addidit, Diligite inimicos, à periurio abstinete, festa custodite, parētes honorate, &c. vt sitis filij Dei? Profecto vnica inimicorū dilectione illa acquiritur filiatio; quia qui inimicos amat, videtur omnis iustitiæ, & perfectionis fulgorē emittere. Proh inimicorū dilectio omnis legis, omnis sāctitudinis recapitulatio. 45.

Augustin.

Præmitto D. Valer. hom. 12. *Infinita virtus est odia vicisse beneficiis.* Cur virtus infinita appellatur dilectio inimicorū, nisi quia immenso sinu totam legis, & consiliorum perfectionem excipit. Nam qui inimicum diligit, omnino Deo addictum à mondialibus abstractum, charitate succeosum, totius perfectionis colligatione, se ostentat. 46.

Vna inimicorum dilectio virtus infinita. Valer.

Præmiserat Dominus hoc eodē capite totius sanctitatis documēta ex præceptorū, & consiliorū impletione. *Beati pauperes, beati mites, beati mundo corde,* &c. *Qui soluerit vnū de mādatis istis minimis,* &c. *sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videāt opera vestra bona. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquā Scribarū, & Pharisæorū.* Mat. 5. Denique indicit; *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris.* Quærit opportunè D. Paschas. *Vtrū hæc sententia pendeat ex eo tantum, vbi dictū est, Diligite inimicos vestros, an ad omnia, quæ supra præmissa sunt, referatur?* Et respōdet acutè, *Liquet satis quia illa sola hac dilectione, per quā iubemur inimicos diligere, complentur, & in ea cuncta recapitulantur: Diligite inimicos vestros, & hac sola dilectione supplete omnia, quæ mandaui.* 47.

Omnia præcepta & cōsilia cōtinet. Matth. 5. Paschas.

Lucas ait, *Factū est autē vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* cap. 16. Vbi Caiet. *significatur per hoc meritorū Lazari oblatio corā diuino tribunali.* Diuitis delicta Dominus aperuerat, *Induebatur purpura & bysso.* Prodigalitas. *Epulabatur quotidie splēdide.* Gula. Lazarus cupiebat *saturari de micis, & nemo illi dabat,* Auara crudelitas. *Vt refrigeret linguā meam.* Detractio, & garrulitas. Luxuriæ autē piacula ex bysso, ac epulo non arguitur? Cur igitur inopis non exponūtur virtutes, quibus meruit ab Angelis in Abrahæ sinū fælicissimū deportari? Omnia recapitulantur recta Lazari opera, dum dicitur, *Vt refrigeret linguā meam.* Chrysol. ser. 66. *In lingua maius sentit incendiū, qui maledixit pauperi.* Tot Lazarus maledictis actus 48.

Dum Lazarus demum tolerabat probra sibi diligēs, omnes virtutes exprimere videbatur. Luc. 16. Chrysol.

patienter

patienter tulit, & ad inimici ianuam tanquam ad amici gremium quotidie accurrit? O dilectio inimici omnem recapitulans perfectionem.

49. Pharisæus inclamitat affectu vanitatis, *Non sum sicut cæteri homines adulteri, raptores, &c. velut etiam hic Publicanus.* Porrò Publicanus inimico parcens, veniam à Domino deprecatur *Propitius esto mihi peccatori.* Addit Dominus, *Descendit hic iustificatus ab illo.* Luc.18. Preme particulã, *Ascendit iustificatus.* Saa, *Effectus iustus.* seu sanctus. Quænam virtutes Publicani recensentur? Nullæ quidem, quia Publicanus totus in crimine. Repéret summus, quia Pharisæo cóuitianti parcebat. Chrysost. *Non satiauerat eius contemptum tota humana natura, sed & Publicanum aggressus est*, Publicanus itaque dum se audit contemni, non ita succenditur, sed inimico contemnéti parcit. O dilectio inimici cunctas virtutes colligans! Faitur Doctor hom. de Dauid *Accepit Publicanus probrum, & abluit probrum. Quot labores erant subeundi Publicano ieiunando, humi dormiendo, vigilando, bona sua pauperibus elargiendo, in puluere, & cinere sedendo, vt tam multa peccata deponeret; & descenderet iustificatus? At nunc cum nihil tale fecerit, simplici verbo omnem deposuit iniquitatẽ ac probra Pharisæi pepererunt illi coronam* sanctitatis.

Publicanus auxat immensum Pharisæum iniurium se asficientem, sanctus ex peccatore maximo redditur?
Saa.
Chrysost.

50. Latronum crura perfringuntur à militibus, qui cum ad Iesum horribiles, & vulneraturi properassent, cum vidissent eum iam obiisse, non fregerũt eius crura, sed vnus militũ lancea latus eius aperuit, *& continuo exiuit sanguis & aqua.* Ioan.19. O quot in aquã & sanguine profluxere mysteria! Multa Patres. Ego autem memor sententiæ Pauli, *Ego autem dico in Christo & in Ecclesia*, crediderim totam Ecclesiæ perfectionem, totam sponsæ sine ruga pulchritudinem à vulnere lateris emanasse. Profluxere simul Sacraméta, quibus status Sacerdotalis, & coniugalis figurabantur. Profectò fons è quo tot sanctitatis fluuij processerunt inimicorũ dilectio fuit. Audi Cyrill. Ierosol. catech. 13. *Iesus postremo aquã misit de latere simul cũ sanguine fortasse propter duas cædes, alterã indicantis Pilati, alterã clamantiũ, sanguis eius super nos. Pilatus enim lauit aqua manus. Erant igitur hæc duo de latere* Pectore Dominus irã cóceperat duplici actus iniuria iudice iniquo, populo ingrato. Aqua & sãguis seruabãtur in pectore ad vindictæ memoriã. At Christus ineffabilis dilectionis documéto profũdit, inimicis ignoscẽs. Igitur ex huiusmodi dilectionis inimicorum actione tota Euangelica perfectio, tota legis nouæ sãctitas profluxit, quia vnius dilectionis inimicorũ virtus totam cõtinet sanctitudinis perfectioné.

Ex actu amoris erga inimicos profluxit tota perfectio legis Euangelicæ?
Ioan.19.
Cyrill. Ierusol.

51. Omne virtutum exercitamentum patientiæ nomine designatur. Martyr tyranni persecutione patitur, Confessor interminabili Martyrio consummatur, Virginitatis cultor purpura induitur augustissimã. Porrò inimicum patienter tolerare est totius patientiæ recapitulatio. Tertullian. lib. de Patient. cap.3. *Iesus non contendit, non reclamauit, nec quisquã in plateis vocem eius audiuit, arundinem quassatã non fregit. Neque enim mẽtitus fuerat Propheta, imò ipsius Dei contestatio, spiritũ suum in Filio cum tota patientia collocantis.* Preme illud: *Cum tota patientia.* Profectò dum Christus, clamantibus inimicis, *Crucifige, crucifige. Sanguis eius super nos*, non reclamat, se patientissimum exponit & dilectione erga inimicos huiusmodi totam sanctorum, ac virtutum patientiam colligauit.

Omnes virtutes in diligentia inimicum patientia recapitulantur.
Tertull.

52. Dominus Ioanni visus diademata multa præsentare cunctarum virtutum exercitamento. Confessores coronãtur, Virgines, Martyres, cõtemplationis studiosi, actionis amatores. Profectò vnicus amoris inimici actus cuncta diademata præparat omnium sanctitati. Testor Dauidem cum in specu potuit inimicum Saulem vulnerare, & tamen ingrato pepercit. Quot coronis actus hic stipari putas? Ex ore aureo Chrysostomi accipies, hom. de Dau. *Cum Dauid esset occidendi inimicum Saulem potestatem nactus, tamen ei pepercit. Perspicuum est, quod millies coronam meruit animi proposito.* Cur vno actu millies? Quia vnica inimici dilectio omnes Christianæ perfectionis virtutes exponit, quibus tot diademata præparantur.

Vnus actus diligendi inimicum omnes virtutibus præparatas coronas parit.
Apoc.4.
Chrysost.

Postquam Dominus iussit inimicos diligere: adiicit, *Estote ergo & vos perfecti.* Matth.5. Expende particulam, *Ergo.* Quasi è dilectione inimicorum perfectio omnimoda consequatur. Diligis inimicum, ei benefacis, pro illo exoras? Ergo perfectus es; quia vnica hæc virtus totam continet perfectionem. Bellè D. Remigius apud D.Thom. in Caten. *Quia verò perfectio dilectionis vltra dilectionem inimicorum non potest procedere: ideo postquam Dominus præcepit diligere inimicos, subiungit consequenter: Estote ergo & vos perfecti.* 53.

Qui inimicos diligit, iam perfectus est.
Matth.5.
Remig.

Profectò quemadmodum diligere inimicum est totius virtutum perfectionis recapitulatio: odium illum parit, qui est velut omnium epilogus peccatorum. Qui postquã à Domino acceperat tot debitorum relaxationem, conseruo debitori noluit ignoscere: tormentis addicitur. *Tradidit Dominus eum tortoribus, quo ad vsque redderet vniuersum debitum. O serue nequã* Matth.18. Qui iam ignoscente Domino iustus erat, iam repentè *nequam* seruus apparet, & omnium debitorũ reatu illigatus obiicitur, quia vnica odii erga inimicum actio omnes videtur includere iniquitates. Chrysost. hom.27. in Gen. *Verè hic videre licet, quantum malum sit, iniuriam reminisci, quoniam cum decem millia talenta consumpsisset, non vocauit eum malum. Sed nunc quando conseruo crudelis fuit.* 54.

Odio prosequi inimicũ, est omnium criminum quodammodo colligatio.
Matth.18.
Chrysost.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Dictum est antiquis diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuum: ego autem dico, diligite inimicos vestros.

Si dictum fuisset in lege, *Odio habebis inimicum tuum.* Dominus eam impleuisset dum diligere inimicum imperauit.

Quia illud ipsum inimicum diligere, idem est, ac de illo horribilem sumere vindictam.

Paschasius, *Quæritur, quomodo non soluerit legem, quia dixit, Ego autem dico vobis, Diligite inimicos, cum lex dixerit, Odio habebis inimicum tuum?* In Commentario innuimus aliquos Doctores existimasse huiusmodi legem extare. Si ita est, videtur Dominus legem soluisse, contrarium imperando. Respondeo, Dominum odium horribile in inimicum imperasse, dum præcipit amare; quia dum diligo inimicum, eum vulnere acri admodum afficio, percutio flagris, igni addico, eumque demum in Dei manus potentissimas puniendum colloco. 55.

Paich.

Ait Dominus, *Rogate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Mat.5. Annó aptius pro nobis qui iniuriis agimur deprecari? Minimè quia miserabilis debemus misereri. Porrò qui iniuriam infert, miserabilis est, nó qui accipit. Chrys. ser.13. ad 1. Cor.4. *Qui aliũ lædit, seipsum lædit.* Cyprian. lib.1. Epist.3. *Neque enim qui audit, sed qui facit conuitium, miser est; nec qui à fratre vapulat, sed qui fratrem cædit, in lege peccator est. Et cum nocentes innocentibus iniuriã faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere se credunt.* 56.

Rogare iubemur pro inferentibus iniuriã, non pro accipientibus, quia illi miserabiles, hi minimè, sed felices.
Matth.5.
Chrysost.
Cyprian.



LIBER SEPTIMVS. SERMO DE DILECTIONE INIMICORVM.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput quintum Matthæi.

Panegyrici Morales circa literam in Iesum Concionatorem.

PROLVSIO.

Dominici vitalis ligni FRVCTVS SEPTIMVS.



OELESTIS Concionator mandata pergit tradere perfectiora, Euangelij satagit adstruere consilia. Proposito augustissimo diuinæ filiationis præmio, inimicorum curat dilectionem persuadere. *Diligite*, ait, *inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos.* Id est, super amicos & inimicos, *iustos* scilicet, *& iniustos.* Liceat Mariæ mancipio humili profari: Diligite inimicos vestros, vt sitis specialissimi filij Mariæ, quæ sese & amicis, & inimicis, iustis, ac peccatoribus solem exhibet misericordiæ. Fatur Richardus lib 7. de Laud. Virg. *Maria proficientibus, & perfectis: profundéque peccantibus Sol est. Propter hanc communitatem dicitur de Patre æterno, & de Matre Maria Matth.5. Qui solem suum facit oriri super bonos, & malos. Ideo etiam dicitur de ipsa Sap.6. Æqualiter, id est, communicatiuè, est ei cura de omnibus. Sicut enim non est personarum acceptio apud Deum, sic nec apud Mariam,* vel inimicorum amatricem. O Sol misericordiæ, qui iustitiæ magnum æmularis luminare!

Richard. Laurent.

MATTHÆVS CAP. V.

VERS.43. AVDISTIS, quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

44. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.

PARAPHRASIS.

43. *A*VDISTIS, *traditum maioribus: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Beneuolentiam lex exigit erga beneuolos, & bene meritos: cæterum à mala antiquorum intelligentia permissio malè velle his, qui nos lædunt, inducitur: non quidem à lege.*

44. *Ast ego non contentus mutua in amicos beneuolentia, illud à vobis mea doctrina sectatoribus exigo: vt diligatis & inimicos; & his, qui vos odio prosequuntur, non solum odio mutuo non respondeatis, verùm etiam beneficiis ad amorem pro-*

45. Vt

nocetis. Quod si adhuc vos impetant efferati, adeò non mutetis animum vestrum, ut pro illis rogetis Deum, quo resipiscant.

45. Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos, & malos; & pluit super iustos & iniustos.

45. Hac bonitate vtentes erga vniuersos, & bonos, & malos: declarabitis vos esse non degeneres filios Patris cœlestis, qui cupiens omnes seruari tam multa bona dignis, & indignis elargitur. Patitur enim, solem suum & his, à quibus colitur, & his, à quibus contemnitur, esse communem; ac pluuiam suam patitur, vtilem esse iustis pariter & iniustis: malos suo beneficio prouocans, vt resipiscant: bonos, vt gratias agant, excitans,

46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & Publicani hoc faciunt?

46. Similitudo morum vos asseret Patri cœlesti; & ab eo profectam credent vestram doctrinam, si illius in vobis bonitatem conspexerint. Alioqui si diligitis diligentes, crimen effugistis, non meruistis præmium. Non referre beneficium, ingratitudo est apud Publicanos etiam execrabilis.

47. Et si salutaueritis fratres vestros tantùm, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt?

47. Et si vos comes, & affabiles præbueritis erga cognatos, aut populares vestros tantum: cæteros velut alienos nec salutatione dignemini: quid eximium facitis? Nonne idem faciunt & Ethnici? Vulgaria sunt ista, quæ non arguunt bonos, sed homines tantum.

48. Estote ergo vos perfecti sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.

48. Vos igitur volo perfectos esse, & admirabili quadã luce bonitatis cœlestem referre Parentem: qui cum sit omnipotens, tamen sua bonitate prodest omnibus, nihil à quoquam expectans mercedis, mitis erga vniuersos, cum possit illico, si velit, vlcisci.

CAP. 6. v. 1. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est.

1. Ostendi, quibus rebus oporteat, vos iustitiam scribarum, & Pharisæorum excellere. Nunc ostendam, in his, quæ vobis videntur esse communia, quid sit vitandum. Vos cautos, ac circumspectos esse volo, ne, cum erit aliquid piorum operum præstandum: ideo malitis apud homines facere, quam soli: vt ab illis conspecti, laudem humanam venemini. Semper vos Deus intuetur, à quo præmium expectatis. Alioqui si ex benefactis laudem captatis apud homines, præmium apud Patrem cœlestem amittitis.

2. Cum autem facis eleemosynam noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

2. Ergo quisquis es Euangelicæ legis sectator, cum tua munificentia paras inopiam egentis subleuare; noli facere, quod solent hypocritæ, qui quoties aliquid largiuntur pauperibus, non quærunt solitudinem: sed prodeunt ad hominum conciliabula, & vicos: nec aliter quam fabulam acturi; tubæ cantu multitudinem ad spectandum euocant. Vultis audire, quid proficiant? Vtcumque applauserit populus, benefacti sui apud Deum, qui pium opus ex animi syncero affectu metitur, mercedem

3. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua:

4. Vt sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

perdiderunt. Qui ad gloriam dedit, beneficium vendidit, non largitus est.

3. *Te verò tantum oportet abesse ab istorum affectu, vt cum confers beneficium, ne sinistra quidem sciat, quid faciat dextera tua: & ideò non desideres hominem spectatorem; vt, si fieri possit, nec ipse scias, te facere, quod rectè facis: ne tibi hoc nomine placeas, quod dederis; sed tantum in sinu gaudeas, quod refocillatus sit egenus.*

4. *Tibi satis est, quod testem habeas Patrem, cuius oculos nihil omninò fugit. Is tibi reponet præmium, etiam si ab homine nihil gratiæ redeat.*

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

SECTIO PRIMA.

Dei filij, qui inimicos diligunt.

TEXTVS.

VERS. 43. AVdistis, quia dictum est *antiquis*, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. 44. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos: 45. Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos, & malos: super iustos, & iniustos. 46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & Publicani hoc faciunt? 47. Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? 48. Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester perfectus est.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Vtrum in lege extet illa particula: Odio habebis inimicum tuum?

1. *Quidnam in Leuitico præcipiatur.* Leu. 19. AVDISTIS, *quia dictum est antiquis: Diliges, &c.*] Quæstioni do, vtrum in lege illa sit apposita particula: *Et odio habebis inimicum tuum?* In Leuitico habetur, *Diliges amicum tuum*, siue proximum, *tuum sicut teipsum*. Cap. 19. At inibi non lego particulam, *Et odio habebis inimicum tuum.*

Sententia affirmans. August. Augustinus de serm. Dom. cap. 41. in lege quoque scriptum asserit; sed vbi sit indictum, non indicauit. *Quod in lege* (ait) *scriptum est, oderis inimicum tuum, non vox iubentis iusto accipienda est; sed permittentis infirmo.* Vult itaque esse legis permissionem propter infirmitatem, non præceptum lib. 19. cont. Faust. cap. 24. Sic exposuit: *Docetur, non esse contrarium, quod in antiqua Scriptura dictum est, Oderis inimicum tuum: & in Euangelio, Diligite inimicos vestros. Quod vnusquisque iniquus homo, in quantum iniquus est, odio habendus est; in quantum autem homo est, diligendus est. Vt illud quod in eo rectè odimus, arguamus, id est, vitium: quo possit illud, quod in eo rectè diligimus, id est, humana natura ipsa, emendato vitio, liberari.* Aliter exposuit serm. 59. de Temp. *Odio habebis inimicum tuum*, id est, diabolum. *In lege Dominus, non inimicos, sed inimicum præcipit odiri. Vt qui spirituales erant in lege, solum diabolum odio haberent.* Colligo Augustinum putasse hæc verba: *Odio habebis inimicum tuum*, ex scriptura esse desumpta; ea vero sic interpretari: Odio habebis inimicum tuum ob peccatum tantummodo, ob naturam diliges, vel odio habebis diabolum. Sine interpretatione Hilarius, Amari proximum lex exigebat: & in inimicum *licentiam odij dabat.* Hilar.

Porrò alij verba hæc in lege nusquam scripta esse affirmatunt Lubens subscribo, quia nunquã sacra in Pagina inueni: Vnde reor esse Iudæorũ glossam aliquam, & interpretationem. Ex verbis Leuitici, *Diliges amicum tuum*, & aliis scripturæ locis inferebant, *Habebis ergo odio inimicũ tuum.* Sed mala planè illatio. Strabus, *Sciendum est, in toto corpore legis non esse scriptum, Odio habebis inimicum tuum; sed hoc dicitur quantum ad traditionem scribarum.* Addit, *forte intelligendum iuxta illud: Oculum pro oculo, dentem pro dente: vel subtrahendo officia humanitatis.* 2. *Austera negatiua sententia.* Strab.

Ad vberiorem veritatis huiusce expositionem, quæsitum, vtrum Iudæis licuerit odio habere inimicos? Respondet Abulensis hic quæst. 347. minimè licuisse. *Lex enim naturalis odium etiam aduersus inimicos vetat.* Porrò charitatis erga inimicos mentio fit in scriptura. *Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.* Leu. 19. An vltionem non quærere ex inimico non est charitas? *Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: & in ruina eius non exultet cor tuum.* Prou. 24. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: & si sitierit, da ei aquã bibere.* Prou. 25. *Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum, si videris asinũ odientis te sub onere iacere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo.* Exod. 24. *Diliges amicum tuum, siue proximum* 3. *An Iudæis licuerit, odio habere inimicos?* Abul. Leu. 19. Prou. 24. Prou. 25. Exod. 24. Leu. 19.

proximum tuum sicut te ipsum. Leu. 19. Proximus autem est etiam inimicus, vt Dominus ait Luc. 10. dum asserit Samaritanum proximum extitisse illi, qui in latronum manus inciderat. Samaritanis autem Iudæi non coutebantur. Vnde ait Augustinus ser. 26. de Diuers. *Dilige proximum tuum, id est omnem hominem. Cum dicit, Diliges proximum tuum, ibi sunt omnes homines, & si fuerint inimici. Ex duobus enim parentibus omnes nati, omnes proximi sumus.* Ergo minime potuit scriptura sententia vti contradictoria: *Odio habebis inimicum tuum,* quem iam diligendum imperauerat.

Luc. 10. — August.

§. II.

De Euangelica inimicorum dilectione.

5. *Quemadmodo inimici diligendi?* EGo autem dico vobis, diligite inimicos vestros.] Dictum illud Iudæorum excludit Dominus, iubens non solùm amicos, verum inimicos etiam, qui nos odio habent, diligere. An non dilectio in corde primùm residens, deinde in ora profluit, & opera? Prius ergo imperat corde diligere, mox dilectionem operibus exprimere. *Benefacite iis, qui oderunt vos*] Præterea ore & lingua profluere dilectio videatur: *Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.*

6. *Quid Patres ad hæc?* Imperf. Quid Patres? Auctor Imperf. hom. 13. *Odium spiritus est tenebrarum, & vbicumque insederit, sordidat pulchritudinem sanctitatis. Cum autem sic mundus iste scandalis plenus, si amicos tantum voluerimus diligere, non poterimus inuenire, quos diligamus.* Interlin. *Diligere inimicos, perfectum est, non impossibile.* Gregorius lib. 22. Mor. cap. 10. & 11. *Quem quis cecidisse lætatur, aut non vult esse meliorem, non eum amat. Potest tamen accidere, vt non amissa charitate, & inimici ruina lætificet, cum eo ruente, quosdam benè erigi credimus. Congaudendum iustitia Iudicis, sed condolendum miseria pereuntis.* Strabus. *Ioannes tantum videtur monere, vt fratres diligamus; sed fratres vocat etiam eos, qui credituri sunt; pro quibus orandum, vt fraterno nobis fœdere sociemur.* Addit. *Pugnant aduersarij contra Ecclesiam odio, verbis, cruciatu: hæc vero contra diligit, benefacit, & orat; vt omnes partes malitia bonitate vincantur.* Hieronymus, *Hoc fecit Christus dicens: Pater ignosce illis,* Augustinus de ser. Dom. *Stephanus pro persequentibus orauit, iisque, qui nondum Christo crediderant. Illa vero petitio Martyrum in Apocalypsi, vt vindicentur, non contra homines est, sed contra Regnum peccati, vt euertatur quod fit partim correptione hominum, partim damnatione perseuerantium in peccato. Vel clamant non voce, sed ratione, vt sanguis Abel. Non enim tam impatientes sunt, vt vrgeant fieri, quod sciunt præfinito tempore esse futurum.*

Interl. — Gregor. — Strab. — Hieron. — August.

7. *Filij Dei ex dilectione inimicorum.* *Vt sitis filij Patris vestri, qui in cælis est, &c.*] Duplici ratione Dominus ad inimicorum dilectionem inuitat. Prima ex similitudine cum Deo sumitur. Diligite inimicos, vt similes sitis tanquam filij Patri vestro Deo. Filium similem esse bono parenti oportet, eiusque imaginem exponere; ne degener obiiciatur. Deus diligit inimicos illique benefacit; ergo Dei filij Patris opera gerite. *Solem suum Deus oriri facit super bonos & malos: pluit super iustos & iniustos.*] Innumeraque alia beneficia impertit. Patrem igitur imitamini.

8. *Quid Patres circa huiusmodi filiationem?* Plura Doctores, quibus expositio confirmatur. Chrysostomus, *Vt sitis filij. Quia magnum erat præceptum, præclarum præmium subdit, scilicet, fieri similes Deo.* Anselmus, *Vt sitis filij in re, quod iam estis in spe. Dignitatem suam hæredes intelligant.* Strabus, *Non sitis degeneres. Deus vester dicitur Pater, videte vt amantes inimicos sitis filij.* Augustinus. *Iniqui in libro sapientiæ plangunt, Sol non ortus est nobis. Et scriptum est, Mandabo nubibus, ne pluant.* Sol non oritur, pluuia non fluit eis, qui proximos lædunt. At eis, qui diligunt inimicos totus Sol iustitiæ impenditur. *Vt sitis filij Patris vestri, qui Solem suum, &c. Solem quem ipse fecit, facit Deus oriri super iustos & iniustos. Quanto ergo magis nos præstare debemus, quod eius munere accipimus?* Mystice autem idem Doctor, *Sol iustitia pluuia doctrina, vel pluuiam, vt terra fructificet.* Hilarius, *In Baptismo, & spiritus sacramento tribuit Solem, & pluuiam.*

Chrysost. — Ansel. — Strab. — August. — Hilar.

9. *Merces præparata diligentibus inimicos.* *Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis.*] Secunda ratio sumitur ex magna diligentibus inimicos præparata mercede. *Si diligitis,* ait, *eos, qui vos diligunt,* amicos, quodnam præmium merebimini. Facile quidem factu, & cuiuslibet hominis etiam impij est, & Ethnici, amicos vicissim prosequi dilectione, & beneficiis. At si inimicos diligitis, rem, fateor, difficillimam præstatis, sed cui eximia est merces præparata.

10. *An meritum tollit Dominus ab amicorum dilectione?* Obiicis videri, Dominum ab amicorum dilectione tollere meritum. *Si amicos diligatis, quam mercedem habebitis?* Ac si dicat, nullam. Respondeo, Dominum non loqui de dilectione amicorum, qua propter Deum ex charitate, quæ se ad inimicos etiam extendat, diliguntur: sed propter alias causas amantur, scilicet ob propriam vtilitatem, aut propter naturalem quendam affectum absque charitate. Quemadmodum brutæ animantes natos suos amant, & Publicani, ac Ethnici suos amicos. Si vero in charitate diligantur amici, ita vt dilectio nulla mala circumstantia vitietur, mercedem recipiet. Gregorius hom. 27. in Euang. *Ille veraciter dignam præmio charitatem habet, qui amicum diligit in Deo, & inimicum diligit propter Deum.* Addit autem, *sunt nonnulli, qui diligunt proximos sed per affectum cognationis, & carnis. Quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt, sed aliud est, quod sponte impenditur naturæ; aliud quod præceptis diuinis ex charitate debetur obedientiæ. Hi nimirum & proximum diligunt, & tamen illa sublimia dilectionis præmia non assequuntur. Quia amorem suum non spiritualiter, sed carnaliter impendunt.*

Gregor.

11. *Quemadmodo Patris cælestis perfectionem æmulabimur?* *Estote perfecti, sicut Pater vester cælestis perfectus est.*] Estote non Publicanis, & Ethnicis similes: Sed Deo. Decet filium Patri esse similem. Perfectus est Pater Deus in dilectione, perfectissime diligit amicos, & inimicos. Tanti Patris in vobis imago resplendeat. Anselmus, *Estote ergo perfecti ex charitate inimicorum, vt filij Patris cælestis esse mereamini. Perfecti* inquam *sicut Pater,* id est, *secundum modum hominum, vt quaratis prodesse inimicis.* hoc est, *imitatione non æqualitate. Nota, quod hic tota Trinitas intelligitur per Patrem.* Remigius, *Deus perfectus vt omnipotens; homo autē, vt à Deo adiutus.* Chrysostomus, *Filij carnales sunt similes patribus in corpore: spirituales autem Deo in sanctitate.*

Ansel. — Remig. — Chrysost.

Estote

12. *Facilitas precepti.* Leo.

Estote ergo.] Igitur impossibilis non est inimicorum dilectio; Deus enim impossibilia minimè preciperet D. Leo ser. de Martyr. *De diligendis inimicis nullus vnquam in vnitate poterit se excusare. Potest enim aliquis mihi dicere: Non possum ieiunare, non possum vigilare. Nūquid potest dicere: Non possum diligere? Potest dicere, Non possum res meas totas pauperibus erogare, & in Monasterio Deo seruire. Numquid potest dicere: Non possum diligere? si dixeris, Non possum a vino, & carnibus abstinere, credemus tibi. Si autem dixeris, quod non possis in te peccantibus indulgere: omnino non credimus.* Hactenus Doctor.

IN
IESVM CONCIONANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
CIRCA LITERAM.
EX DEI FILIATIONE OB DILECTIONEM INIMICORVM.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

Omnibus hominibus dictum est à natura, Ama amicum, odio prosequere inimicum.

Hinc difficultas precepti exponitur, Christi præcipientis amori litanda.

13. Vidimus particulam illam: *Odio habebis inimicum tuum* nullatenus legis esse præceptum, neque permissionem; sed Scribarū interpretationem humanæ naturæ prorsus agnatam. Amicus est ergo mihi detestabilis. Exprimam itaque difficultatem præcepti ex naturæ repugnantia, vt videas, quam crescat meritum ei, qui contra naturæ præscriptionem Christo præcipienti huiusmodi erga amandos inimicos litat affectum.

14. *Petit Dauid, vt Deus intelligat, cum pro inimicis exorat; quia nouum quid humanitati, quod ipse Deus quodammodo fere nesciens crederit.* Psal. 5.

Dauid cecinit, *Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Quoniam ad te orabo, Domine* Psal. 5. *Intellige clamorem?* An Deus vt intelligat, indiget Dauidis admonitione, & commentario? Equidem oratio Dauidis ad inimicorum dirigitur vtilitatē. Propter inimicos meos, dirige in cōspectu tuo viā meam. Id est, mea opera tibi ad inimicorum meorum lucentur reductionem. *Decidant a cogitationibus suis*, & ad meliorem frugem reducantur. Porrò oratio pro inimicis tam noua est humanæ naturæ, vt quodammodo indigeat admonitione, & commentario: *Intellige clamorem meum*, vt me ex huiusmodi oratione non hominē esse conspicias.

Chrysost.

Chrysost. *Hoc dicit audacter, & libere, quoniam ea petit, quæ ipse etiam dare vult. Quando oratur pro inimico, ea non sunt verba hominis.* Si ergo Deus aliquid posset ex nouitate non agnoscere, & intelligere, maxime orationem pro inimicis; quia agnatum humanitati inimicos odio prosequi. *Si ergo dicis, Verba mea auribus percipe, &c. Ea verba quæ sunt hominis mansueti, & humani.* O nouitatem.

15. *Cum Iesus aperit excessum dilectionis erga inimicos, abscondit esse hominē, & aperit esse Deum.* Exo. 19. Mat. 17. Luc. 9.

Cum Deus legem Hebræis daturus erat descendit in montem. *Descenditque Dominus super montem Sinai in ipso montis vertice.* Exo. 19. Profectò Dominus sic nube densissima operitur, vt Moyses non posset agnoscere. At Christus qui humanitatis nube Deitatem operuerat, in monte Thabor minime potuit abscondi, *Et resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt Moyses, & Elias cum eo loquentes.* Mat. 17. Lucas addit, *Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.* Cap. 9. Personat tunc Patris vox, *Hic est Filius meus.* Quæsierim, quare Deus olim nube sic operitur, vt à nullo posset agnosci, quinam loqueretur: an Deus, an Angelus? Christus autem, qui sub velamine humanitatis latebat, ne à diabolo agnosceretur: in Thabor ab ipso Patre reuelatur? Profectò hic non poterat humanus apparere, quia excessus obiiciebatur, quem completurus erat in Ierusalem, vt inimicos peccatores Patri reconciliaret. Vnde iam reserato arcano ex necessitate consequentiæ aperte Pater profitetur, *Hic est Filius meus.* Quod enim ergà commodum spirituale inimicorum agere molitur, non ex quo capite est homo, quodammodo, sed ex Deitate profluit. Humanitas enim vel nomen horrescit inimici.

Non est hominis diligere inimicos.

16. *Christus ex quo homo, vult trāsire calicem ne inimici peccatores bibant.* Mat. 26. Ansel. Hieron.

Ideo Dominus in monte Oliueti proclamat, *Pater, si possibile est transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Mat. 26. Vbi Anselmus *Transeat calix*, non patiar pro inimicis. *hoc humano dicit affectu.* Verumtamen, id est, in se Deum reuersus ait: *Non sicut ego homo volo, sed sicut tu Deus.* Nam si humanitatis conditioni hæresceret, inimicos commineretur ingratissimos præcipue *ex populo Iudæorum*, (loquor cum Hieronymo) *quos non excusat ignorantia, quando habent Prophetas qui me vaticinantur.*

17. *Cum Dauid inimico parcit, vocem eius Saul non agnoscit humanam.* 1. Reg. 24. Chrysost.

Dauid horribilem hostem Saulem cum facilè valeret occidere illi pepercit, curans tamen, vt Rex cognosceret illi vitæ fecisse gratiam. *Cum autem complesset Dauid sermones suos ad Saul: dixit Saul, Numquid hæc vox tua est fili mi Dauid?* 1. Reg. 24. Vbi Chrysostomus hom. de Dau.

Dau. & Sau. *Nec enim dixit: sermones isti sunt fili Dauid, sed vox tua ista?* Cur vocem non agnoscit? Certè quia vox, qua tanta erga inimicum dilectio ostentatur, vt cum posset illum occidere, ille pepercit: non est vox filij hominis, sed eius, qui supra humanitatem auolabat; quia humanitas parcere inimico non scit.

18. Iam agnosco cur Stephanus ab omnibus, qui erant in concilio visus vt Angelus. *Et omnes, qui erant in concilio viderunt faciem eius sicut faciem Angeli.* Hic non est homo, Angelus est. Quare precor? Certè quia illam haud hominis vocem audierunt, *Domine, ne statuas illis hoc peccatū.* Act. 7. Humanitati enim agnatum inimicos vindicare. Vnde Attila Hunnorum Princeps post horribilem stragem proclamat: *Quid homini forti suauius, quam vindictam manu quærere. Magnum munus a natura humana, animos vltione satiare.* Sic apud Iord. de Reb. Got.

Stephanus orans pro inimicis non apparet homo, sed Angelus. Act. 7. Iord.

19. Obiicit menti Abbas Isaac lib. de contemp. mundi. Cap. 13. hominem inimicorum accusationes tolerantem, & ergà illos dilectione succensum: & asserit Angelis esse admirationem. *Qui cum humilitate sustinet accusationes ab inimico obiectas hic ad perfectionem quasi Angelicam venit, & a sanctis Angelis admiratur. Nulla enim ita magna & difficilis nomini, ad obtinendum virtus extitit.* Vnde Angeli non hominem eum, sed Angelum videntur deputare.

Angeli mirantur inimicorum amatorem, quasi homo non sit. Isaac.

20. Pulchrè Dauid, *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito.* Psal. 7. *Domine, non est exaltatum cor meum: nec ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me* Psal. 130. Vbi Ambrosius lib. 3. in Luc. *Dixerat Dauid, si reddidi retribuentibus mihi mala. Et quasi palinodiam quandam cantandam putauit, dicens: Domine, non est exaltatum cor meum, neque ambulaui in mirabilibus super me.* Quænam hæc retractatio Dauidis? Profectò eum se ostenderat inimicorum amatorem, se supra hominem proclamabat? quia hominis non est, diligere inimicos: & si hominis quidem est, hominis miraculosi est, & supra naturam eleuati. Quare palinodiam cantandam putauit, ne videatur tanta elatum superbia esse dum asserit se inimicos diligere, vt exutus humanitate, indutusque altiori natura videatur: *Neque in mirabilibus super me.*

Cum Dauid asseruisset, se inimicis pepercisse, recantat palinodiam ac si de se quiddam supra humanitatem prædicasset. Psal. 7. Psal 130. Ambros.

21. Premo hanc particulam: *Neque in mirabilibus.* An mirabile, hominem inimicis parcere? Ita planè, quia supra humanitatem inimici dilectio. Paulus, *Signa Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigiis* 2. Cor. 12. Ad quæ Theodoretus, *Rectè signis tolerantiam præposuit.* Quia omni patientia ornari, vt & inimicorum probra tolerentur; miraculum augustissimum est, communia superans miracula.

Miraculum supra naturam humanam est, inimicos diligere. 2. Cor. 12. Theodo.

22. Porrò & miracula vulgare quiddam, si cum dilectionis erga inimicos componantur affectu. *Claritatem* (ait Dominus) *quam dedisti mihi, Pater dedit eis.* Ioan. 17. Theophylactus, *Eam gloriam quæ per signa; & aliam quoque gloriam concordiæ scilicet, vt sint vnum. Ista gloria maior est, quam gloria signorum.* Si fratrum Dei filiorum concordia superat miracula claritate: quidnam precor cum inimicis fraterna colligatio? Ergo meritò Dauid palinodiam decantat: *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.*

Vel miracula vulgare quid iam, si componantur cum inimicorum dilectione. Ioa. 17. Theoph.

Igitur qui inimicos repugnante natura diligit, se Christi amicissimum profitetur, quia amatissimum Dominici calicis liquorem epotauit. *Bibite amici, & inebriamini charissimi.* Cant. 5. Amicus laborum amaritudinem haurit, sed charissimus dilectionis inimicorum, toto felle, potatur. Certè morte amarior est iniuriæ condonatio: hunc liquorem amarissimum epotat, qui inimicis ignoscit. Quod si calicis haustum hunc Dominus cunctabatur haurire propter difficultatem; & tandem Patris voluntati addictus illum ad pectus traxit: qui inimicis parcit, Dominici calicis huius particeps procul dubio ostenditur. Stephanus, dum lapidibus vulneratur, inclamat, *Domine ne statuas illis hoc peccatum.* Act. 7. An haustu difficilis liquor? Nazianzenus Orat. 19. *Stephanus cum lapidaretur, pro lapidantibus orabat maius aliquid morte Christo afferens, nempe longanimitatem.* Vndenam id? Eusebius Emissen. hom. de Steph. *Reliquias excipere calicis illius meruit, quo paulo ante sæuiente mundo, Saluator occubuit: Pater ignosce illis.* 23.

Qui inimicos diligit tanta difficultate obiecta, merito inter Domini non tam amicos, sed charissimos computatur potandi calicis redd. Cant. 5. Act. 7.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Ego autem dico vobis.

Difficillimum planè dilectionis inimicorum præceptum, sed omnino absque cunctatione obseruandum, quia Iesus præcipit.

Religiosis, subditisque omnibus sit ad obedientiæ difficilia quæque irrefragabilis ratio: Deus iubet, qui præest exemplo.

QVid cunctaris difficillimum amoris inimicorum præceptum implere, si audis vocem Saluatoris, *Ego autem dico vobis.* Quid dixerit Dominus quod Christicolæ possit difficile apparere? An non Iesus pro te difficiliora gessit? 24.

Præsul, qui exemplo præest subditos habet obsequentes.

Abrahamo Dominus, *Tolle filium tuum vnigenitum quam diligis, Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum*, Gen. 22. Nescio, an difficilius sit, filium dilectum vnicum occidere, quam inimico inuiso parcere? Quanam vi Patriarcha ad tam difficile adducetur imperium? Præcipit Deus, qui meliorem Filium propter ipsum Abrahamum litare non renuet. D. Basilius Seleu. Orat. 7. *Abraham senio curuatus intrepida manu charissima proli gladium intentat. Quia imperantis Dei charitate vincit naturæ difficultatem, vt hostia minime cæsa Domini sacrificium imitaretur.* Difficile, filium Deo litari? Hoc sacrificium veri Dominici holocausti imitatio est. Tanta Dei charitas, vt Filium suum vnigenitum daret. Prophetans igitur Abrahamus facilè filium litat, quia imperantis Dei charitate obiecta menti, *vicit naturæ difficultatem.* Ac si diceret Deus, Ego dico hoc tibi, qui vnigenitū pro te mihi ipsi litabo. Iesus autem, *Ego dico vobis, Diligite inimicos,* qui me ad difficilius præparo holocaustum. 25.

Abrahamus ideo promptā obedientiā præstitit difficillimo præcepto, quia sciuit imperare eū, qui propriū filium litare non renuit. Gen. 22. Basil.

Omnium

26. *Homo subditus debet ab arbore obedire, quia iussit Praesul, siue Deus: & à militia seculari.* 2. Reg. 18.

Omnium Dauidis fidelium subditorum inimicus horribilis Absalon. Quemquidem Dauid benignissimus iusserat à vulnere exitiali praeseruari. *Seruate mihi puerum Absalon.* Fugit miser adolescens ab arbore detinetur in militum conspectu, qui quidem comprehensum inimicum non audent vulnerare. Quare precor? Ex ore vnius rationem audite: *Nequaquam mitterem manum in filium Regis. Audientibus enim nobis, praecepit tibi, & Absai dicens: Custodite mihi puerum Absalon.* 2. Reg. 18. si Dauid, praecipit, quomodo auderé ego vel tantum hostem interimere. Ausa est, inquis, arbor comprehendere Absalonem, quae quidem subdita Dei Conditoris est, & ad Dauidis pertinebat ditionem. Vis arbores ratione pollere? Equidem, ad hominum confusionem, ideo ausa est arbor Absalonem detinere, & quia Dauidis, cui subest vocem praecipientem non audiuit: & Dei veri Domini iubentis imperium vel aduersus domini, ac Regis sui filium satagebat implere. Chrysostomus de Absal. *Adest arbor in campo ramorum telis ornata, quae te excipiat fugientem, properantem rapiat. Adest, inquam, arbor, quae nec Patrem, vt tibi parcatur audiuit; & iussa Dei instanter implere contendit.* O Christicolarum tepiditas; Arbor non custodit communem hostem, sed prodit: quia Regis non audiuit praeceptum, & Dei imperium recognouit: & tu audiens inclamantem Iesum. *Ego autem dico vobis diligite inimicos.* adhuc cunctaris imo adhuc odio prosequendum ducis?

Chrysost.

27. *Dum miles videt Absalonem Cruci velut suffixum Dominum referre, atque non vindicat, hostem percutiens.* Ambros.

Pulchrè cogitationi Ambrosius ansam exhibuit, dum contemplatur Absalonem arbori illigatum Iesu Cruci suffixi imaginem extitisse, qui sitit, qui se à Patre derelictum clamat, qui pro suffixoribus exorat *Pater ignosce illis.* Igitur Absalon & mysticus Iesus obiicitur, & communis inimicus ostentatur. Milites autem iustè non insurgunt in hostem, quia Iesum exaudiunt Dauidis filium inclamantem, Ego autem dico, verbo & exemplo clamito, *Diligite inimicos.*

28. *Filij Iacob crediderunt morituri parentis praeceptum sufficere, vt fratres ignoscerent.* Gen. 50.

Credebant filij Iacob Iosephum à se venditum inimicum redditum infensissimum. O quam difficilè existimabant Iosephi animum sic afficere, vt inimicis omnino ignosceret! At tamen prudentissimo vsi consilio post obitum parentis, vnde maior timor profluxerat deprecantur: *Pater tuus praecepit nobis, antequam moreretur, vt haec tibi verbis illius diceremus: Obsecro, vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati, atque malitiae, quam exercuerunt in te.* Gen. 50. Ad quae Lyranus, *Hoc finxerunt fratres, vt amore patris praecipientis Ioseph citius ad misericordiam flecteretur. Iacob hoc non dixerat; quia non diffidebat de benignitate Ioseph. Aliter enim dixisset ei ore proprio ante mortem suam. Quibus auditis,* &c. Non potuit non sapientissimus Ioseph (videns Iacobum nihil sibi praecepisse proprio ore antè quam moreretur circa veniam fratrum) cognoscere eorum fictionem. Attamen vel fictum patris morituri mox imperium audiens profusis lacrymis inimicos amplectitur. Et tu videns Iesum Cruci suffixum iam moriturum inclamantem. Ignosce illis: & antequam moreretur monentem, *Diligite inimicos vestros:* quonammodo potes non toto ex corde inimicis ignoscere? Quam aptè fratres Ioseph patris mortem memorant, cui proximus Iacobus de ignoscendis inimicis curam gessit! O quam facilè inimicos amore prosequemur, si Iesu morientis, & pro inimicis exorantis obiiciamus imaginem!

Lyran.

Sufficit confictum morituri patris praeceptum, & non sufficiet Iesu occumbentis vera iussio!

Obseruat. III.

Ad illa verba:

Diligite inimicos vestros vt sitis filij Patris vestri.

Diligentibus inimicos offertur Dei filiatio, id est aeterna haereditas, qua minimè donantur, qui inimicos odio prosequuntur.

Odio insequeris inimicum? O quam ingens damnationis documentum.

ANnselmus asserit amantibus inimicum Dei filiationem promitti, *vt dignitatem suam haeredes intelligant*, à qua osores inimicorum exorbantur. Mihi credite, sicut diligens inimicum agnatus obiicitur saluationis aeternae haereditati: sic inimicum odio prosequens damnationi addictus ostenditur. Nam qui à filiatione excidit, quonammodò potietur haereditate? 29. Ansel.

30. *Qui fratrem odio insectatur vel prodigum signum exhibet damnationis, licet alias frugi appareat.* Luc. 15.

Cum prodigus ad paternam domum ductus poenitudine reuerteretur, senior frater (ex inuidia ob saginatum vitulum occisum, & symphoniae plausum) in inimicum ex fratre conuersus, in patrem querulus insurgit, *Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam dedisti mihi haedum, vt cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit occidisti illi vitulum saginatum.* Luc. 15. Fratris iniquitates memoras? Inuidia cruciaris? E fratre in inimicum mutatus es. Pater dixit, *Fili, tu mecum es, & omnia mea tua sunt.* Sed timeo te, à filiatione vera qui cecidisti, & ab haereditate aeterna casurum. Chrysologus ser. 4. *Fratri inuidus animus gratus esse non potest Patri, & paternae largitatis memor non est, qui est fraternae immemor charitatis.* Preme illud: *Paternae largitatis memor non est.* Nam cum se videt odio fratrem prosequi, quasi diuinae largitati, & Regno à Patre praeparato renunciat.

Chrysol.

31. *Qui fraternam laedit charitatē, quasi irremissibiliter delinquit, contra Spiritū sanctū.* Matth. 12. Leo.

Christum audite, *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro.* Mat. 12. Quinam contra Spiritum sanctum verbum dicit? Profectò qui fratrem prosequitur odio. Fideles enim Spiritus sancti filij sumus ex Baptismatis vnda nascentes. Leo ser. 5. de Nat. *Originem, quam Christus sumpsit ex Virgine, posuit in fonte Baptismatis, dedit aquae, quod Matri. Virtus enim Altissimi & obumbratio Spiritus sancti, quae fecit, vt Maria pareret Saluatorem, eadem fecit, vt regeneraret vnda credentem.* Qui igitur à fratre recedit, Patri optimo valedicit. Vndè cadit ab aeterna haereditate sine remissionis quodammodo spe: quia Spiritui sancto, cui tribuitur specialissimè peccatoris conuersio nuncium remisit.

Angeli casum audisti proclamantis, *similis* 32.

ero

Diaboli irreparabilē casum quodāmodo incurrit, qui ipse est inimicorum, fraternā charitate læsa. Abbas Cellens.

ero Altissimo. An ruina reparabili affectus est: Minimè. Quare non reparatur? scio Angelicā naturā tenaciter & bonitati, & malitiæ ita hærescere, vt non valeat pœnitētiæ affectū exponere. At acutè Petr. Cellens, lib. 1. de Moys. Tabernac. ideo asserit ruinā Diaboli haud fuisse reparabilem, quia à sanctis Angelis recessit, eosque vt inimicos, odio est prosecutus *Singularitas proculdubio præsumptionis in Lucifero excidit, cum rupto fœdere Societatis Angelica in altū se tendens, venas in se gratia rupit. Indignus fuit reparatione, quia charitate gemina vacuus, separari non meruit.* Et quodnā documentum æternæ hæreditatis poterat esse in eo, qui in inimicos odij Magister exsurgit? Preme illud: *Venas in se gratia rupit.* Fraterna quidem charitas vena, è qua gratiæ profluit vbertas. Vnde gemina charitate ac consequēter gratia vacuus, haud potuit reparari.

33. *Qui fratri inimico parcit se oleo inungit, vt iustitia Dei quodammodo non possit eum damnare: sicut qui odio fratrem insequitur hostem.* Cant. 1. Auctor. Prati spirit.

Proclamat spōsa, *Oleū effusū nomē tuum, propterea adolescētula dilexerunt te. Trahe me post te curremus in odorē vnguentorū tuorū.* Cant. 1. Ex mente trium Patrū, oleum hoc fraterna charitas est, qua adolecentulæ simul currūt. Porro charitas patiēs est, benigna est, ignoscit erratis. Currūt igitur fraterna charitate colligati, sequunturque Agnū, quocumque ierit, æterna beatitudinæ donādi. An excident à fœlicitatis spe? Minime, dum proximo ignoscunt erranti. Audi Prati spiritualis Auctorē. *Hoc charitatis genus* (nēpe amor inimicorū) *oleum misericordia ad peccatorum nostrorum remedia efficacissimum. Quemadmodū athleta in palæstra luctaturi, oleo nuda corpora vngere solebant, vt antagonistis suis omne corripiendi ansam in lubricis carnibus præriperent: sic hoc misericordiæ oleum, quo proximus noster*, peccatoribus in nos, *dimittimus, ita nostra nuditatē vngit, vt iustitia diuina eam ad pœnā æternā reposcere, atque carripere nequeant.* At qui huiusmodi charitatis oleo non vtitur, vix potest non à iustitia diuina in interminabilem pœnam detrudi.

34. *Vel simulare, nos fratrem velut inimicū punire, est quodāmodo documentum dānationis.* 2. Thes. 3.

Monet Paulus, *Quod si quis non obedit verbo nostro per Epistolā, hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur. Et nolite quasi inimicū existimare, sed corripite, vt fratrem.* 2. Thesal. 3. Quare quasi inimicū non existimabimus eum, quē præceptorū transgressorē iudicat Paulus à fratribus semouendū? Profectò, nē dum delinquentis separationi ad confusionem, & correctionē studemus; nos inimicū illum existimantes, & non fratrē sine spe salutis dāmnationi addicamus æternæ. Signū enim damnationis erit quodāmodo vel illa inimicitiæ, aut odij in inimicu simolatio. Exponit Apostolum D. Chrysost. hom. 5. de dilect. *Non tamen ita simpliciter* iubet Paulus, *Hunc notate,* &c. *Sed hoc ipsum cum aliqua mansuetudine dictū est: Et nolite quasi inimicū existimare: sed corripite vt fratre. Diabolus semper studuit charitatis nexus dissoluere, vt correctionis viam intercluderet: ac illum quidem in errore, te vero in perfidia, & odio cōtineret: atque hac ratione viam ad salutem veluti muro intercluderet.*

Chrysost.

35. *Murus appositus Epuloni intercludēs viam ad salutem, quia Lazaro non pepercit inuiso.* Luc. 16. Chrysol.

Preme proxima verba: *Veluti muro.* Asserit Chrysol. diuitem Epulonem odio in Lazarū sibi inuisū accendi mystica in gebenna, eúque expetere ad se allicere stillæ aquæ prætextu, vt igni curaret illigare tormento. At incōsequenter clamitat. *Vt refrigeret linguam meam,* æterno cupiēs refrigerio donari. Cui Abraham, *In his omnibus inter nos, & vos Chaos magnum firmatū est.* Luc. 16. Chaos firmatū? Ita plane, via ad salutem misero veluti muro interclusa est. An ex sententia Doctoris æterno iam discruciatur incendio? Contemplatur Raucoatis Præsul eximius haud incendio æterno cremari: *Non est hoc tartareū, quod te manet incendium.* Cur ergo chaos magnum, seu murus apponitur? vt via ad salutem diuitis intercludatur? Profectò veluti impossibilis redditur salus quodammodo ei, qui inimicū odio prosequitur: *Hac ratione viam ad salutem veluti muro intercluderet.*

Huiusmodi hominū tam desperata salus? *Numquid resina non est in Galaad?* Iere. 8. Si adhuc in inimicū odio afficeris tibi interclusa salutaris via. Si autem expetis medicamine vti efficacissimo, resina procura inungi. Quid resina? Quinta Synodus Constantinopol. respondet, *Quid per resinā, qua fomentum ignis est, qua & in ornamentū domus marmora dissipata coniungit, nisi charitas designatur? Quæ & in amore corda succendit, & vt sanctā Ecclesiæ ornamēto vnitatis cōponat, discordes hominū mentes per pacis in se glutinum ligat.* Desperatus quisque hac resina inungatur, & spei salutis (à qua ex odio in inimicos deciderat) restituetur. 36.

Non est resina huiusmodi morbo spirituali, nisi charitas reconciliationis. Iere. 8. Quinta Synodus.

Observatio. IV.

Ad illa verba:

Benefacite iis, qui oderunt vos, vt sitis filij Patris vestri, qui in cælis est.

Qui benefaciunt inimicis, ad diuinæ naturæ participationem quodammodo eleuantur.

Dil ere ei ... ur, bemi em a ... ntate recede ... quasi I ... aram el ... at ad ... atrem.

FAtur D. P. Damia. ser. 1. de Exalt. Cruc. *Magnū quidem, & vltra hominē est, asperitatē verborū, & verberū non solum pati: sed & non reddere. Illud verò maius est, & diuinum quiddam sapit: Benefacite his, qui oderunt vos.* Ideo addit. *Vt sitis filij Patris vestri, qui in cælis est.* 37.

Damian.

Notæ in Dauidē Saulis inimicitiæ. Moritur hostis. Dauid autem post omnes aduersarios debellatos, fatur: *Nūquid superest aliquis de domo Saul.* Inuenitur nepos Saulis Miphiboseth, cui Rex, *Restituā tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panes in mēsa mea semper.* 2. Reg. Reg. 9. Tā facile ò Dauid, iniuriarū Saulis oblitus, curas eius nepotē honoribus onerare? An non hominū est, (vt vidimus Obser. 2.) iertata inimicorū vindicare? Certe Dauid ex huiusmodi actione se non hominem, sed Deū quodāmodo ostentat. Ideo promittit velut æternitati præsens, *Tu comedes panes in cōspectu meo, semper.* Chrysost. hom. de Dauid, sic diuinitatem parcentis inimico Dauidis exponit. *Quid illius mensa sanctius, quam cingebant filij hostis, hostis, inquā, occidere conati? Quid illo conuiuio diuinius, in quo tam multa abundabat benedictiones?* Iam Dauid velut alter Christus Dei Filius hominibus mensā æternā exponit, diuinum planè Deitatis conuiuium: *Donec bibam cum nouum in Regno Patris mei.* 38.

Dauid parcens inimico, velut Deus ostenditur præsēs æternitati. 2. Reg. 9.

Chrysost.

Clamabat aliquando Dauid, *Quoniam in flagella paratus sum.* Psal. 37. Quia homo cum sim, cum hominibus flagellari non renuo. Nec enim illorum hæreo superbiæ, *qui cum hominibus* (suo iudicio) *non flagellabuntur.* Mox autē vociferatur, *Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me, opprobriū insipienti dedisti me, obmutui, & non aperui os meum, quoniā tu fecisti, amoue à me plagas meas.* Psal. 38. Si supplex flagellis se offerebat Psalmo proximo: quomodo iam à se flagellū postulat amoueri? Certè quia obmutuit, & non aperuit os, dum ab inimicis verbo & opere vulneraretur. Nam qui inimico parcit, ex homine subdito flagellis in Deū, conuertitur à flagellis immunē: *Et flagellū non appropinquabit tabernaculo tuo.* Do quæstionem, & solutionem Ambrosio profitenti ad Psal. 38. *Quomodo hoc sibi congruit, quod in superiori Psalmo flagellis se obtulit: hic flagella à se postulat amoueri? nisi quia soluit iam de me-* 39.

Qui inimicum diligit cum hominibus non flagellatur, quia iam quodāmodo Deus est. Psal. 17. Psal. 38.

Ambros.

patienter tulit, & ad inimici ianuam tanquam ad amici gremium quotidie accurrit? O dilectio inimici omnem recapitulans perfectionem.

49. *Publicanus omnes inimici Pharisæi iniuria se afficientem, sanctus ex peccatore maximo redditur.* Saa. Chrysost.

Pharisæus inclamitat affectu vanitatis, *Non sum sicut cæteri hominis adulteri, raptores,&c. velut etiam hic Publicanus.* Porrò Publicanus inimico parcens, veniam à Domino deprecatur, *Propitius esto mihi peccatori.* Addit Dominus, *Descendit hic iustificatus ab illo.* Luc. 18. Preme particulã, *Ascendit iustificatus.* Saa. *Effectus iustus.* seu sanctus. Quænam virtutes Publicani recensentur? Nullæ quidem, quia Publicanus totus in crimine. Repéret summus, quia Pharisæo cõuitianti parcebat. Chrysost. *Non satiauerat eius contemptum tota humana natura, sed & Publicanum aggressus est,* Publicanus itaque dum se audit contemni, non ita succenditur, sed inimico contemnẽti parcit. O dilectio inimici cunctas virtutes colligans! Fatur Doctor hom. de Dauid. *Accepit Publicanus probrum, & abluit probrum. Quot labores erant subeundi Publicano ieiunando, humi dormiendo, vigilando, bona sua pauperibus elargiendo, in puluere, & cinere sedendo, vt tam multa peccata deponeret; & descenderet iustificatus? At nunc cum nihil tale fecerit, simplici verbo omnem deposuit iniquitatẽ ac probra Pharisæi pepererunt illi coronam* sanctitatis.

50. *Ex actu amoris erga inimicos profluxit tota perfectio legis Euangelicæ.* Ioan. 19.

Latronum crura perfringuntur à militibus, qui cum ad Iesum horribiles, & vulneraturi properassent, cum vidissent eum iam obiisse, non fregerũt eius crura, sed vnus militũ lancea latus eius aperuit: *& continuo exiuit sanguis & aqua.* Ioan. 19. O quot in aqua & sanguine profluxere mysteria! Multa Patres. Ego autem memor sententiæ Pauli, *Ego autem dico in Christo & in Ecclesia,* crediderim totam Ecclesiæ perfectionem, totam sponsæ sine ruga pulchritudinem à vulnere lateris emanasse. Profluxere simul Sacramẽta, quibus status Sacerdotalis, & coniugalis figurabantur. Profectò fons è quo tot sanctitatis fluenta processerunt inimicorũ dilectio fuit.

Cyrill. Ierosol.

Audi Cyrill. Ierosol. Catech. 13. *Iesus postremo aquã misit de latere simul cũ sanguine fortasse propter duas cædes, alterã iudicantis Pilati, alterã clamantiũ, sanguis eius super nos. Pilatus enim lauit aqua manus. Erant igitur hæc duo de latere.* Pectore Dominus irã cõceperat duplici actus iniuria iudice iniquo, populo ingrato. Aqua & sãguis seruabãtur in pectore ad vindictæ memoriã. At Christus ineffabilis dilectionis documẽto profũdit, inimicis ignoscens. Igitur ex huiusmodi dilectionis inimicorum actione tota Euangelica perfectio, tota legis nouæ sãctitas profluxit, quia vnius dilectionis inimicorũ virtus totam cõtinet sanctitudinis perfectionẽ.

51. *Omnes virtutes in diligendo inimicum patientia recapitulantur.* Tertull.

Omne virtutum exercitamentum patientiæ nomine designatur. Martyr tyranni persecutione patitur, Confessor interminabili Martyrio consummatur. Virginitatis cultor purpura induitur augustissimã. Porrò inimicum patienter tolerare est totius patientiæ recapitulatio. Tertullian. lib. de Patient. cap. 3. *Iesus non contendit, non reclamauit, nec quisquã in plateis vocem eius audiuit, arundinem quassatã non fregit. Neque enim mẽtitus fuerat Propheta, imo ipsius Dei contestatio, spiritũ suum in Filio cum tota patientia collocantis.* Preme illud: *Cum tota patientia.* Profectò dum Christus, clamantibus inimicis, *Crucifige, crucifige. Sanguis eius super nos,* non reclamat, se patientissimum exponit & dilectione erga inimicos huiusmodi totam sanctorum, ac virtutum patientiam colligauit.

52. *Vnus actus dilectionis inimicorum omnibus virtutibus præparat coronas parit.* Apoc. 4.

Dominus Ioanni visus diademata multa præferens ex cunctarum virtutum exercitamento. Confessores coronantur, Virgines, Martyres, cõtemplationis studiosi, actionis amatores. Profectò vnicus amoris inimici actus cuncta diademata præparat

omnium sanctitati. Testor Dauidem cum in specu potuit inimicum Saulem vulnerare, & tamen ingrato pepercit. Quot coronis actus hic stipari putas? Ex ore aureo Chrysostomi accipies, hom. de Dau. *Cum Dauid esset occidendi inimicum Saulem potestatem nactus, tamen ei pepercit. Perspicuum est, quod millies coronam meruit animi proposito* Cur vno actu millies? Quia vnica inimici dilectio omnes Christianæ perfectionis virtutes exponit, quibus tot diademata præparantur.

Chrysost.

53. *Qui inimicos diligit, iam perfectus est.* Matth. 5.

Postquam Dominus iussit inimicos diligere: adiunxit, *Estote ergo & vos perfecti.* Matth. 5. Expende particulam, *Ergo.* Quasi è dilectione inimicorum perfectio omnimoda consequatur. Diligis inimicum, ei benefacis, pro illo exoras? Ergo perfectus es; quia vnica hæc virtus totam continet perfectionem. Bellè D. Remigius apud D. Thom. in Caten. *Quia verò perfectio dilectionis vltra dilectionem inimicorum non potest procedere: ideo postquam Dominus præcepit diligere inimicos, subiungit consequenter: Estote ergo & vos perfecti.*

Remig.

54. *Odio prosequi inimicũ, est omnium criminum quodammodò colligatio.* Matth. 18.

Profectò quemadmodum diligere inimicum est totius virtutum perfectionis recapitulatio: odio illum persequi est velut omnium epilogus peccatorum. Qui postquã à Domino acceperat tot debitorum relaxationem, conseruo debitori noluit ignoscere: tormentis addicitur. *Tradidit Dominus eum tortoribus, quo ad vsque redderet vniuersum debitum. O serue nequam!* Matth. 18. Qui iam ignoscente Domino iustus erat, iam repentè *nequam* seruus apparet, & omnium debitorũ reatu illigatus obiicitur, quia vnica odii erga inimicum actio omnes videtur includere iniquitates. Chrysost. hom. 27. in Gen. *Verè hic videre licet, quantum malum sit, iniuriam reminisci, quoniam cum decem millia talenta consumpsisset, non vocauit eum malum. Sed nunc quando conseruo crudelis fuit.*

Chrysost.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Dictum est antiquis diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuum: ego autem dico, diligite inimicos vestros.

Si dictum fuisset in lege, *Odio habebis inimicum tuum.* Dominus eam impleuisset dum diligere inimicum imperauit.

Quia illud ipsum inimicum diligere, idem est, ac de illo horribilem sumere vindictam.

55. Pasch.

PAschasius, *Quæritur, quomodo non soluerit legem, qua dixit, Ego autem dico vobis, Diligite inimicos, cum lex dixerit, Odio habebis inimicum tuum?* In Commentario inuenimus aliquos Doctores existimasse huiusmodi legem extare. Si ita est, videtur Dominus legem soluisse, contrarium imperando. Respondeo, Dominum odium horribile in inimicum imperasse, dum præcipit amare; quia dum diligo inimicum, eum vulnere acri admodum afficio, percutio flagris, igni addico, cumque demum in Dei manus potentissimas puniendum colloco.

56. *Rogare iubemur pro inferentibus iniuriã, non pro accipientibus, quia illi miserabiles, hi minimè, sed felices.* Matth. 5. Chrysost. Cyprian.

Ait Dominus, *Rogate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Mat. 5. Annõ aptius pro nobis qui iniuriis agimur deprecari? Minimè quia miserabilis debemus misereri. Porrò qui iniuriam infert, miserabilis est, nõ qui accipit. Chrys. ser. 13. ad 1. Cor. 4. *Qui aliũ lædit, seipsum lædit.* Cyprian. lib. 1. Epist. 3. *Neque enim qui audit, sed qui facit conuitium, miser est; nec qui à fratre vapulat, sed qui fratrem cædit, in lege peccator est. Et cum nocentes innocentibus iniuriã faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere se credunt.*

57. David canit, seu plorat, *Quasi lugens, & quasi contristatus, sic humiliabar.* Psal. 34. Genebrardus, *Quasi lugens matrem,* (ex Hebræo) *incuruaui me, pullatus, & nigra veste indutus.* Vndenam Regis luctus? Ex inimicorum pertinacia. *Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ. Ego autem cũ mihi molesti essent, induebar cilicio.* Ergo Saul, & omnes inimici eius propinqui alias ex sãguine vt Absalon, ex affinitate vt Rex Saul, nigra veste induãtur licet non lugeant animo, vt luctum valeant simulare, dum Dauid eorum persecutione vulneratur exitialiter. O quam aptè qui accipit exitiale vulnus pro inferente nigra veste induitur, & lacrymatur; quia inferens vulnus occiditur; & qui accipit, incolumis persistit. Chrysost. hom. 3. de Dauid. *Quo vehementius Saul insidiabatur Dauid, hoc impensius eum deflebat. Nouerat enim, nouerat certè, non eum, qui patitur iniuriam, sed qui facit, lacrymis, ac lamentis esse dignum, vt qui lædat seipsum.* Igitur vindicta horribilis est tolerare patienter inimici vulnera, si dum vulnerat, ipse vulneratur. Vnde maior accipientis iniuriam patientia maius inferenti nocumentum indicit.

Luget Dauid aliuo inimico in mortem inferentes, quia qui infert: dum amatur à recipiente, dirius occiditur. Psal. 34. Genebr. Chrysost.

58. Nota est historia Iacobi pastoris virgas decorticantis vt aspectatæ ab ouibus varia in fœtu vellera procrearent. Gen. 30. Ad mysticum sensum locum alliciẽs Eucherius asserit in virgis decorticatis inimicos hominum figurari, cum à nobis diligũtur. *Decorticauit quidem, cum dicit; debere diligi inimicum.* Decorticantur virgæ seu inimici verberantes nos, cum Dominus iubet à nobis amari; quia dum diligimus, ipsi nostra pietate, ac beneficio acriter vulnerantur. Liceat vulgariter expendere. *Es como si les desollaramos.*

Dum diligi inimicũ decorticari est fero. Gen. 30. Eucher.

59. Pauor, ac timor futuræ præsagus calamitatis assolet hominis animũ vehementer vulnerare. Vnde Dominus, vt diei iudicij describeret horrores, timorem, & expectationem memorauit. *Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis: arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superueniẽt vniuersæ orbi.* Luc. 21. Profectò qui inimicum diligens ei amoris signa exhibet, facit, vt simili expectationis timore afficiatur, *quæ superuenient*? Post diuturnam simulationem tandẽ Iosephus Prorex Ægypti voluit sese fratribus manifestare olím quidem inimicis. *Osculatusque est Ioseph omnes fratres.* Gen. 45. Si Iosephus animum haberet vindictæ agnatũ quid aliud posset gerere, vt fratres dire vulneraret, quã dilectionis tam validum signum exponere? Annon fratres ex osculo pauore afficiebãtur, & expectatione quæ superuenirent delinquentibus? Augustin. serm. 83. de Temp. *Cum videret fratres, imò inimicos, osculabatur singulos: & irriguis fletibus pauentium colla perfundit.* Dum plorat Iosephus qui accepit iniuriam, illi pauent, qui intulere. Intereaque fratrum tormentum iudicij extremi horrores æmulãs, profusis lacrymis Iosephus exponit, compassione affectus.

Ioseph amoris signa fratribus inimicis exhibens, eos faciebat iudicij extremi horroribus affici. Luc. 21. Gen. 45. August.

60. Samariæ Rex cupiebat, latrunculos Syriæ flagellare, vt eos absterreret à furto. Rogauit igitur Elisæum, *Num percutiam eos, pater mi?* Prudentissimus Propheta respondit, *Non percuties, sed pone panem, & aquam coram eis.* 4. Reg. 6. Annon ò pater id plus erit præmium, quam suppliciũ? Est planè supplicium acerbum. Aconitum illi suum panem & aquam reputabunt, & tanta benignitate tam dire vulnerabuntur, vt diffugiant, nec iterum audeant apparere. In Glossa Interlin Anselmus, *Vt percutias, pone panem, & aquam coram eis; & vltra non venerunt latrones. Alia via non potuerunt eos cohibere.* Benefacere enim inimico, ei est vulnus exitiale.

Rex Samariæ puniit latrones, dũ eis apponit cibos. 4. Reg. 6. Anselm.

61. Monet Paulus, *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitierit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.* Rom. 12. Vbi Anselmus, *Quod inimicos vincit, aut debellat, est obsequi illis iuxta Paulum.* Congeruntur enim carbones super caput inimici vt conflagrans queratur, *Que me quemo*, dum ei conuiuium paras dilectionis in signum.

Exurit inimicum dum eum pascit, pacemterque [illegible]. Rom. 12. Anselm.

Didicit à Deo profante, *Mihi vindicta, & ego retribuam.* Deut. 32. Ac si diceret, Retribuam munera, vt vindicare possim. Alij, *Mihi patientia.* An patienter sufferre inimicorũ flagitia, vindicta est? Ita planè. Quomodo enim non discerpatur hostis, videns sufficientis iniuriam, benignitatem? 62.

Vindicat Deus, dum sustinet. Deut. 32.

Dominus à Malcho alapa fuit percussus. An se tantæ iniuriæ vindicem præbuit? Profectò ei alteram alapam inflixit, dum patienter sustinuit opprobrium. *Si male* (inquit) *locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, cur me cædis?* Ioan. 18. Docuerat Magister, *Si quis te percusserit in vna maxilla, præbe illi & alteram.* An alteram maxillam percutiendam? Acutè Ambros. *Præbe illi alteram alapam.* Quia illud ipsum patienter sustinere iniuriam inimici, eique alteram maxillam exhibere percutiendam, inimico est alterius alapæ inflictio. Pulchrè Tertullian. lib. de Pat. cap. 8. *Fatigetur improbitas patientia tua, plus improbum illum* (Malcho similem) *cædis sustinendo.* 63.

Dum alapã sustines patienter, alteram alapam infligis inimico. Ioan. 18. Ambros. Tertull.

CAPVT ALTERVM.

Dum parcis inimico iniuriam inferenti, acriorem ab ipso sumis vindictam; quia eum Deo tradis puniendo.

Horribile prorsus genus vindictæ est, non sumere vindictam; quia dum inimico parco, eum Deo puniendum addico. Hinc D. Leo. *Magis plangendus est faciens maligna, quam patiens; quia iniustum malitia sua demergit ad pœnam.* Sæuiente Domino, & ad iudicium aduocante, Sic serm. de omnib. Sanct. cap. 3. 64.

Leo.

Id agnoscens Stephanus ab inimicis Iudæis lapidibus vulneratus, pro inferentibus iniuriam & necem precabatur, *Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Act. 7. Quid peccatum statuere, nisi horribili afficere vindicta vulneratores iuxta illud: *Et statuam contra faciem tuam.* Psal. 49 Id est, te ad tribunal aduocabo, vt aduersum te statuam pœna tuis sceleribus conuenientem. Leuita ergo videt inimicorum causa ei cœlum aperiri, ei coronam præparari Eusebio Emiss. profante hom. de S. Steph. *Eis nescit irasci, per quos sibi videt aulam Regni cœlestis aperiri, per quos se æternis seculis intelligit consecrari.* Grato autem animo cupit inimicos incolumitate potiri. Cum autem sciat patientiam sufferentis iniuriam horribilis Dei iudicij pœnam connotare: clamat affectuosè, *Ne statuas illis hoc peccatum.* Ne eos aduoces ad tribunal, vt contra eorum facies statuas. Sic enim acrius inimicum expectare iudicium, cum accipiens iniuriam curat à vindicta abstinere. 65.

Dum accipiens iniuriam, inimico parcit, Deus vindex statuit inimico peccatum. Act. 7. Euseb. Emiss.

Ad illud Dominicum, *Audistis, quia dictum est, Diliges proximũ tuum, & odio habebis inimicũ tuum,* Caietanus profatur. Leuitici cap. 19. Scriptum est, Diliges Proximũ tuum sicut teipsum, nullibi autem in tota lege inuenitur scriptum, odio habebis inimicum tuum. Sed Dominus Iesus dicit etiam hoc dictum fuisse. Ergo euidenter aut lex manifeste id imperat, aut virtualiter præscribit. Dicit id planè lex. Nam eo ipso quod *proximum tuum* siue amicum, siue inimicum iubet amare, affectu quidem videtur, odio eum prosequi; quia dũ ipse amat, Deus odit: dum ipse parcit, Deus arripit puniendum. 66.

Christus asserit in lege scriptũ, odio habebis inimicum; amare est effectu odio habere. Le. 19. Caietan.

Deus enim punit aeterno inimicum, dum benignus ei parcimus. Caietan. ipse parcit, Deus accipit puniendum. *Dicitur enim* (addit pulchrè Cardinalis) Deut. 28. Dabit Dominus inimicos tuos corruentes in cõspectu tuo: per vnam viam venient contra te, & per septem fugient à facie tua. Per hoc verificatur dictum in lege, Odio habebis inimicũ tuum, Talis enim percussio & *prostratio effectus sunt odij.* Qui quidem ex nostra patientia prodierunt, proclamante Numine, *Mihi vindicta.*

67. *Dum David iubet seruari sibi inimicum Absalonem, eũ tradit Dei manibus diuinis vulnerandum. 2. Reg. 18.* David innumeris à filio (aptius dixerim, inimico) Absalone iniuriis actus, parcès hosti tetertimo, Ducibus imperabat: *Seruate mihi puerũ Absalon.* An Rex benigniter [illegible] erga inimicum gessit? Quis audeat dubitare? Ego quidem non dubito, sed affirmare audebo horribilem ab hoste communi sumpsisse vindictam: quia dum parcit adolescenti, Dei manibus puniendum addicit. *Accidit, vt occurreret Absalon seruis David, sedès mulo cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnam: adhaesit caput eius quercui, & illo suspenso inter cælum, & terram, mulus, cui insederat, pertransiuit.* Quid plura? *Tulit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon.* 2. Reg. 18. Dicitote precor, si David affectu acerrimo vindictæ studeret, quonammodo po[illegible] tissimum in[illegible] cũ vulneraret: [illegible] [illegible] ex[illegible] genus? Deus solus potuit [illegible] David [illegible] quia David peperci[illegible] [illegible]omus hom. de Abs[illegible].

Chrysost. *Adest arbor in campo ramorum telis ornata, quæ to excipiat fugientem, properantem rapiat. Adest, inquam, arbor, quæ nec patrem, vt tibi parcatur, au timuit: & ipsa Dei [illegible] implere contendit.* Satius [illegible] patris irati [illegible] fugela, quam amatus oculo affectus, D[illegible] [illegible] reseruari.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri.

Christus se Dei natura[illegible] Filium manifestat, dum inimicis parcens, Pat[illegible] æmulatur, q[illegible] ignoscens pe[illegible]atoribus ostentatur Deu[illegible]. Ergo ho[illegible] diligens inimicum se quodammodo naturalem De[illegible] fi[illegible] ostend[illegible].

Specialem iustorum ex dilectione inimicorum Dei filiationem expono.

68. Difficile planè præceptum, *Diligite inimicos vestros*, & [illegible] præmium sublime admodum

Chrysost. pronunciatur. Chrysost[illegible], *Quia magnũ erat præceptum, pro[illegible] premium subdit, vt sitis filij Patris vestri.* Nos itaque Dominus erga [illegible] inimicorum dilectionem intendit arguens enthymemate validò concludere. Antecedens sic efformatur: Christus se Dei naturalem Filium manifestat, dum inimicis parens, Patrem æmulatur, qui ignoscens peccatoribus ostentatur Deus. Hoc ex antecedenti cõcluditur, Ergo homo diligès inimicum se quodammodò naturalem Filium ostendet. Singula expendo.

Capvt I.

Pater æternus se Deum manifestat, inimicis dum ignoscit.

69. *Essentiam, & perfectionem Patris imitatur, diligens inimicos. Luc. 6.* Antecedentis primam propositionem confirmo *Vt sitis filij Patris, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos: super iustos & iniustos.* Dominus de Patre sic locutus: *Ipse benignus est super ingratos, & malos. Estote ergo misericordes.* Præmisserat: *Eritis filij Altissimi.* Luc. 6. Vultis cœlesti Patri assimilari *Estote misericordes*, facientes vestræ dilectionis solem super bonos, & malos: super amicũ, & inimicum oriri. Licet inimicos non diligam, potero alius virtutis exerci[illegible] mento Patrem cœlestem æmulari. *Prima* [illegible] *Virgo*, Nazianz. nus ait. Igitur puritate Patent[illegible] Vir[illegible] assim[illegible]labor. Certè nisi inimico parcam, haud assimila[illegible] Patri cœlesti potero, quia quodammodo tota Patris essentia in inimicorũ dilectione consistit. D. Chrysostomus hom. 36. ad Popul. [illegible] *Hoc est, id quo Deo possumus adæquari, misereri. Cum hoc non habemus, toto sumus priuati. Non dixit, si ieiunetis, neque si virginitatem illæsam seruaueritis, sed estote misericordes, hoc Dei opus est; hoc si non habes, quid hab[illegible]* Addit, *sicut Pater cœlestis misericors est.* Quasi sit Deus misericordia. Estote ergo misericordes, vt Dei essentiam quodammodo æmulari valeatis. *Ex dilectione inimicorum magna essentia Dei [illegible] qua ex a iu[illegible]. Chrysost.*

70. *Pater ostenditur, ex condictione peccatorum inimicis cui parceret. Gen. 1. Ambros.* Post omnium creaturarum molitionem Deus hominem condidit vniuersi terrarũ orbi[illegible] Principem. Fatur autem, *Non est bonũ hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.* Gen. 1. Vbi Ambrosius lib. de [illegible] c. [illegible] p. 10. premit illam particulam: *Non est bonum, hominem esse solum:* & querit, cur namquam [illegible] iat bonum An homin[illegible] fuisse [illegible] [illegible] tarium existere, si quidem apte fœ[illegible] am cond[illegible] m non deliquit. Cuinam erg[illegible] bonum fuit hominem solum nunc esse? Certè Deo. Audi [illegible] *Antequam fieret mulier,* (inquit Doctor) *non peccauit Adam, postea vero quam mulier falsa est pr[illegible] diuinum [illegible] mandatum, etiam virum trax[illegible] in errorem. Si ergo viro auctor culpa est mulier: quonam[illegible]do pro bono vid[illegible] tur ad[illegible]?* An vt De[illegible] Deu[illegible] omni[illegible] Aucto[illegible] [illegible] hominibus, [illegible]bus parceret: exu[illegible] gent[illegible] [illegible] [illegible] bus ignosceret? *Maluit Deus plures [illegible] quos saluos facere po[illegible] & quibus [illegible] dona[illegible] peccatum; quam vnum solum Adam, qui [illegible] e[illegible] a culpa.* *An bonum Deo [illegible] [illegible]*

71. *Dei essentia propriè parcere inimico semper.* Quam agnatum diuinæ essentiæ inimicis ignoscere, [illegible] edit Ecclesia dum precatur: *Deus, cui proprium* (seu essentiale) *est, misereri semper, & parcere.* D. Filius [illegible] [illegible]gatus pro inimicis precatur, *Pater [illegible] ce illis.* Patet rogatur vt ignoscat, quia ei propriũ parcere inimicis. Porrò Spiritus sanctus, ne videatur tam essentiali proprietate non fulgere pro inimicis exorare non dedignatur. *Spiritus ipse postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Rom. 8. Ad [illegible] um [illegible] orationem, vt qui exoratus est, simulet se precari, vt apertius suam munificentissimam manifestet essentiam. *Deus, cui proprium est misereri semper & parcere.* Rom. 8.

Capvt II.

Vnigenitus Dei Filius se naturalem Patris Filium ex amore inimicorum ostendit.

72. *Christus se Dei Filium exprimit, inimico diabolo benigne respondens, nec eum punivit. Matth. 4.* Alteram partem antecedètis confirmo, nempè [illegible] Filium naturalem se probare Filium Patris, dum inimicos diligit. Curabat diabolus indicamentum sumere, an Christus tot mirabili documentis Filius Dei esset Prophetis promissus ad hominum liberationem. Ad ieiunantem, & esurientem accedit profatus: *Dic, vt lapides isti panes fiant.* Cui Saluator, *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei.* Math. 4. Dum vis agnoscere me hominem, panis esurienti aptè offertur. Ad dũ curas scire, vtrum sim Deus, proice lapides in panes conuertendos: & verba mea ex ore Dei Filij procedentia percipe. An non audis me patientissimè respõdere inimico, curaori me ad exitium trahere Hinc me Dei Filium patèter agnosces. Tertullianus de Patient. *Hæc quidem diuina patientiæ species. Tentatoris inimici congressus*

Deus solis verbis repulit, qui potoit flagelli diri vulneribus effugare.

73. *Dum Christus pro inimicis, ho ascesit mortuis, apor è esse nati, ô D i Filium.* Matth 12.

Diaboli imitatores Pharisæi idem conantur de Christi naturali Dei filiatione sumere experimentum *Magister, volumus à te signum videre.* Quibus respōdit, *Generatio mala, & adultera signum quaris, & signum non dabitur ei nisi signum Iona Prophetæ.* Matth. 12. Quodnam Ionæ signum? Vndis obruitur, pisceu venire velut sepulchro clauditur. Sic ego pro hominibus occisus, veniā in altitudinem maris, & tempestas submerget, in cordéque terræ, seu sepulchro recondat. Proh Deus immortalis! Quid magis à Deitate Filij naturalis, quam mori? Imo quid magis appositum. Pro ingratis morior, pro inimicis cruci suffigor; quodnam apertius diuinæ Filiationis quæritis documentum? Tertull. citat. *Hinc vel maximè, Pharisæi, Dominum* Dei Filium *agnoscere debuissetis. Patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret.* Miracula quidem Deitatis documenta, sed quæ etiam à fide Diuorum sæpe exercantur. At miraculum aman i inimicos, & eis benefaciendi, *nemo hominum perpetraret.*

Tertull.

74. *Dum Iesus prohibet, ne Petrus addat vulnera inimicis, se Dei Filium manifestat.* Matth. 26.

Cum Iudæi accessissent ad Gethsemani hortū, vt Iesum illigarent. Petrus *extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens seruum Principis Sacerdotum amputauit auriculam eius.* Cui Dominus, *Conuerte gladium tuum in locum suum. An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibibit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?* Matth. 26. Pendo illud: *An putas, quia non possum rogare Patrem meum?* Innuit Dominus Petrū putare Christum communem hominem, quem prius Dei Filium fuerat professus: *Tu es Christus Filius Dei viui.* O Petre, qui me aliquando putabas Dei Filium viuentis, non putes me hominem purum, quia inimicos non comminuo. Imò quia, cum possim à Patre milites interfectores petere, inimicis parcere sum paratus: me verè Dei Filium manifesto. *An putas quia non possum?* Certè ostendo, quod possum omnia Dei Filius, dum hostibus ignoscere satago. Paschasius lib 12. in Matth Ac si diceret Petrò: *Quid est, quod tu mihi auxilium præstare festinas, & in gladio tuo humano vincere æstimas?* Diuinus gladius necessarius est. Pater meus Dauid hortatur. *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.* Inimicis parcere, gladius quidem est, quo omnipotentiam manifesto. *Propter mansuetudinem, & iustitiam*, &c.

Pasch. *Gladius diuinus, inimicis parcere.*

CAPVT III.

Ergo inimicos diligens, se Dei Filium ostentat & Filij, & Patris æmulatorem.

75. *Non ait, facite ista, quia estis filij, sed vt sitis.* August.

IAm consequentia probato liquet antecedenti. Nam si Pater se Deum parcendo inimicis manifestat: si Filius se Vnigenitum Patris ignoscendo inimicis exponit: Ergo qui inimicos diligit, se Dei filium esse declarat. *Diligite* (ait) *inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri.* Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte, cap. 46. *Itaque non ait facite ista, qui estis filij; sed facite ista, vt sitis filij.* Id est, amate inimicos, vt qui filij iam per gratiam estis, ad altiorem quandam filiationem deferamini.

76. *Fructus dilectionis inimicorū extra tempus producere, est filiorum Dei.* Origen.

A ficulnea Christus ficus petiit, *cum non esset tempus ficorum.* Diligere amicū fructus in tempore: inimicum amare, fructus extra tempus. Quis nam potest fructum extra tempus germinare nisi Deus? Ergo homo, qui inimicum diligit fructus producens extra tempus, Dei filius ostentatur. Origenes hom. 16. in Matth *Cum amicus tuus tibi benefaciat, si charitas tua eum diligit, reddit fructus ficus in tempore suo. Quod si inimicum diligat, tunc ficus profert fructū in tempore non suo. Christus vult, suos meliores esse omni natura, à quibus exigit opera Dei, magis quam hominum, secundum illud: Ego dixi, Dij estis.* Christus itaque Dei Filius vult nos in Dei filios conuerti ex fructuum extra tempus productione.

77. *Qui diligūt inimicos stellas imitantur Deitate iustè conspicuas, quia iniurias tolerāt, & iniuriantibus benefaciunt.* Phil 2. August.

Paulus, *Vt sitis simplices filij Dei in medio nationis praua, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo.* Phil. 2. Inimicos tolerando, filij Dei ostentamini; quemadmodum stellæ exponuntur diuinitate ornatæ, dum iniuriantibus ignoscunt. Augustinus ad Psal. 93. *Quanta de luminaribus fingunt homines, & patienter ferunt! Illa, aiunt, stella Mercurij est, illa Saturni, illa Iouis,* illa veneris, illa Martis. Mercurius latrociniorum pater, Saturnus filios deuorat, Iupiter virginum exitium, Europæ raptor, Venus mater impudicitiæ, Mars homicidij author, *Et patienter ferunt stellæ. Quid illæ cum audiūt, tanta conuitia: Numquid mouentur, aut non exercent cursus suos?* Profectò solem secutæ oriontur *super bonos, & malos: super iustos, & iniustos. Sic homo in natione peruersa sicut luminare est fulgens.* Profectò syderibus sic iniuria affectis simul homines Diuinitatis titulum tribuerunt. Diuinum enim quiddam est affectas iniuria stellas adhuc iniuriatoribus illuminandis exoriri. Haud aliter qui apud nationem peruersam degitis dum ab inimicis afficimini iniuria, si eis parcitis, instar stellarum. Deitate vos conspicuos ostentabimini: *Simplices filij Dei in medio nationis praua, inter quos lucetis sicut luminaria.*

78. *Dum inimico parcis, tibi parcis debitori, velut Deus factus.* Matth 6. Chrysol.

Vis ostendam, te Deum esse dum inimico parcis? *Dimitte*, inquis, *nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Matth. 6. Ergo si parcens inimico, veniam obtineo, ipse mihi videor pepercisse. Ergo quodāmodò factus sum mihi Deus. Quis enim *potest peccata dimittere, nisi solus Deus?* Chrysol. serm. 71. *Homo, penes te est potestas veniæ, tu tibi remissionis author et constitutus.* Pulchrè.

79. *Quia videtur repugnare Vnigeniti nomē: Christus conuertitur in eū, qui inimicos diligit, vt fit quodammodò Vnigenitus.* Act. 7. Gregor.

Repugnat, ais, vt filiatio huiusmodi adstruatur ex inimicorū dilectione Vnigeniti Filij singularitas. Quonammodò possum esse vnigenitus, si vnigenito repugnat pluralitas filiorum? Certè ideo Christus Vnigenitus Patris & Matris in eum qui inimicos diligit, adeò conuertitur, vt possit dicere quilibet inimicum diligēs: Viuit in me Christus, imò Christus alter exsurgo. Cum Stephanus lapidibus vulneratus, pro persecutoribus exorabat, *Ecce*, innuit, *video cœlos apertos, & Filium hominis stantem a dextris virtutis Dei.* Act. 7. Cur stabat? D Gregor. ad Reg. 1. *Idnd stare Christi ad passionem Stephani compati fuit.* Christus ne in superis compati potest? Certè dum Stephanus inimicos diligit, Christus fit quodammodò patiens Stephanus, vt Stephanus Vnigenitus Dei filius exsurgat.

OBSERVATIO VIII.

Ad illa verba:

Vt sitis filij Patris vestri.

Si iam noster est Pater Deus, quid ex inimicorum dilectione filiationis accipimus?

Profectò qui iam sumus per gratiam Dei filij adoptione, quodammodo ad filiationis naturalis gloriam eleuamur.

80. *Exponit quanam sit naturalis filiatio Dei diligentibus inimicos, iam adoptione filios promittitur.* Pasc.

QVum audio, *Vt sitis filij Patris vestri*, meritò dubito de quanam Christus filiatione loquatur. An adoptiua? Pasch. *Filiorum adoptio sola charitate, seu iustitia acquiritur.* Si ergo discipulis suis sanctis Dominus loquitur, iam adoptiuis ex iustitia, & charitate filiis; ad quam nam filiationem eleuandum promittit eum, qui dilexerit inimicos?

micos? Profectò quodammodò ad filiationem Dei naturalem.

82. Id probat apertè Christi illa sententia: *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri.* Si iam noster est Pater Deus, filij iam sumus priusquā nobis dilectio inimicorum indicatur. Igitur si iam Deus Pater est noster, & nos filij: quamnam nobis aliā Dei filiationē Christus ex dilectione inimicorum promittit? Profectò promisisse videtur nos filios adoptiuos ex iustitia factos conuertendos quodammodò in naturales Dei filios ex inimicorum dilectione. Acutè admodum Paschas. *Quid enim fieri Patris potest esse nisi filius? Et tamen Pater iam dicitur (Patris vestri) licet adhuc facultas fiendi filij fidelibus offeratur.* Si, fidelibus iam filiis Patris datur facultas adhuc fiendi filij propter inimicorum dilectionem: ad augustissimam quodammodò naturalem Dei filiationem eleuantur.

Filius iam Patris cælestis per gratiam factis, datur nobis facultas ad augustiorem filiationem ex amore inimicorum. Matth. 5. Pasch.

83. E Cruce pendens Christus inclamat. *Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.* Centurio profatur, *Verè hic homo iustus erat.* Luc. 23. At Matthæus, *Verè Filius Dei erat iste.* Cap. 27. Grauis Doctor asseruit Centurionem Christū tunc non solū vt Dei filium adoptiuum, id est, iustum agnouisse: sed verè Dei Filium naturalem professum esse. Obstare videntur huic expositioni Lucæ verba, Hic homo iustus erat, exponente Matthæo, Filius Dei erat iste, quomodo iusti homines filij Dei sunt, scilicet adoptione. Porrò verbum *Erat* meæ fauet excogitationi. Ac si diceret Centurio. Dum videbā Christi facinora, dum virtutes contemplabar, nimirum, puritatem, modestiam aspiciebam: filius Dei, id est homo iustus adoptione quidem filius Dei *erat* mihi *iste*. At nunc cum eum audio pro inimicis orātem, nō mihi solū homo iustus ex adoptione Dei Filius, sed naturalis Dei Filius est.

Dum Christus pro inimicis orat, Cēturio, qui eum reputabat filium Dei adoptione, iam Filium natura profitetur. Luc. 23. Matth. 27.

84. Iacobo mortuo fratres Iosepho profantur ex internuncij ore: *Pater tuus præcepit nobis, antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obsecro, vt obliuiscaris scelera fratrum tuorum.* Respondet Prorex, *Nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati?* Gen. 45. Chrysost. *Ne timeatis, Dei enim sum ego (filius scilicet) & per beneficia respondere studeo iis, qui mala irreparabilia contra me fecerunt.* Preme illud: *Dei sum filius, & per beneficia respondere studeo,* &c. Ac si diceret. Iam sum Dei filius adoptiuus ex charitate, aut iustitia: & studeo adhuc augustiori filiationi acquirendæ ex dilectione eorum, *qui mala irreparabilia contra me fecerunt.*

Ioseph ex filio adoptiuo, valut naturalis ex amore inimicorū, fieri studet. Gen. 45. Chrysost.

85. Christus in Cruce personam gerebat peccatoris. Clamitat, *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Rursum autem, *Pater, ignosce illis.* Matth. 27. Dum contemplatur se Dominus peccatoris personam gerentem, se à Patre derelictum asserit, nec audet Patrem appellare, sed Deum: *Deus meus.* Postmodum Patrem appellauit: *Pater ignosce.* Cur non dixit, *Deus meus, ignosce illis,* sed *Pater?* Quia qui se velut filium adoptiuum gerebat, dum pro inimicis precatur adoptiui in morem, iam Filius naturalis effectus pleno ore pronunciat. *Pater*; & non precatur, sed indicit æquali: *Ignosce illis.*

Christus agens peccatoris personam, Deū Patrem appellat æqualis, post dilectionem inimicorum. Matth. 27.

86. Stephanus proclamat ab inimicis vulneribus & calumniis actus, *Ne statuas illis Domine, hoc peccatum.* Dominus tunc stabat à dextris virtutis Dei, *Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem.* Act. 7. Cur Dominus stans obiicitur? Vt respondeam, memoro Ioannem procidere studentem in Angeli conspectu, & Angelum profantem: *Vide, ne feceris, conserui enim sumus.* Cur non sinit Angelus Ioannem procidere? Stat Angelus, stet Ioānes. Idem habitus deceat æquales. Itaque stat Christus, ne videatur Stephani admittere adorationem. *Positis genibus clamauit voce magna dicens: Domine* IESV, *ne statuas illis hoc peccatum.* Dominum me ô Leuita appellas? In conspectu meo procidere festinas adoraturus? Vide ne feceris, non sedeo, sed stās expecto, confratres enim sumus, Domini vterque æquales quodammodò, quia ex inimicorum dilectione è filio adoptiuo ad naturalis Filij gloriam eleuatus exponeris. Chrysost. *Christus Dicit, Pater, ignosce; & Stephanus dicit, Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Confratres sunt, surgat, ne procidat, ne adoret, ne Dominum, sed fratrem appellet.

Dū Stephanus pro inimicis orat Iesus Dei Filius Vnigenitus quasi se æquali assurgit. Act. 7. Chrysost.

87. Opportunè Ioannes, *Filij Dei sumus, & nondum apparet, quid erimus.* 1. Ioan. 3. *Quid erimus?* Si sumus Dei filij, quidnam plius valemus expectare? Profectò qui filij sumus adoptiui ex iustitia possumus dilectioni inimicorum studentes, ad augustiorem filiationem, scilicet naturalem quodāmodò eleuari. Pulchrè Chrysost. hic serm. 7. *Tu, si te iam filium Dei credis, viriliter age, vt hæreditatem adhuc de virtute patientia consequaris. Audi Apostolum Filij Dei sumus, & nondum apparet, quid erimus.* Sumus filij adoptiui ex iustitia, erimus hæredes naturales quodammodò ex dilectione inimicorum.

Sumus Dei filij adoptiui ex Iustitia & ex amore inimicorum quodammodo erimus Vnigeniti. 1. Ioan. 3. Chrysost.

88. Iam difficile Ioannis testimoniū intelligo. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri: Sed ex Deo nati sunt.* Cap. 1. Anselmus, *Ex Deo nati sunt filij operante ipso per baptismum.* Iam difficultas exoritur, si sunt credentes filij Dei per Baptismum, quonammodò his iam filiis dedit Deus potestatem filios Dei fieri? Profectò possunt quodammodò ex filiatione adoptiua ad Vnigeniti filiationem eleuari. Anselm. acutè. *Dedit adoptiuis potestatem, vt sint fratres Christi Vnigeniti, & coheredes, quodammodo sicut & ipse est Filius Vnigenitus per naturam; vt iam non sit solus.* Huiusmodi autem potestas datur eis, qui inimicos diligunt.

Datur iustis ex dilectione inimicorum potestas, vt Vnigeniti fiant. Ioan. 1. Anselm.

89. Iam verò operæpretium est exaggerationis huiusce argumento granum salis immittere. Certum enim, hominem non posse ex adoptiua filiatione ad naturalem eximius inimicorum dilector transire. Quid ergo datur diligēti inimicos illa ex particula: *Vt sitis filij Patris vestri,* quod iam ex adoptiua ob iustitiam filiatione non haberet? Porrò licet non possimus filij naturales veraciter reddi, saltē naturales, ac physicæ Christi Vnigeniti imagines efficimur. Eques portum quendam in filiū, & hæredem adoptat. Hæc vulgaris adoptio. At si posset ille in puero adoptato sua met actiones imprimere, formam, vocem, staturam, virtutes: huiusmodi adoptatus puer non solum adoptiuus esset filius, sed quędā naturalis, & physica imago Equitis appareret. Igitur huiusmodi filiatio amantibus inimicos exhibetur. Sunt filij adoptiui vulgariter, fiunt adoptione augustissima naturalis, ac physica Vnigeniti imago Christi Dei Filij referētes actiones, mansuetudinē, benignitatem, verba, &c. Accepi huiusmodi expositionem à sapientissimo P. Antonio Perez, quem à nostra Prouincia Castellana Italia dedit Romæ eximium Theologiæ Magistrum. Ad hanc mentem Augustinū allicio. Tract. de rat. conuersat. tom. 9. *Vos ad adoptionem inimicorum specialem admoneo.* Id est, ad adoptionem illā specialissimam, augustissimam, quæ ex amore inimicorum acquiritur. *Licet magnus labor sit, inimicos diligere; sed magnum erit præmium. Qui dilexerit inimicos, hic erit Dei amicus; non solum amicus, sed filius.* Quænam ista filiatio quæ addit super amicitiam, id est, super filiationem, quæ ex amicitia seu iustitia acquiritur. Porrò specialissimè adoptio, quæ hominem reddat Filij Vnigeniti naturale, & physicum simulachrum.

Expenē quidnā verè speciale promittatur filiis adoptiuis ex verbis illius vi: Vt sitis filij Patris vestri.

Per dilectionem inimicorum filius adoptiuus fit imago naturalis, & physica Iesu Vnigeniti.

Augusti.

OBSERVAT. IX.

Ad illa verba:

Vt sitis filij Patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos.

Cœlestis Pater benignissimus fouet iustos, parcit peccatoribus, eisque cuncta largitur.

Igitur qui inimicos odio prosequitur, omninò à Dei cognatione excluditur.

88. CHristicolæ gloria ineffabilis ad Dei prosapiam posse pertinere, ex inimicorum dilectione. Ab Ioue summo inimicorum amatores. Cur non promittitur omnibus Christianis huiusmodi filiatio, & propinquitas? Quia licet Christiano nomine decoreris, ad diuinam non pertinebis illam speciosissimam cognationem, si inimicos odio prosequaris. Nam crudelis in proximum à diuina genealogia excluditur.

89. Recensens Lucas Christi progeniem, inquit: *Qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Cap. 3. Cur non deduxit à Caino Adæ primo genito? Respondet pulchrè Ambros. lib. 3. in Luc. *Soletur sanè parricida fratris. Neque enim rationabile erat, vt is, qui percusserat fratrem inter Domini nominaretur authores.* Magister odij in inimicos fuendi quomodò non à diuina genealogia esset excludendus? O miserum, qui non solum Dei parens ob crudelitatem non appellaris: sed & satanæ filius meritò diceris. Ammonius, *Patrem Iudæorum vocat Cainum, qui post satanā (cuius meritò filius nominetur) primus hominū odij, cædisque author extitit. Quibus nō absimiles Iudæi, & quisquis ipsos imitatur.*

Cain Magister odiorum in fratres excluditur à diuina cognatione.
Luc. 1.
Ambros.

Quomodo Dei pater, qui diaboli erat filius.
Ammon.

90. Olim *senuit Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat, vocauitque Esau filium suum maiorem.* Gen. 27. Curauit maiorem filium paternitatis diuinæ IESV benedictione donare. *At* Rebeccæ astu Iacob minor abripit benedictionis honorem inter parentes Domini computandus, *Isaac autem genuit Iacob.* Matth. 1. Cur non dixit, *Genuit Esau* primogenitum? Certè quia fratrem velut inimicum odio fuit prosecutus. Vnde sic Numine disponente, Isaac cœcus deceptus est, vt repelleretur à diuina prosapia crudelis inimici contemptor: & mansuetissimus hostis amator eligeretur. Hieronymus epist. 125. *Non mirum est, Isaac in suam maximè vtilitatem nescisse, quid faceret: cum maximè eo tempore erraret quo filium, qui postea fratrem, si posset, occideret, prætermisso illo, qui innocenter habitaret domi, vellet offerre, & suam magis facere voluntatem, quā Dei. Ego puto, diuina dispensatione fuisse, vt oculis cæcaretur; & cum ipse diceret, Vox Iacob est, manus autem manus Esau: tamen non intelligeret, minorem esse filium, qui ad benedictionem fratris præreptor adsisterat.* Eligitur igitur Iacob Domini in patrem, & Esau inimicum odio prosequens fit diaboli filius. Hipolytus Matt. apud Hieronym. citat. *Quia igitur iniquitas est inimica iustitia, Esau in discordiam concitatur, & necem fraudulenter excogitat in corde suo. Diabolus fratricidas Iudæos in Cain ante præmeditans, in Esau manifestissimè filium confitetur.*

Excluditur à genealogia Iesu fere Esau odio prosequens fratrem.
Gen. 27.
Matth. 1.
Hieron.

Quomodo esset, Dei pater, diaboli filius.
Hypol.

91. In Christi genealogia aliquando vidimus ex Ruperto tres Reges fuisse suppressos, & eorum deleta nomina, quia alter alterum crudelitatis suæ constituit hæredem. *Ioram autem genuit Oziam.* Mat. 1. Hieron. apud D. Th. in Cat. *Cernis ergo, quod secundum fidem Historiæ tres Reges in medio fuerunt, quos Euangelista prætermisit. Ioram quoque non genuit Oziam, sed Ochoziam, & reliquos, quos numerauimus, quia Ioram generi se miscuerat impiissimæ Iezabelis: idcirco vsque ad tertiam generationem eius memoria tollitur, ne in sanctæ natiuitatis ordine poneretur.* Si qui se immiscuit Iezabelis immitis, & odio prosequentis inimicos sanguini à progenie diuina excluditur: quid qui fratrem odio prosequitur? Hilarius Cant. 1. *Purgata ergo labe familia gentilis, tribus (generationibus) quæ præteritis iam regulis, in quarto generationum consequentium origo numeratur.*

Tres Reges excluduntur à genealogia Saluatoris, quia crudelissimæ Iezabelis sanguini fuere immixti.
Matth.
Hieron.
Hilar.

92. Animaduertisti ne Matthæū recensentem IESV proauos Dauidem Abrahamo præposuisse? *Liber generationis Iesu Christi Filij Dauid Filij Abraham.* Cap. 1. Quare precor nisi vt qui venerat amorem inimicorum adstruere vt filios Dei procrearet ex omni mansuetudine prodiret. *Memento Domine, Dauid, & omnes mansuetudinis eius.* Psal. 131. Mansuetudine Abraham donatus, sed voluit primum parentem nominare licet iuniorem eum qui omnem mansuetudinem colligaret. Goliam, ait, interfecit 1. Reg. 17. Ambrosius, *Cum lapide Golias percutitur, Christi virtute prosternitur.* Vriæ homicidio fœdatus? Idem Doctor Apol. de Dau. cap. 7. *Non audeo dicere, quod vi criminis fuerit oppressus. Neque enim oppressus est, qui sciuit quemadmodum à onere illo peccati se posset leuare. Neque enim cruento fecit affectu, nihil minus sancto Prophetæ adscribi potuit.* Certè vt virum occiderit, non impulsus Rex crudelitatis liuore, sed nimio pudoris ardore: & dum vir ascodæ inseruiit verecundiæ, vix homicidij immanitati attēdit. Præponitur ergo Dauid iunior Abrahamo seniori, vt ex *omnis mansuetudinis* viro ille proflueret, qui diligendi inimicos deferebat affectum præscribendum Christicolis.

Præponitur seniori Abrahamo iunior Dauid, vt ex omni mansuetudine Christus nasceretur diligendi inimicos prolaturus sententiam.
Matth. 1
Psal. 131.
1 Reg. 17.
Ambros.

93. Non curo ais huiusmodi diuina propinquitate ornari, sufficit mihi non odio prosequi inimicum, nec diligam, nec benefaciā, nec orabo. Quod debeo facere præcisè faciam Ioannes vidit equum nigrū, cuius eques stateram ostentabat proclamās: *Bilibris tritici denario.* Deo librabo iustitiam, quod soluam, non vltra momentum adiiciam. Porrò *& infernus sequebatur eum.* Apoc. 6. Deus tibi in statera tua arcta apponet sufficiens precisè auxilium, quo tamē non bene operaberis, & miserè peribis. O quam periculosum est Christicolæ, non studere vt potestas illa specialissimā filiationē consequendi, detur executioni, ex dilectione inimicorum.

Qui dat Deo iustitiam in arcta mensura, in arcta mensura, accipiet auxilia.

SECTIO SECVNDA.

Iustitia in occulto.

TEXTVS.

CAP. 6. VERS. 1. ATtendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est. 2. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. 3. Te autem faciente eleemosynam, nesciat

sinistra tua, quid faciat dextera tua. 4. Vt sit eleemosyna tua in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De inani gloria cauenda.

1. *De iustitia in communi, non de eleemosyna.* ATTENDITE, *ne iustitiam vestram*, &c.] Inanem gloriam vitandam Dominus edocet, ne virtutum thesaurus direptici, exponatur. Græci Codices, *Ne eleemosynam vestram faciatis.* At noster legit Interpres, *δικαιοσύνην*, non *ἐλεημοσύνην*, hoc est, *iustitiam* non *eleemosynam. Ne iustitiã faciatis*, id est, opera iusta, *coram hominibus.* In omnibus iustitiæ operibus inanis est gloria cauenda, non solum in operibus misericordiæ.

2. *Num aduersentur verba hæc aliis eiusdem capitis?* An aduersantur verba hæc superioribus illis: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona*, Vult ne Dominus opera nostra videri ab hominibus, & non videri? Certè huiusmodi pugnam soluunt ipsa Christi verba. *Sic luceat lux vestra coram hominibus*, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum. Hoc proposito fine, etsi illustria facta videantur, nulla subest inanis gloriæ suspicio. In præsenti autem addidit, *Ne iustitiam faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis*, id est, vt vos glorificent, non Patrem cœlestem. Auctor Imperf. hom. 13. (Imperf.) *Sicut lampas accensa abscondi non potest, sic nec opus iustitiæ potest celari. Ergo non eleemosyna est ingrata ante Deum, quæ hominibus visa fuerit: sed quæ ideo facta fuerit, vt ab hominibus videatur.* Et Chrysol. serm. 9. (Chrysol.) *Vbi est illud: sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum? Quomodo vult iustitiam celari, cuius opera vult sic lucere? Hac præceptio vult iactantiam tollere, submouere inanem gloriam.*

3. *De mercede amittenda.* *Alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum.*] Pro inani exigui temporis gloriola sempiternæ gloriæ iacturam facietis. Chrysostomus hom. 19. in Matth. *Multam præceptum hoc continet cautionem, & ineffabilem Dei erga homines curam: id vtique prouidentis, ne alicnius operis mercedem amittant.*

§. II.

De eleemosyna cautione.

4. *Descendit in particulari ad eleemosynam.* CVm ergo facis eleemosynam, noli tuba canere.] Qui prohibuit inani gloriæ in omnibus virtutis operibus studeri: ad peculiaria nunc descendit, nempe eleemosynam, ieiunium, orationem. In primis ab eleemosyna ostentationem pellere curat. Tubis olim vtebantur Iudæi ad conuocandam plebem, quemadmodum nos cymbalis vtimur. (*Quid, tuba, canere?* Num. 10. Euthym. Lyra, & alij.) *Fac tibi duas tubas argenteas, quibus conuocare possis multitudinem.* Num. 10. Euthymius, *Nonnulli opinati sunt, hypocritas, ad eleemosynam præbendam tuba pauperes conuocasse.* Hærent Lyranus, Caietanus, Abulensis, Iansenius, & alij.

5. *Tropo vtitur Dominus.* Chrysost. Arbitror cum Chrysostomo tropum esse. Noli tuba canere ante te, id est, ne eleemosynam arroganter ostentes. *Non quia hypocritæ* (ait Doctor) *eleemosynam ad signum erogant tubarum: sed maximam in eis volens notare ostentationis insaniam, translatione verborum vitij redundantiam publicauit.* Theoph. August. Theophylactus, *Non tubas habebant hypocritæ, sed animum eorum deridet.* Augustinus, *Noli tuba canere*, id est, noli sic velle innotescere, *sicut hypocritæ* Euthymius, & alij subscribunt. Euthym.

6. *De Hypocritis.* August. *Sicut hypocritæ faciunt.*] Augustinus, *Sunt hypocritæ simulatores, tanquam pronunciatores personarum alienarum, sicut in theatricis fabulis. Non enim qui agit partes Agamemnonis in tragædia, siue alicuius alterius, verè ipse est; sed simulat eum, & hypocrita dicitur. Sic in Ecclesia, & in omni vita humana, qui quis se vult videri, quod non est, hypocrita est* Græce quidem *ὑποκριτὴς*, seu *Histrio* (Græcè quid?) Huiusmodi homines tuba canebant ante se, cum eleemosynam in Synagogis, & vicis in conspectu hominum pauperibus erogabant, seu vt viderentur ab hominibus, largiebantur.

7. *Quam receperunt hypocritæ mercedem?* Hieron. *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.*] Id est, inanem, quam ambiunt, gloriam pro mercede recipiunt. Hieronymus, *Non Dei mercedem receperunt hypocritæ, sed suam. Laudati enim sunt ab hominibus: quorum causa exercuere virtutes.*

8. *Hyperbolica locutio an sit?* Chrysost. Theoph. Euthym. *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.*] Hyperbolicam esse locutionem putant Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius. *Si possibile est*, (inquit Chrysostomus) *teipsum quoque ignorare quod facis, sit tibi hoc prorsus in studio.* Augustinus de serm. Dom. cap. 5. (*Mystica expositio.* August.) dextera putat significari intentionem implendi præcepta diuina; sinistra laudis delectationem, hoc sensu: *Non se misceat conscientiæ tuæ laudis humanæ appetitio.* Et serm. 60. de Temp. *In dextera intelligitur amor Dei, in sinistra cupiditas mundi. Si pro laude humana dederis eleemosynam, totum sinistra facis; si pro remissione peccatorum, & amore vitæ æternæ: totum dextera facis.* Mystica hæc.

9. *Auctoris interpretatio.* Sic facilè expendo. *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera*, id est, sola dextera manu eleemosynam largire, non sinistra. Is autem sola dextra manu operatur, qui rectè propter Deum operatur; is autem sinistra, qui propter homines, ad aucupandam popularem gloriolam gerit opus. An non licet coram hominibus eleemosynam largiri? Haud quærenda deserta loca, sed deserta voluntas ab omni inanis gloriæ, quam oculi hominum pariunt, cupiditate requirenda est. Auctor Imperf. asserit, (Imperf.) coram hominibus non facere opus, qui non gerit vt ab hominibus videatur. *Qui non ideo facit, vt ab hominibus videatur, etsi coram hominibus fecerit: tamen non videtur coram hominibus fecisse.*

10. *Deus videt in abscondito redditurus.* Chrysost. *Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.*] Illius, qui inanem fugit auram, bonum opus etiam in abscondito loco factum Deus videt, mercedemque amplissimam reddit Chrysost. hom 19. in Matth. *Quid desideras? Nonne habere aliquos tuorum operum spectatores? Ecce igitur habes non Angelos, atque Archangelos tantum: sed etiam horum omnium Deum. Quod si habere etiam homines spectatores concupiscis, nec hac quidem mercede priuaberis; sed cum opportunum tamen tempus aduenerit. Quando certè cum maximo cumulo hoc tibi præstabitur, quod requiras. Si modo spectari velis, decem aut viginti hominibus ostentare te poteris; si verò latere nunc curaueris, tunc* (in die iudicij) *ipse te prædicabit Deus, toto prorsus orbe præsente* Græci Codices addunt, *Reddet tibi in aperto*, vt respondeat particulæ. *In abscondito.*

IN
IESVM CONCIONANTEM
PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS
CIRCA LITERAM.
EX IVSTITIA IN OCCVLTO.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.

Attentionem accuratissimam expetit Dominus, vt inanis gloriæ vitare valeamus insidias.

Inanis enim gloria latro est bonorum operum thesaurum abripiens.

11. Chrysost. AIt Chrysostomus, *Attendite accuratissime, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Inanis enim gloria inuisibilis serpens est, quem obseruare debemus, quia latenter ingreditur.* Latrocinandi arte gloria inanis viget, attendite, ne bonorum operũ thesaurum abripiat. Et hom. 19. *Quasi de insidiosissimo aliquo serpente, peritissimoque furandi, loqueretur Dominus: ei, qui non tota mente vigilasset,* Attendite, *inquit.* Theoph. Theophylactus, *Attendite, ait Dominus, & cauete, quasi de aliqua mala bestia dicat Attende, ne te dilaceret.* Euthym. Euthym. *Dicit Christus, Attendite, insinuãs, ferã hanc in morem furis irrepere.*

12. *Gloria inanis in ca[e]lo insidias collocat, id est, in virtutibus.* Alia vitia in terra nobis insidias collocãt, gloria inanis in cœlum ascendit furatura; in ipsis enim virtutibus laqueos tendit. D. Basilius in Const. Monast. cap. 16. *Callida insidiatrix vana gloria vel in ipsius cæli conuexis insidiarum aduersus nos collocatrix.* Augustinus ad Psal. 58. Basil. *Omnia vitia in malefactis tantummodo sunt, gloria inanis in benefactis potius timenda est. Quum quisque bene profecerit, vanitate tentatur, vt perdat totum, quod profecit.* Et ad Psal. 7. *Qui bene didicit, vel expertus est, vitiorum superandorum gradus, intelligit, vitium inanis gloriæ solum, vel maximè cauendum esse perfectis. Quo primo enim vitio lapsa est anima, hoc vltimum vincit; initium autem omnis peccati superbia.* Ergo attendite.

13. *Vana gloria vermis latenter irrepens in virtutum hederam.* Sub viridi hedera lætus sedebat Ionas, quæ repente ab irruente verme corrosa exaruit. Ion. 3. Cap. 3. Floret, virescit iustitiæ opus quandiu à verme inanis gloriæ non corroditur subito, instar latronis, irruente. Basil. Basilius citat *Vana gloria virtutes, ramis in cælum vsque licet expansis adornatas profligare, ac deturbare contendit.*

14. *Pirata animi nauis thesaurum diripiens.* Basil. Animæ nauis virtutum pretiosis onusta mercibus pelagi superauit vndas, ventorum vicit impetus. Portum iam intrare incipit, cum gloriæ inanis fragili auræ cedens merces tradit direptioni. *Simul atque gloria inanis animaduertit, mercatorem virtutum mercibus nauem complesse; procella sua ocyus excitata, in omnem conatum operam dat, vt illam euertat, & aquis peffundet.* Sic Basilius vbi sup.

15. *Oculi hominũ diripiunt aspiciendo.* Gregor. Preme illud: *Vt videamini ab hominibus.* Certè videri non vult, sed latere, qui aurum, gemmasque deportat. Gregorius hom. 11. in Euang. *Deprædari desiderat, qui thesaurum publicè portat in via.* O latronum vis nunquam exaudita? *Vt videamini.* Vidisti latronem, qui oculis hominem expoliaret? Inanis gloria aspicientium oculis venenum collocat, vt in mortem reguli interficiant. *Cauete ergo, ne iustitiam faciatis, vt videamini.* Greg. vbi sup. *Sic sit opus bonum in publico, quatenus intentio maneat in occulto. Vt & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, qua Deo soli placere quærimus, semper optemus secretum.* Gregor. Et Chrysologus serm. 9. Chrys. *In plateis, & in triuiis suum pietas habeat secretum.* Ne scilicet videatur, & spolietur. Attendite ergo, *quia si sciret pater familias, qua hora fur veniret vigilaret vtique & non sineret perfodi domum suam.* Luc. 12. Luc. 12. Si domi residentem vigilantia decet attenta: quid ad latrones ipsos oculorum hominum accurrentem?

16. *Vel in occulto latro accedit gloria inanis, quid in publico?* Pondero Gregorij sententiam, *Deprædari desiderat, qui thesaurum publicè portat in via.* Astu gloria inanis miro admodum viget, vel in occulto residenti virtuti validissimas insidias collocat. Christus ieiunaturus se confert in desertum. *Et accedens tentator, si Filius Dei, es, dic vt lapides isti panes fiant.* Matth. 4 Gregor. Matth. 4. Cur non dixit, si esuris, sed si Filius Dei es? Profectò inanis gloriæ parens intendit operis ieiunij eximij suffurari thesaurũ. Chrysost. Chrysostomus hom. 13. in Matth. *Non dixit, si esuris: sed, si Filius Dei es. Videlicet existimans, posse se aliquid per laudum blandimenta furari.* Si thesaurum in occulto appositum inanis gloria curat abripere, & existimat diues abscedere: quid si ad publicum ipse thesaurum deferas, & oculorum furibus exponas?

17. *In conscientiæ secreto quære gloriam operũ a Deo* 2.Cor. 1. Paulus ad hæc, *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* 2. Cor. 1. Id est, nollatenus gloriam quæramus extra conscientiæ claustra, sed in occulto conscientiæ id solummodò requiramus Deo soli placere: nec furis ab hominibus videntibus illam captare gloriolam, quæ boni operis thesaurum diripiat. Chrysost. D. Chrysostomus hom. 72. ex 22. Matth. *Ipsi, quos ad testimonium tuæ virtutis citas, latrones tibi te constituuntur, qui te Regno cælorum spolient.* Cum tua à conscientia solummodò testimoniũ requirebas, à fure inanis gloriæ liber eras. At quot homines videntes requiris, tot latrones aduocas ad thesauri tectorũ operum direptionem.

18. *Quia Ezechias legatis Babyloniis ostendit diuitias, spoliatus est eis.* 4. Reg. 20. Babylonij Regis legati ad Ezechiam venere, qui ad potentiæ suæ præconium omnes thesauros domus suæ aperuit. Quid Numen iratum? *Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vsque in diem hanc, in Babylonem: non remanebit quidquam, ait Dominus.* 4. Reg 20. Profectò quæcumque de thesauro tuo oculis humanis videndum proposueris, vt placeas eis: abripiendum inani gloriæ latroni exponis. Damian. Petrus Damian. serm. de S. Barbat. *Occultanda sunt ergo, fratres, bona, quæ agimus; ne hæc in huius vitæ itinere incautè portantes, latrocinantium spirituum incursione perdamus.*

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Receperunt mercedem suam.

Qui

Qui tuba canunt antè se gerentes opus iustitiæ, vt videantur suam, mercedem, idest, ruinam recipiunt.

Quid enim ex gloria inani potest expectari, nisi ruina?

19. Anselm.

QVænam illa merces, quam recipiũt inanis gloriæ studiosi? Anselm. *Merces sua laus humana, quam acceperunt.* At Augustinus, *A Deo accipiunt fallacia supplicium.* Si supplicium est, quomodo gloria vana est? Certè, quia inanis gloria ruina hominis est, & conturbatio. Vnde accipiens mercedem illam, grauissimo afficitur supplicio.

20. *Confunduntur, qui gloria humana nituntur arundine.* Psalm. 73.

Ruinam quærentis inanem gloriã in rectis operibus Vates expressit. *Leua manus tuas in superbias eorum in finem, quoniã malignatus est inimicus in sancto. Et gloriati sunt, qui oderunt te, in medio solẽnitatis tuæ. Posuerunt signa sua, signa.* Psalm. 73. Ex festorum cultu, ex operibus sanctis eleemosynæ, ieiunij, sacrificij, homines inanem gloriam quæsierunt; & agnata inani gloriæ ruina fuere conturbati. Laurent. Iustin. Procem. lib. de Regim. Prælat. *Erubescat ergo humana superbia, quæ in hoc sæculo gloriã concupiscit. Confunduntur igitur vniuersi, qui transitoria laudis delectatione raptati, ponunt signa sua: nomenque suum vndique disseminare peroptant.*

Laurent. Iustin.

21. *Dissipantur ossa eorum, qui hominibus placere curant.* Psalm. 52. Iustin.

Alibi Dauid, *Dominus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt; quoniam Dominus spreuit eos.* Psalm. 52. Si dissipantur ossa, nil roboris relinquitur, quod perdurare possit, quia omnis reliqua caro fœnum. Curat inanis gloriæ studiosus apud homines æternari, & Deus eius dat operam confusioni. An hominis studium vincet Dei operationem? Iustin. *Merito confusi sunt, & Deus spreuit eos, qui gloriam, quæ soli Deo debetur, sibi arrogantes, de se mundo idola fabricare conantur.*

22. *Cadit qui vento pascitur.* Sap. 7.

Salomonem testor profantẽ. *Et ego natus accepi communem aerem, & in similiter factam decidi terram.* Sap. 7. Quid homini coniunctius casu? Sed quid mirum cadat, qui natus ad soliditatem virtutum, inanis gloriæ vento pascitur? *Accepit communem aerem, & decidit.* Agnatus enim inani gloriæ casus.

23. *Qui pascitur vento vanitatis, æstu absumitur velut fumũ, multiplicat vastitatem.* Ose. 12. Ruffin.

Confirmat mysticam meam expositionem Oseas, *Ephraim pascit ventum, sequitur æstum: tota die mẽdacium, & vastitatem multiplicat.* Cap. 12. Si ventum pascit vanitatis, quid mirum multiplicet vastitatẽ. Ruffin. premit particulam, *Sequitur æstum*, asserens vanitatis cultores gloriolæ inanis germen requirẽtes, æstũ sequi; quia huiusmodi gloriæ agnata macies. Additur, *Et vastitatem multiplicat.* Quia gloriæ studentes humanæ Deus supplicio graui afficit, vt mercedem recipiant. *Samaritæ ventus pasti, secuti sunt æstum, id est, vanitates, & perniciem.*

24. *Inanis gloria cupidus mittitur deorsum.* Ioan. 12. Gaudent.

Dominum audite, *Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eiicietur foras.* Ioan. 12. Quinam huius mundi Princeps nisi vanitas, & gloriæ inanis spiritus, aut ventus iuxta Paulum, *Principem aeris huius, potestatem, seu spiritum*, exponentem? Ephes. 2. Igitur inanis gloria, seu vanitas *eiicietur foras.* D. Gaudentius, *Mittetur deorsum.* Vanæ enim gloriæ casus, ac præcipitium agnatum est semper.

OBSERVATIO III.

Ad illa verba:

Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.

Ad bonorum operum exprestionem adeò debes abscondita inire, vt vel te ipsum tuæ fugiat dexteræ operatio.

Qui enim rectè agens absconditur, se ipsum fugiens aspectatorem, augustius illustratur.

25. *Humilitatis exaltatione illustro.* Chrysost. Interl. Strab.

AIt D. Chrysostom. *Cum facis eleemosynam*, aut quid simile opus bonum, sic abscõdi stude ab hominum oculis, *vt si possibile est, te ipsum ignores operantem. Ne* (addit Interlinealis Glossa se) misceat laudis appetitus. Strabus, *Quod facit dextera, nesciat sinistra, id est, quod facit virtus, nesciat elatio.* Rectè itaque operanti tam accuratus ab hominum oculis recessus indicitur, ad vanitatem vitandam: vt si fieri possit se ipsum operator ignoret. Qui enim ostentationẽ fugit, abscõdita petẽs, augustius illustratur.

26. *Si te operantem rectè, nõ videas, videberis illustrior, & securius ab omnibus.* Chrysost.

Nesciat ergo *sinistra tua, quod faciat dextera*, id est, te noli videre operantem, à te ipso studioso, laudis inanis abscondere opera recta procura. Chrysost. hom. 13. ex variis in Matth. Interdiu potest ne fieri, vt non videatur homo faciens eleemosynã? Quomodo ergo potest esse *eleemosyna in abscondito? Tu te noli videre, & non te videt alius.* Quia si homo à se ipso vanitatis studioso abscondit iustitiæ opera, licet homines videant opera bona, glorificant in illo Patrem, qui in cœlis est, & interea operans, qui se ipsum non videt liber est à vanitatis suspicione, & visus ab omnibus commendatur.

27. *Dum in te recta opera non vides, omnibus videnda, & laudanda obiicis.* Iob 31. Olympiod. Gregor.

Hinc Iob, *Si vidi solem, cum fulgeret & , Lunã incedẽtem clarè.* C. 31. Vbi Olymp. in Sole & Luna Iobi iusta opera contẽplatur. Quomodo ergo qui opera illustria gerebat, illa poterat non videre? Quia abscondebat à sinistra vanitati studente, quod dextera Patri placendi studiosa operabatur, D. Greg. lib. 21. Mor. Cap. 5. *Qui vere electi sunt, ab eo, in quo sibi placent mentis oculos diuertunt; & pene soli bona sua non vident, quæ in se videnda omnibus ad exemplum præbent.* Dum omnibus aspectanda præbent angustè admodum illustrantur, se ipsos exemplum bonorum operum exponentes.

28. *Pauonis in morem, non aspicis quod in te gloriosum est, sed quod defectuosũ: quod est gloriosum augustius ostentas.* Petr. Dam.

Profectò dum tua recta opera non aspectas, & quasi ignoras, quid gesseris rectum, solũmodòque defectus tuos attendis: te omnibus aspicientibus ex virtutis operatione mirabilem ostentas. Vidisti pauonem pedũ stoliditatem videntẽ, caudæ gloriã simul ostentantem. Dum se aspicit fœdũ se omnibus exponit gloriosum. Pulchrè P. Damian. lib. 2. epist. *Imitare in Pauone naturalis diuersitatis exemplũ. Qui nimirum ignobiles pedes præ oculis semper habet, insignẽ verò caudæ pulchritudinẽ post se spectabilẽ præbet. Videt in pedibus rusticum aliquid, quod despiciat: ignorat in cauda, quod eum mirabilem reddit. In promptu est, vnde se debeat in humilitate deprimere; post tergũ gerit, vndè valeat quasi præ cæteris auibus superbire. Tu quoque, quod in te virtutis est, ignora: si quid vero vitiosum, & correctionis est dignum, ab aspectus tui iudicio non recedat.* An non dum te in humilitate deprimis, post tergũ exponit dextera tua quod te reddit mirabilẽ?

29. *Cũ quis abscondi studet rectè operãs, super Deum aspiciendus gigas eleuatur.* Isa 50. Gillib.

Adhæc Isaias, *Qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei: speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suũ.* Cap. 50. Adeò ad tenebras se recepit operatus, vt nec ipsi lumen esset ad aspectandum se ipsum. Ideo cum abscõdi studebat super Deũ ipsum innititur, vt eleuatione mirabilis exponatur. Gillib. Abbas serm. 2. in Cant. *Ambulant in tenebris, & non est eis lumen*, vt videant se; *sed humanæ laudis* tunc *est eis lumen; quia innituntur super Dominum suum.* Vnde dum se ipsos non vident, hominibus mirabiles ostentantur. *Innituntur super Dominum suum q, quorum absconditus est vultus eorum.*

30. *Cum Iesus curat abscõdi, & non videri, supra pinnaculũ, omnibus aspectandus obiicitur.* Mat 4.

Christus vt ieiuniis opus institueret, sic abscõdi curauit, vt apud deserta constitutus videretur à nemine: imò à seipso aspectari quodammodo prohibebat, dũ permittit se à diabolo tentari, quod puri hominis est, nõ Vnigeniti Patris cœlestis. Cum itaque tentatur, tunc quasi se non videt? Ita ne? Tunc omnibus vidẽdus exponitur, & glorificandus. *Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam Ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum Templi, & dixit ei, Si Filius*

Dei

nu Domini duplicia peccata sua erubescēdo, & opprobria sustinēdo. Iam postquā inimico pepercit, exuit omnem peccati, & humanitatis seruitutem, Deitatis à flagellis immunis æmulator exsurgit.

40. Postquā Iacob nūcios misit ad Esau infensissimum inimicū, vt eum faceret certiorē se amicissimo animo ei expetere colligari, *abiit in itinere, quod cœperat, fueruntque ei obuiam Angeli Dei. Quos cum vidisset* Iacob, *ait: Castra Dei sunt hæc.* Gen. 31. Cur Iacob ab Angelis excipitur? Certè quia ex dilectione erga inimicum, ex munificentia erga hostē iam ex homine fuerat conuersus in Principē cum Deo; vnde cœlestis Principis ei addicitur satellitium: *Castra Dei sunt hæc* Pulchrè Hieron. in Trad. Hebr. *Ad fratrē iturus, Angelorum comitantiū, choris excipitur, illique dicitur: Non inde vocabitur Iacob nomen tuum, sed Israel, id est, Princeps cum Deo.*

Cum primū Iacob erga inimicum se verè fratrē ostēdit: conuertitur in Principem cum Deo, ex homine. Gen. 31. Hieron.

41. Christus nos docuit, quonāmodo precaremur & quænā à cœlesti Patre petituri essemus. *Sic vos orabitis, Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, &c. Et dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Mat. 6. Cur non assignat Dominus plures alias petitiones ad tot egestatum nostrarū leuamen? Profectò quia postquam homo peruenit ad inimicorū dilectionē illis verbis expressā: *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, iam ex homine Deus est quodammodo effectus; vnde orare non debet sed exorari, perpulchrè Nyssen. ser. de Orat. *Sermo venit ad ipsum extremum punctū virtutis. Præscribit enim per verba orationis, qualē velit esse eum, qui ad Patrem accessurus sit, qui propemodū non amplius intra terminos humanæ naturæ cōspiciatur: sed ipsi Deo per virtutē assimiletur, vt alius ipse ille Deus esse videatur, dum facit ea, quæ Dei solius est facere.* Nēpe inimicis parcere: *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Deus esse videtur? Ergo iam omnino liberatus *à malo* non vltra precetur, qui iam Dei instar debeat exorari.

Cum primū parcimus inimicis nostris à precatione, quia in Deū cōuertimur, qui nō orat, sed oratur. Matth. 6. Nyssen.

42. Cœcus quidā inclamitauit, *Iesu fili David miserere mei.* Luc 8. Cur non *Fili Dei*, Certè cœcus Iesū hominem purū à Dauide patente procedentē existimauit. O cœcum & mente! Si Filius Dauid est, ineptè cœcus petit donari misericordia à filio illius, qui à cæcis fuit iniuria aliquando affectus, cum cœci & claudi impedierūt, ne Dauid Ierosolymā iniret, fantibus Iebusæis: *Nisi abstuleris cæcos, & claudos non ingredieris Ciuitatē.* 2. Reg. 5. Ergo si inimicū cœcū sanitate donat, non se Dauidis filiū, sed Deū verū ostendit. Nec enim quis nisi Deitate conspicuus benefacit inimico. Tertull. lib. 4 cont. Marc. cap. 36. *Patiens Dominus, non tamen confirmator erroris, imo etiam detector Creatoris. vt non prius hanc cæcitatem hominis illius enubilasset, nè vltra Iesum filium David existimaret.* Preme illud. *Detector Creatoris.* Nam dum benefacit cœco Patris Dauidis inimico, se non Dauidis solum filium esse; sed Deum esse manifestat.

Christus ostēdit se nō purū homo Dauidis filius, sed Deus, dum cœco patri Dauidis inuiso visum impertit. Luc. 8. 2. Reg. 5. Tertul.

43. Rursùm expendo Dauidis carmen: *Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorē meum.* Psal. 5. Vbi Chrysost. videtur Regē corripere quod audacter dixerit, *Intellige.* Attamen animaduertēs Diuus Dauidē pro inimicis exorasse, eum liberat ab audaciæ suspitione; quia qui pro inimicis orat, iam non est homo, sed Deus: ideo potest cum Deo tanquā cum æquali quodāmodò colloqui, & pro libito quesit hei verbis vti. *Hoc dicit* (ait Pater) *audacter, & libere, quoniam ea petit, quæ ipse etiam dare vult:* An Deus, vel Dauid? vterque plane, quia Dauid pro inimicorum correctione exorans, iam in Deum conuertitur.

Dum Dauid pro inimicis orat corripiendis ad salutē, quasi Deus esse dicitur. Psal 5. Chrysost.

44. Cœca Gentilitas Apollinem acclamauit Deum vindictarum, ideo eius manibus arcū & sagittas addixere. Porrò Apollo Deus effectus licet confictè, quasi necessitate cōsequentiæ visus sibi à vindictæ munere recedere. Vnde reseruans arcū retinensque sagittas ad ornatum, iam ex homine vindicatore iniuriatum fit sol fulgentissimus omniū nutritius, qui oritur super bonos, & malos super iustos, & iniustos. Bellè Lucian. de Gymnas. *Cæterum Apollinis simulacrum, quod supra statuam eius situm est, sinistra quidem arcum gerens, dextra vero circa caput infracta tanquam ex multa defatigatione Deum quiescentem indicat.* Quasi impotens ad vindictam inimicorum sit, postquam in numerum Diuorum adscriptus apparet.

Homo Apollo Deus factus licet confictus ex vindicatore iniuriarum vertitur in inimicorum amatorem. Lucian.

Observatio V.
Ad illa verba:
Diligite inimicos vestros, &c. vt sitis filij Patris.

Tota legis impletio, omnimoda perfectio indicitur, dum iubemur, inimicos diligere.

Vna enim dilectio inimicorum quasi infinita virtus est, omnem legis obseruationem, omnem perfectionem spiritualem continens.

QVid est, *Vt sitis filij Patris* æterni vt sitis præceptorū omniū obseruatores. August. de ser. Dom. *Si quis præcepta Dei cūcta custodit, filius Dei efficitur.* Cur ergo Dominus non addidit, Diligite inimicos, à periurio abstinete, festa custodite, parētes honorate, &c. vt sitis filij Dei? Profectò vnica inimicorū dilectione illa acquiritur filiatio; quia qui inimicos amat, videtur omnis iustitiæ, & perfectionis fulgorē emittere. Proh inimicorū dilectio omnis legis, omnis sāctitudinis recapitulatio. 45. Augustin.

Præmitto D. Valer. hom. 12. *Infinita virtus est odia vicisse beneficiis.* Cur virtus infinita appellatur dilectio inimicorū, nisi quia immenso sinu totam legis, & consiliorum perfectionem excipit. Nam qui inimicum diligit, omnino Deo addictum à mundialibus abstractum, charitate succensum, totius perfectionis colligatione, se ostentat. 46.

Vna inimicorum dilectio virtus infinita. Valer.

Præmiserat Dominus hoc eodē capite totius sanctitatis documēta ex præceptorū, & consiliorū impletione. *Beati pauperes, beati mites, beati mundo corde, &c. Qui soluerit vnū de mādatis istis minimis, &c. sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videāt opera vestra bona. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquā Scribarū, & Pharisæorū.* Mat. 5. Deinque indicit, *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris.* Quærit opportunè D. Paschas. *Verū hæc sententia pendeat ex eo tantum, vbi dictū est, Diligite inimicos vestros, an ad omnia, quæ supra præmissa sunt, referatur?* Et respōdet acutè, *Liquet satis quia illa sola hac dilectione, per quā iubemur inimicos diligere, complentur, & in ea cuncta recapitulantur: Diligite inimicos vestros, & hac sola dilectione supplete omnia, quæ mandaui.* 47.

Omnia præcepta & cōsilia cōtinet. Matth. 5. Paschas.

Lucas ait, *Factū est autē vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* cap. 16. Vbi Caiet. *significatur per hoc meritorū Lazari oblatio corā diuino tribunali.* Diuitis delicta Dominus aperuerat, *Induebatur purpura & bysso.* Prodigalitas. *Epulabatur, quotidie splēdide.* Gula. Lazarus cupiebat *saturari de micis, & nemo illi dabat*, Auara crudelitas. *Vt refrigeret linguā meam.* Detractio, & garrulitas. Luxuriæ autē piacula ex bysso, ac epulo non arguitur? Cur igitur inopis non exponūtur virtutes, quibus meruit ab Angelis in Abrahæ sinū fœlicissimū deportari? Omnia recapitulantur recta Lazari opera, dum dicitur, *Vt refrigeret linguā meam.* Chrysol. ser. 66. *In lingua maius fontis incendiū, qui maledixit pauperi.* Tot Lazarus maledictis actus 48.

Dum Lazarus diuitem tolerabat probra illatū diligēs: omnes virtutes exprimere videbatur. Luc 16. Chrysol.

patienter tulit, & ad inimici ianuam tanquam ad amici gremium quotidie accurrit? O dilectio inimici omnem recapitulans perfectionem.

49. *Publicanus amans inimicũ, Pharisæum iniuria se afficientem, factus ex peccatore maximo redditur?* Saa. Chrysost.

Pharisæus inclamitat affectu vanitatis, *Non sum sicut cæteri homines adulteri, raptores, &c. velut etiam hic Publicanus.* Porrò Publicanus inimico parcens, veniam à Domino deprecatur, *Propitius esto mihi peccatori.* Addit Dominus, *Descendit hic iustificatus ab illo.* Luc.18. Preme particulã, *Ascendit iustificatus.* Saa, *Effectus iustus.* seu sanctus. Quænam virtutes Publicani recensentur? Nullæ quidem, quia Publicanus totus in crimine. Repente fit summus, quia Pharisæo conuitianti parcebat. Chrysost. *Non satiauerat eius contemptum tota humana natura, sed & Publicanum aggressus est*, Publicanus itaque dum se audit contemni, non ira succenditur, sed inimico contemnẽti parcit. O dilectio inimici cunctas virtutes colligans! Fatur Doctor hom. de Dauid *Accepit Publicanus probrum, & abluit probrum. Quot labores erant subeundi Publicano ieiunando, humi dormiendo, vigilando, bona sua pauperibus elargiendo, in puluere, & cinere sedendo, vt tam multa peccata deponeret, & descenderet iustificatus? At nunc cum nihil tale fecerit, simplici verbo omnem deposuit iniquitatẽ ac probra Pharisæi pepererunt illi coronam* sanctitatis.

50. *Ex actu amoris erga inimicos profluxit tota perfectio legis Euangelicæ.* Ioan.19.

Latronum crura perfringuntur à militibus, qui cum ad Iesum horribiles, & vulneraturi properassent, cum vidissent eum iam obiisse, non fregerũt eius crura, sed vnus militũ lancea latus eius aperuit: *& continuo exiuit sanguis & aqua.* Ioan.19. O quot in aqua & sanguine profluxere mysteria! Multa Patres. Ego autem memor sententiæ Pauli, *Ego autem dico in Christo & in Ecclesia*, crediderim totam Ecclesiæ perfectionem, totam sponsæ sine ruga pulchritudinem à vulnere lateris emanasse. Profluxere simul Sacramẽta, quibus status Sacerdotalis, & coniugalis figurabantur. Profectò fons è quo tot sanctitatis flumina processerunt inimicorũ dilectio fuit. Audi Cyrill. Ierosol. Catech.13. *Iesus postremo aquã misit de latere simul cũ sanguine fortassè propter duas cædes, alterã iudicantis Pilati, alterã clamantiũ, sanguis eius super nos. Pilatus enim lauit aqua manus. Erant igitur hæc duo de latere* Pectore Domini nos irã cœperat duplice actus iniuria iudice iniquo, populo ingrato. Aqua & sãguis seruabãtur in pectore ad vindictæ memoriã. At Christus ineffabilis dilectionis documẽto profũdit, inimicis ignoscẽs. Igitur ex huiusmodi dilectionis inimicorum actione tota Euangelica perfectio, tota legis nouæ sãctitas profluxit, quia vnius dilectionis inimicorũ virtus totam cõtinet sanctitudinis perfectionẽ.

Cyrill. Ierosol.

51. *Omnes virtutes in diligendis inimicis patientia recapitulantur.* Tertull.

Omne virtutum exercitamentum patientiæ nomine designatur. Martyr tyrãni persecutione patitur, Confessor interminabili Martyrio consummatur. Virginitatis cultor purpura induitur augustissima. Porrò inimicum patienter tolerare est totius patientiæ recapitulatio. Tertullian. lib. de Patient. cap.3. *Iesus non contendit, non reclamauit, nec quisquã in plateis vocem eius audiuit, arundinem quassatã non fregit. Neque enim mẽtitus fuerat Propheta, imo ipsius Dei contestatio, spiritũ suum in Filio cum tota patientia collocantis.* Preme illud: *Cum tota patientia.* Profectò dum Christus, clamantibus inimicis, *Crucifige, crucifige. Sanguis eius super nos*, non reclamat, se patientissimum exponit & dilectione erga inimicos huiusmodi totam sanctorum, ac virtutum patientiam colligauit.

52. *Vnus actus dilectionis inimicorum omnibus virtutibus præ-*

Dominus Ioanni visus diademata multa præsentare cunctarum virtutum exercitamento. Confessores coronãtur, Virgines, Martyres, cõtemplationis studiosi, actionis amatores. Profectò vnicus amantis inimici actus cuncta diademata præparat

omnium sanctitati. Testor Dauidem cum in specu potuit inimicum Saulem vulnerare, & tamen ingrato pepercit. Quot coronis actus hic stipari putas? Ex ore aureo Chrysostomi accipies, hom. de Dau. *Cum Dauid esset accidenti inimicum Saulem potestatem nactus, tamen ei pepercit. Perspicuum est, quod millies coronam meruit animi proposito.* Cur vno actu millies? Quia vnica inimici dilectio omnes Christianæ perfectionis virtutes exponit, quibus tot diademata præparantur.

parans coronas parat. Apoc 4.

Chrysost.

53. *Qui inimicos diligit, iam perfectus est.* Matth. 5.

Postquam Dominus iussit inimicos diligere: addidit, *Estote ergo & vos perfecti.* Math.5. Expende particulam, *Ergo.* Quasi è dilectione inimicorum perfectio omnimoda consequatur. Diligis inimicum, benefacis, pro illo exoras? Ergo perfectus es, quia vnica hæc virtus totam continet perfectionem. Bellè D. Remigius apud D. Thom. in Caten. *Quia verò perfectio dilectionis vltra dilectionem inimicorum non potest procedere: ideo postquam Dominus præcepit diligere inimicos, subiungit consequenter: Estote ergo & vos perfecti.*

Remig.

54. *Odio prosequi inimicũ, est omnium criminum quodammodo colligatio* Matth.18.

Profectò quemadmodum diligere inimicum est totius virtutum perfectionis recapitulatio: odio illum persequi est velut omnium epilogus peccatorum. Qui, postquam à Domino acceperat tot debitorum relaxationem, conseruo debitori noluit ignoscere, tormentis addicitur. *Tradidit Dominus eum tortoribus, quo ad vsque redderet vniuersum debitum. O serue nequã.* Matth.18. Qui iam ignoscente Domino iustus erat, iam repentè nequam seruus apparet, & omnium debitorũ reatu illigatus obiicitur, quia vnica odij erga inimicum actio omnes videtur includere iniquitates. Chrysost. hom.27. in Gen. *Vere hic videre licet, quantum malum sit, iniuriam reminisci, quoniam cum decem millia talenta consumpsisset, non vocauit eum malum. Sed nunc quando conseruo crudelis fuit.*

Chrysost.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Dictum est antiquis diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum: ego autem dico, diligite inimicos vestros.

Si dictum fuisset in lege, *Odio habebis inimicum tuum.* Dominus eam impleuisset dum diligere inimicum imperauit.

Quia illud ipsum inimicum diligere, idem est, ac de illo horribilem sumere vindictam.

55. Palch.

PAschasius, *Quæritur, quomodo non soluerit legem, quia dixit, Ego autem dico vobis, Diligite inimicos, cum lex dixerit, Odio habebis inimicum tuum?* In Commentario innuimus aliquos Doctores existimasse huiusmodi legem extare. Si ita est, videtur Dominus legem soluisse, contrarium imperando. Respondeo, Dominum odium horribile in inimicum imperasse, dum præcipit amare; quia dum diligo inimicum, eum vulnere acri admodum afficio, percutio flagris, igni addico, eumque demum in Dei manus potentissimas puniendum colloco.

56. *Rogare iubemur pro inferentibus iniuriã, non pro accipientibus, quia illi miserabiles, hi minimè, sed felices.* Matth. 5. Chrysost. Cyprian.

Ait Dominus, *Rogate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Mat.5. Annõ aptius pro nobis qui iniuriis agimur deprecari? Minimè quia miserabilis debemus misereri. Porrò qui iniuriam infert, miserabilis est, nõ qui accipit. Chrys. ser.13. ad 1. Cor.4. *Qui aliũ lædit, seipsum lædit.* Cyprian. lib.2. Epist.3. *Neque enim qui audit, sed qui facit contumeliam, miser est; nec qui à fratre vapulat, sed qui fratrem cædit, in lege peccator est. Et cum nocentes innocentibus iniuriã faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere se credunt.*



LIBER SEPTIMVS. SERMO DE DILECTIONE INIMICORVM.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII *literales ad caput quintum Matthæi.*

Panegyrici Morales circa literam in Iesum Concionatorem.

PROLVSIO.

Dominici vitulæ ligni FRVCTVS SEPTIMVS.



OELESTIS Concionator mandata pergit tradere perfectiora, Euangelij satagit adstruere consilia. Proposito augustissimo diuinæ filiationis præmio, inimicorum curat dilectionem persuadere. *Diligite*, ait, *inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos.* Id est, super amicos & inimicos, *iustos* scilicet, *& iniustos.* Liceat Mariæ mancipio humili profari: Diligite inimicos vestros, vt sitis specialissimi filij Mariæ, quæ sese & amicis, & inimicis, iustis, ac peccatoribus solem exhibet misericordiæ. Fatur Richardus lib 7. de Laud. Virg. *Maria proficientibus, & perfectis: profundéque peccantibus Sol est. Propter hanc communitatem dicitur de Patre æterno, & de Matre Maria Matth. 5. Qui solem suum facit oriri super bonos, & malos. Ideo etiam dicitur de ipsa Sap. 6. Æqualiter, id est, communicatiuè, est ei cura de omnibus. Sicut enim non est personarum acceptio apud Deum, sic nec apud Mariam,* vel inimicorum amatricem. O Sol misericordiæ, qui iustitiæ magnum æmularis luminare!

Richard. Laurent.

MATTHÆVS CAP. V.

VERS. 43. AVDISTIS, quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

44. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.

PARAPHRASIS.

43. AVDISTIS, *traditum maioribus: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Beneuolentiam lex exigit erga beneuolos, & bene meritos: cæterum à mala antiquorum intelligentia permissio malè velle his, qui nos lædunt, indicitur: non quidem à lege.*

44. *Ast ego non contentus mutua in amicos beneuolentia, illud à vobis meæ doctrinæ sectatoribus exigo: vt diligatis & inimicos; & his, qui vos odio prosequuntur, non solum odio mutuo non respondeatis, verùm etiam beneficiis ad amorem pro-*

45. Vt

nocentis. Quod si adhuc vos impetant efferati, adeò non mutetis animum vestrum, vt pro illis rogetis Deum, quo resipiscant.

45. Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos, & malos; & pluit super iustos & iniustos.

45. Hac bonitate vtentes erga vniuersos, & bonos, & malos: declarabitis vos esse non degeneres filios Patris cœlestis, qui cupiens omnes seruare tam multa bona dignis, & indignis elargitur. Patitur enim, solem suum & his, à quibus colitur, & his, à quibus contemnitur, esse communem; ac pluuiam suam patitur, vtilem esse iustis pariter & iniustis: malos suo beneficio prouocans, vt resipiscant: bonos, vt gratias agant, excitans.

46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & Publicani hoc faciunt?

46. Similitudo morum vos asseret Patri cœlesti; & ab eo profectam credent vestram doctrinam, si illius in vobis bonitatem conspexerint. Alioqui si diligitis diligentes, crimen effugistis, non meruistis præmium. Non referre beneficium, ingratitudo est apud Publicanos etiam execrabilis.

47. Et si salutaueritis fratres vestros tantùm, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt?

47. Et si vos comes, & affabiles præbueritis erga cognatos, aut populares vestros tantum: cæteros velut alienos nec salutatione dignemini: quid eximium facitis? Nonne idem faciunt & Ethnici? Vulgaria sunt ista, quæ non arguunt bonos, sed homines tantum.

48. Estote ergo vos perfecti sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.

48. Vos igitur volo perfectos esse, & admirabili quadã luce bonitatis cœlestem referre Parentem: qui cum sit omnipotens, tamen sua bonitate prodest omnibus, nihil à quoquam expectans mercedis, mitis erga vniuersos, cum possit illico, si velit, vlcisci.

Cap. 6. v. 1. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est.

1. Ostendi, quibus rebus oporteat, vos iustitiam scribarum, & Pharisæorum excellere. Nunc ostendam, in his, quæ vobis videntur esse communia, quid sit vitandum. Vos cautos, ac circumspectos esse volo, ne, cum erit aliquid piorum operum præstandum: ideo malitis apud homines facere, quam soli: vt ab illis conspecti, laudem humanam venemini. Semper vos Deus intuetur, à quo præmium expectatis. Alioqui si ex benefactis laudem captatis apud homines, præmium apud Patrem cœlestem amittitis.

2. Cum autem facis eleemosynam noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

2. Ergo quisquis es Euangelicæ legis sectator, cum tua munificentia paras inopiam egentis subleuare; noli facere, quod solent hypocritæ, qui quoties aliquid largiuntur pauperibus, non quærunt solitudinem: sed prodeunt ad hominum conciliabula, & vicos: nec aliter quam fabulam acturi; tubæ cantu multitudinem ad spectandum euocant. Vultis audire, quid proficiant? Vtcumque applauserit populus, benefacti sui apud Deum, qui pium opus ex animi syncero affectu metitur, mercedem

perdiderunt. Qui ad gloriam dedit, beneficium vendidit, non largitus est.

3. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua:

3. Te verò tantum oportet abesse ab istorum affectu, vt cum confers beneficium, ne sinistra quidem sciat, quid faciat dextera tua: & ideò non desideres hominem spectatorem; vt, si fieri possit, nec ipse scias, te facere, quod rectè facis: ne tibi hoc nomine placeas, quod dederis; sed tantum in sinu gaudeas, quod refocillatus sit egenus.

4. Vt sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

4. Tibi satis est, quod testem habeas Patrem, cuius oculos nihil omninò fugit. Is tibi reponet præmium, etiam si ab homine nihil gratiæ redeat.

SECTIO PRIMA.

Dei filij, qui inimicos diligunt.

TEXTVS.

VERS. 43. AVdistis, quia dictum est *antiquis*, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuom. 44. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos: 45. Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos, & malos: super iustos, & iniustos. 46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & Publicani hoc faciunt? 47. Etsi salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? 48. Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester perfectus est.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Vtrum in lege extet illa particula: Odio habebis inimicum tuum?

1. *Quidnam in Leuitico præcipiatur.* Leu. 19. AVDISTIS, *quia dictum est antiquis: Diliges, &c.*] Quæstioni do, vtrum in lege illa sit apposita particula: *Et odio habebis inimicum tuum?* In Leuitico habetur, *Diliges amicum tuum*, siue proximum, *tuum sicut teipsum.* Cap. 19. *Sententia affirmans.* August. At inibi non lego particulam, *Et odio habebis inimicum tuum.* Augostinus de serm. Dom. cap. 41. in lege quoque scriptum asseruit; sed vbi sit indictum, non indicauit. *Quod in lege* (ait) *scriptum est, oderis inimicum tuum, non vox iubentis iusto accipienda est; sed permittentis infirmo.* Vult itaque esse legis permissionem propter infirmitatem, non præceptum lib. 19. cont. Faust. cap. 24. Sic exposuit: *Docetur, non esse contrarium, quod in antiqua Scriptura dictum est, Oderis inimicum tuum: & in Euangelio, Diligite inimicos vestros. Quod vnusquisque iniquus homo, in quantum iniquus est, odio habendus est; in quantum autem homo est, diligendus est. Vt illud quod in eo rectè odimus, arguamus, id est, vitium: quo possit illud, quod in eo rectè diligimus, id est, humana natura ipsa, emendato vitio, liberari.* Aliter exposuit serm. 59. de Temp. *Odio habebis inimicum tuum*, id est, diabolum. *In lege Dominus, non inimicos, sed inimicum præcipit odiri. Vt qui spirituales erant in lege, solum diabolum odio haberent.* Colligo Augustinum putasse hæc verba: *Odio habebis inimicum tuum*, ex scriptura esse desumpta; ea vero sic interpretari: Odio habebis inimicum tuum ob peccatum tantummodo, ob naturam diliges, vel odio habebis diabolum. Sine interpretatione Hilarius, Amari proximum lex exigebat: & in inimicum *licentiam odij dabat.* Hilar.

2. *Auctoris negatiua sententia.* Porrò alij verba hæc in lege nusquam scripta esse affirmarunt. Lubens subscribo, quia nunquã sacra in Pagina inueni: Vnde reor esse Iudæorũ glossam aliquam, & interpretationem. Ex verbis Leuitici, *Diliges amicum tuum*, & alijs scripturæ locis inferebant, *Habebis ergo odio inimicũ tuum.* Sed mala planè illatio. Strabus, *Sciendum est, in toto corpore legis non esse scriptum, Odio habebis inimicum tuum; sed hoc dicitur quantum ad traditionem scribarum.* Addit, *forte intelligendum iuxta illud: Oculum pro oculo, dentem pro dente: vel subtrahendo officia humanitatis.* Strab.

3. *An Iudæis licuerit, odio habere inimicos?* Ad vberiorem veritatis huiusce expositionem, quæsierim, vtrum Iudæis licuerit odio habere inimicos: Respondet Abulensis hic quæst. 347. minimè licuisse. *Lex enim naturalis odium etiam aduersus inimicos vetat.* Porrò charitatis erga inimicos mentio fit in scriptura. *Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.* Leu. 19. Abul. Leu. 19.
An vltionem non quærere ex inimico non est charitas? *Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: & in ruina eius non exultet cor tuum.* Prou. 24. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: & si sitierit, da ei aquã bibere.* Prou. 25. *Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum, si videris asinũ odientis te sub onere iacere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo.* Exod. 24. *Diliges amicum tuum, siue proximum* Prou. 24. Prou. 25. Exod. 24. Leu. 19.

proximum tuum sicut te ipsum. Leu. 19. Proximus autem est etiam inimicus, vt Dominus ait Luc. 10. dum asserit Samaritanum proximum extitisse illi, qui in latronum manus inciderat. Samaritanis autem Iudæi non coütebantur. Vnde ait Augustinus ser. 26. de Diuers. *Dilige proximum tuum, id est omnem hominem. Cum dicis, Diliges proximum tuum, ibi sunt omnes homines, & si fuerint inimici. Ex duobus enim parentibus omnes nati, omnes proximi sumus.* Ergo minimè potuit scriptura sententia vti contradictoria: *Odio habebis inimicum tuum,* quem iam diligendum imperauerat.

Luc. 10.

August.

§. II.

De Euangelica inimicorum dilectione.

5\. *Quonam modo inimici diligendi?*

EGo autem dico vobis, diligite inimicos vestros.*] Dictum illud Iudæorum excludit Dominus, iubens non solùm amicos, verum inimicos etiam, qui nos odio habent, diligere. An non dilectio in corde primùm residens, deinde in ora profluit, & opera? Prius ergo imperat corde diligere, mox dilectionem operibus exprimere. *Benefacite iis, qui oderunt vos*] Præterea ore & lingua profluere dilectio videatur: *Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.*

6\. *Quid Patres ad hæc?* Imperf.

Quid Patres? Auctor Imperf. hom. 13. *Odium spiritus est tenebrarum, & vbicumque insederit, sordidat pulchritudinem sanctitatis. Cum autem sit mundus iste scandalis plenus, si amicos tantum voluerimus diligere, non poterimus inuenire, quos diligamus.* Interlin. *Diligere inimicos, perfectum est, non impossibile.* Gregorius lib. 22. Mor. cap. 10. & 11. *Quem quis cecidisse lætatur, aut non vult esse meliorem, non eum amat. Potest tamen accidere, vt non amissa charitate, & inimici ruina lætificet, cum eo ruente, quosdam benè erigi credimus. Congaudendum iustitia Iudicis, sed condolendum miseria pereuntis.* Strabus. *Ioannes tantum videtur monere, vt fratres diligamus; sed fratres vocat etiam eos, qui credituri sunt; pro quibus orandum, vt fraterno nobis fœdere sociemur.* Addit. *Pugnant aduersarij contra Ecclesiam odio, verbis, cruciatu: hæc vero contra diligit, benefacit, & orat; vt omnes partes malitia bonitate vincantur.* Hieronymus, *Hoc fecit Christus dicens: Pater ignosce illis,* Augustinus de ser. Dom. *Stephanus pro persequentibus orauit, iisque, qui nondum Christo crediderant. Illa vero petitio Martyrum in Apocalypsi, vt vindicentur, non contra homines est, sed contra Regnum peccati, vt euertatur quod fit partim correptione hominum, partim damnatione perseuerantium in peccato. Vel clamant non voce, sed ratione, vt sanguis Abel. Non enim tam impatientes sunt, vt vrgeant fieri, quod sciunt præfinito tempore esse futurum.*

Interl.
Gregor.

Strab.

Hieron.
August.

7\. *Filij Dei ex dilectione inimicorum.*

Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est, &c.] Duplici ratione Dominus ad inimicorum dilectionem inuitat. Prima ex similitudine cum Deo sumitur. Diligite inimicos, vt similes sitis tanquam filij Patri vestro Deo. Filium similem esse bono parenti oportet, eiusque imaginem exponere; ne degener obiiciatur. Deus diligit inimicos illique benefacit, ergo Dei filij Patris opera gerite. *Solem suum Deus oriri facit super bonos & malos: pluit super iustos & iniustos.*] Innumeraque alia beneficia impertit. Patrem igitur imitamini.

8\. *Quid Patres circa huiusmodi filiationem?*

Plura Doctores, quibus expositio confirmatur. Chrysostomus, *Vt sitis filij. Quia magnum erat præceptum, præclarum præmium subdit, scilicet, fieri similes Deo.* Anselmus, *Vt sitis filij in re, quod iam estis in spe. Dignitatem suam hæredes intelligant.* Strabus, *Non sitis degeneres. Deus vester dicitur Pater, videte vt amantes inimicos sitis filij.* Augustinus. *Iniqui in libro sapientiæ plangunt, Sol non ortus est nobis. Et scriptum est, Mandabo nubibus, ne pluant.* Sol non oritur, pluuia non fluit eis, qui proximos lædunt. At eis, qui diligunt inimicos totus Sol iustitiæ impenditur. *Vt sitis filij Patris vestri, qui Solem suum,* &c. *Solem quem ipse fecit, facit Deus oriri super iustos & iniustos. Quanto ergo magis nos præstare debemus, quod eius munere accipimus?* Mystice autem idem Doctor, *Sol iustitia pluuia doctrina, vel pluuiam, vt terra fructificet.* Hilarius, *In Baptismo, & spiritus sacramento tribuit Solem, & pluuiam.*

Chrysost.
Ansel.
Strab.
August.

Hilar.

9\. *Merces præparata diligentibus inimicos.*

Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis.] secunda ratio sumitur ex magna diligentibus inimicos præparata mercede. *Si diligitis,* ait, eos, *qui vos diligunt,* amicos, quodnam præmium merebimini. Facile quidem factu, & cuiuslibet hominis etiam impij est, & Ethnici, amicos vicissim prosequi dilectione, & beneficiis. At si inimicos diligitis, rem, fateor, difficillimam præstatis, sed cui eximia est merces præparata.

10\. *An meritum tollit Dominus ab amicorum dilectione?*

Obiicis videri, Dominum ab amicorum dilectione tollere meritum. *Si amicos diligatis, quam mercedem habebitis?* Ac si dicat, nullam. Respondeo, Dominum non loqui de dilectione amicorum, qua propter Deum ex charitate, quæ se ad inimicos etiam extendat, diliguntur: sed propter alias causas amantur, scilicet ob propriam vtilitatem, aut propter naturalem quendam affectum absque charitate. Quemadmodum brutæ animantes natos suos amant: & Publicani, ac Ethnici suos amicos. Si vero in charitate diligantur amici, ita vt dilectio nulla mala circunstantia vitietur, mercedem recipiet. Gregorius hom. 27. in Euang. *Ille veraciter* dignam præmio *charitatem habet, qui amicum diligit in Deo, & inimicum diligit propter Deum.* Addit autem, *sunt nonnulli, qui diligunt proximos sed per affectum cognationis, & carnis. Quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt, sed aliud est, quod sponte impenditur naturæ; aliud quod præceptis diuinis ex charitate debetur obedientia. Hi nimirum & proximum diligunt, & tamen illa sublimia dilectionis præmia non assequuntur. Quia amorem suum non spiritualiter, sed carnaliter impendunt.*

Gregor.

11\. *Quonam modo Patris cœlestis perfectionem æmulabimur?*

Estote perfecti, sicut Pater vester cœlestis perfectus est.] Estote non Publicanis, & Ethnicis similes: Sed Deo. Decet filium Patri esse similem. Perfectus est Pater Deus in dilectione, perfectissime diligit amicos, & inimicos. Tanti Patris in vobis imago resplendeat. Anselmus, *Estote ergo perfecti ex charitate inimicorum, vt filij Patris cœlestis esse mereamini. Perfecti* inquam *sicut Pater,* id est, *secundum modum hominum, vt quæratis prodesse inimicis.* hoc est, *imitatione non æqualitate. Nota, quod hic tota Trinitas intelligitur per Patrem.* Remigius, *Deus perfectus vt omnipotens; homo autē, vt à Deo adiutus.* Chrysostomus, *Filij carnales sunt similes patribus in corpore: spirituales autem Deo in sanctitate.*

Ansel.

Remig.
Chrysost.

Estote

12. *Facilitas præcepti.* Leo.

Estote ergo.] Igitur impossibilis non est inimicorum dilectio; Deus enim impossibilia minimè preciperet D. Leo ser.de Martyr. *De diligendis inimicis nullus vnquam in vnitate poterit se excusare. Potest enim aliquis mihi dicere: Non possum ieiunare, non possum vigilare. Nũquid potest dicere: Non possum diligere? Potest dicere, Non possum res meas totas pauperibus erogare, & in Monasterio Deo seruire. Numquid potest dicere: Non possum diligere? si dixeris, Non possum a vino, & carnibus abstinere, credemus tibi. Si autem dixeris, quod non possis in te peccantibus indulgere: omnino non credimus.* Hactenus Doctor.

IN
IESVM CONCIONANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
CIRCA LITERAM.
EX DEI FILIATIONE OB DILECTIONEM INIMICORVM.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

Omnibus hominibus dictum est à natura, Ama amicum, odio prosequere inimicum.

Hinc difficultas præcepti exponitur, Christi præcipientis amori litanda.

13. Vidimus particulam illam: *Odio habebis inimicum tuum* nullatenus legis esse præceptum, neque permissionem; sed Scribarũ interpretationem humanæ naturæ prorsus agnatam. Amicus est ergo mihi detestabilis. Exprimam itaque difficultatem præcepti ex naturæ repugnantia, vt videas, quam crescat meritum ei, qui contra naturæ præscriptionem Christo præcipienti huiusmodi erga amandos inimicos litat affectum.

14. *Petit David, vt Deus intelligat, cum pro inimicis exorat, quia nouum quid humanitati, quod ipse Deus quodammodo fieri posse non credit.* Psal. 5.

David cecinit, *Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Quoniam ad te orabo, Domine* Psal. 5. *Intellige clamorem*; An Deus vt intelligat, indiget Dauidis admonitione, & commentario? Equidem oratio Dauidis ad inimicorum dirigitur vtilitatẽ. Propter inimicos meos, dirige in cõspectu tuo viã meam. Id est, mea opera tibi ad inimicorum meorum libentur reductionem. *Decidant à cogitationibus suis*, & ad meliorem frugem reducantur. Porrò oratio pro inimicis tam noua est humanæ naturæ, vt quodammodo indigeat admonitione, & commentario: *Intellige clamorem meum*, vt me ex huiusmodi oratione non hominẽ esse conspicias. Chrysost. *Hoc dicit audacter, & libere, quoniam ea petit, quæ ipse etiam dare vult. Quando oratur pro inimico, ea non sunt verba hominis.* Si ergo Deus aliquid posset ex nouitate non agnoscere, & intelligere, maxime orationem pro inimicis; quia agnatum humanitati inimicos odio prosequi. *Si ergo dicis, Verba mea auribus percipe, &c. Ea verba quæ sunt hominis mansueti, & humani.* O nouitatem. Chrysost.

15. *Cum Iesus aperit excessum dilectionis erga inimicos, absconditur esse hominẽ, & aperit esse Deum.*

Cum Deus legem Hebræis daturus erat descendit in montem. *Descenditque Dominus super montem Sinai in ipso montis vertice.* Exo. 19. Profectò Dominus sic nube densissima operitur, vt Moyses non posset agnoscere. At Christus qui humanitatis nube Deitatem operuerat, in monte Thabor minime potuit abscondi, *Et resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt Moyses, & Elias cum eo loquentes.* Mat. 17. Lucas addit, *Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.* Cap. 9. Personat tunc Patris vox, *Hic est Filius meus.* Quæsierim, quare Deus olim nube sic operitur, vt à nullo posset agnosci, quinam loqueretur: an Deus, an Angelus? Christus autem, qui sub velamine humanitatis latebat, ne à diabolo agnosceretur: in Thabor ab ipso Patre reuelatur? Profectò hic non poterat humanus apparere, quia excessus obiiciebatur, quem completurus erat in Ierusalem, vt inimicos peccatores Patri reconciliaret. Vnde iam reserato arcano ex necessitate consequentiæ aperte Pater profitetur, *Hic est Filius meus.* Quod enim ergà commodum spirituale inimicorum agere molitur, non ex quo capite est homo, quodammodo, sed ex Deitate profluit. Humanitas enim vel nomen horrescit inimici. Exo. 19. Mat. 17. Luc. 9.

Non est hominis diligere inimicos.

16. *Christus ex quo homo, vult transire calicem ne inimici peccatores bibant.*

Ideo Dominus in monte Oliueti proclamat, *Pater, si possibile est transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Mat. 26. Vbi Anselmus *Transeat calix*, non patiar pro inimicis. *hoc humano dicis affectu.* Verumtamen, id est, in se Deum reuersus ait: *Non sicut ego homo volo, sed sicut tu Deus.* Nam si humanitatis conditioni hæsescerem, inimicos comminuerem ingratissimos præcipue *ex populo Iudæorum*, (loquor cum Hieronymo) *quos non excusat ignorantia, quando habent Prophetas qui me vaticinantur.* Mat. 26. Ansel. Hieron.

17. *Cum David inimico parcit, vocem eius Saul non agnoscit humanam.*

David horribilem hostem Saulem cum facilè valeret occidere illi pepercit, curans tamen, vt Rex cognosceret illi vitæ fecisse gratiam. *Cum autem complesset David sermones huiusmodi loquens ad Saul: dixit Saul, Numquid hæc vox tua est fili mi David?* 1. Reg. 24. Vbi Chrysostomus hom. de Dau. 1. Reg. 24. Chrysost.

Dau. & Sau. *Nec enim dixit: sermones isti sunt fili Dauid, sed vox tua ista?* Cur vocem non agnoscit? Certè quia vox, qua tanta erga inimicum dilectio ostentatur, vt cum posset illum occidere, illi pepercit: non est vox filij hominis, sed eius, qui supra humanitatem auolabat; quia humanitas parcere inimico non scit,

18. Iam agnosco cur Stephanus ab omnibus, qui erant in concilio visus vt Angelus. *Et omnes, qui erant in concilio viderunt faciem eius sicut faciem Angeli.* Hic non est homo, Angelus est. Quare precor? Certè quia illam haud hominis vocem audierunt, *Domine, ne statuas illis hoc peccatũ.* Act. 7. Humanitati enim agnatum inimicos vindicare. Vnde Attila Hunnorum Princeps post horribilem stragem proclamat: *Quid homini fortè suauius, quam vindictam manu quærere. Magnum munus a natura humana, animos vltione satiare.* Sic apud Iord. de Reb. Got.

Stephanus orans pro inimicis non apparet homo, sed Angelus.
Act. 7.
Iord.

19. Obiicit menti Abbas Isaac lib. de contemp. mundi. Cap. 13. hominem inimicorum accusationes tolerantem, & ergà illos dilectione succensum: & asserit Angelis esse admirationem. *Qui cum humilitate sustinet accusationes ab inimico obiectas hic ad perfectionem quasi Angelicam venit, & a sanctis Angelis admiratur. Nulla enim ita magna & difficilis homini, ad obtinendum virtus existit.* Vnde Angeli non hominem eum, sed Angelum videntur deputare.

Angeli mirantur inimicorum amatorem, quasi homo non sit.
Isaac.

20. Pulchrè Dauid, *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò.* Psal. 7. *Domine, non est exaltatum cor meum: nec ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me* Psal. 130. Vbi Ambrosius lib. 3. in Luc. *Dixeras Dauid, si reddidi retribuentibus mihi mala. Et quasi palinodiam quandam cantandam putauit, dicens: Domine, non est exaltatum cor meum, neque ambulaui in mirabilibus super me.* Quænam hæc retractatio Dauidis? Profectò cùm se ostenderat inimicorum amatorem, se supra hominem proclamabat? quia hominis non est, diligere inimicos: & si hominis quidem est, hominis miraculosi est, & supra naturam eleuati. Quare palinodiam cantandam putauit, ne videatur tanta elatum superbia esse dum asserit se inimicos diligere, vt exutus humanitate, indutusque altiori natura videatur: *Neque in mirabilibus super me.*

Cum Dauid asseruisset, se inimicis pepercisse, recantat palinodiam ac si de se quiddam supra humanitatem prædicasset.
Psal. 7.
Psal. 130.
Ambros.

21. Premo hanc particulam: *Neque in mirabilibus.* An mirabile, hominem inimicis parcere? Ita planè, quia supra humanitatem inimici dilectio. Paulus, *Signa Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigiis* 2. Cor. 12. Ad quæ Theodoretus, *Rectè signis tolerantiam præposuit.* Quia omni patientia ornari, vt & inimicorum probra tolerentur; miraculum augustissimum est, communia superans miracula.

Miraculum supra naturam humanam est, inimicos diligere.
2. Cor. 12.
Theodo.

22. Porrò & miracula vulgare quiddam, si cum dilectionis erga inimicos componantur affectu. *Claritatem* (ait Dominus) *quam dedisti mihi*, Pater *dedit eis.* Ioan. 17. Theophylactus, *Eam gloriam qua per signa; & aliam quoque gloriam concordia scilicet, vt sint vnum. Ista gloria maior est, quam gloria signorum.* Si fratrum Dei filiorum concordia superat miracula claritate: quidnam precor cum inimicis fraterna colligatio? Ergo meritò Dauid palinodiam decantat: *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.*

Vel miracula vulgare quiddam, si comparentur cum inimicorum dilectione.
Ioa. 7.
Theoph.

23. Igitur qui inimicos repugnante natura diligit, se Christi amicissimum profitetur, quia amarissimum Dominici calicis liquorem epotauit. *Bibite amici, & inebriamini charissimi.* Cant. 5. Amicus laborum amaritudinem hausit, sed charissimus dilectionis inimicorum, toto felle, potatur. Certè morte amarior est iniuriæ condonatio: hunc liquorem amarissimum epotat, qui inimicis ignoscit. Quod si calicis haustum hunc Dominus cunctabatur haurire propter difficultatem; & tandem Patris voluntati addictus illum ad pectus traduxit: qui inimicis parcit, Dominici calicis huius particeps proculdubio ostenditur. Stephanus, dum lapidibus vulneratur, inclamat, *Domine ne statuas illis hoc peccatum.* Act. 7. An haustu difficilis liquor? Nazianzenus Orat. 19. *Stephanus cum lapidaretur, pro lapidantibus orabat maius aliquid morte Christo afferens, nempe longanimitatem.* Vndenam id: Eusebius Emissen. hom. de Steph. *Reliquias excipere calicis illius meruit, quo paulo ante sæuiente mundo, Saluator occubuit: Pater ignosce illis.*

Qui inimicos diligit tanta difficultate obiecta, meretur inter Domini non tam amicos, sed charissimos computatur potandus calice eodẽ.
Cant. 5.
Act. 7.

Observat. II.

Ad illa verba:

Ego autem dico vobis.

Difficillimum planè dilectionis inimicorum præceptum, sed omnino absque cunctatione obseruandum, quia Iesus præcipit.

Religiosis, subditisque omnibus sit ad obedientiæ difficilia quæque irrefragabilis ratio: Deus iubet, qui præest exemplo.

24. QVid cunctaris difficillimum amoris inimicorum præceptum implere, si audis vocem Saluatoris, *Ego autem dico vobis.* Quid dixerit Dominus quod Christicolæ possit difficile apparere? An non Iesus pro te difficiliora gessit?

Præsul, qui exemplo præest subditos habet obsequentes.

25. Abrahamo Dominus, *Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum*, Gen. 22. Nescio, an difficilius sit, filium dilectum vnicum occidere, quam inimico inuiso parcere? Quanam vi Patriarcha ad tam difficile adduceretur imperium? Præcipit Deus, qui meliorem Filium propter ipsum Abrahamum litare non renuet. D. Basilius Seleu. Orat. 7. *Abrahamum senio curuatus intrepida manu charissima proli gladium intentat. Quia imperantis Dei charitate vincit naturæ difficultatem, vt hostia minime cæsa Domini sacrificium imitaretur.* Difficile, filium Deo litari? Hoc sacrificium veri Dominici holocausti imitatio est. Tanta Dei charitas, vt Filium suum vnigenitum daret. Prophetans igitur Abrahamus facilè filium litat, quia imperantis Dei charitate coniecta menti, *vicit naturæ difficultatem.* Ac si diceret Deus, Ego dico hoc tibi, qui vnigenitũ pro te mihi ipsi litabo. Iesus autem, *Ego dico vobis, Diligite inimicos*, qui me ad difficilius præparo holocaustum.

Abrahamus ideo promptã obedientiã præstitit difficillimo præcepto, quia sciuit imperare esse, qui propriũ filium litare non renuit.
Gen. 22.
Basil.

Omnium

26. *Homo subditus debet ab arbore obedire, quia iussit Praesul, siue Deus: & à militibus seculari.* 2. Reg. 18.

Omnium Dauidis fidelium subditorum inimicus horribilis Absalon. Quemquidem Dauid benignissimus iusserat à vulnere exitiali praeseruari. *Seruate mihi puerum Absalon.* Fugit miser adolescens ab arbore detinetur in militum conspectu, qui quidem comprehensum inimicum non audent vulnerare. Quare precor? Ex ore vnius rationem audite: *Nequaquam mitterem manum in filium Regis. Audientibus enim nobis, praecepit tibi, & Abisai dicēs: Custodite mihi puerū Absalon.* 2. Reg. 18. si Dauid, praecipit, quomodo audetē ego vel tantum hostem interimere. Ausa est, inquis, arbor comprehendere Absalonem, quae quidem subdita Dei Conditoris est, & ad Dauidis pertinebat ditionem. Vis arbores ratione pollere? Equidem, ad hominum confusionem, ideo ausa est arbor Absalonem detinere, & quia Dauidis, cui subest vocem praecipientem non audiuit: & Dei veri Domini iubentis imperium vel aduersus domini, ac Regis sui filium satagebat implere. Chrysostomus de Absal. *Adest arbor in campo ramorum telis ornata, quae te excipiat fugientem, properantem rapiat. Adest, inquam, arbor, quae nec Patrem, vt tibi parcatur audiuit; & iussa Dei instanter implere contendit.* O Christicolarum tepiditas, Arbor non custodit communem hostem, sed prodit: quia Regis non audiuit praeceptum, & Dei imperium recognouit: & tu audiens inclamantem Iesum. *Ego autem dico vobis diligite inimicos.* adhuc cunctaris imo adhuc odio prosequendum ducis? (Chrysost.)

27. *Dum miles videt Absalonem Cruci velut suffixum Domini referre, ap[…] non vindicat, hostem petentem.* Ambros.

Pulchrè cogitationi Ambrosius ansam exhibuit, dum contemplatur Absalonem arbori illigatum Iesu Cruci suffixi imaginem extitisse, qui licet, qui se à Patre derelictum clamat, qui pro suffixoribus exorat *Pater ignosce illis.* Igitur Absalon & mysticus Iesus obiicitur, & communis inimicus ostentatur. Milites autem iustè non insurgunt in hostem, quia Iesum exaudiunt Dauidis filium inclamantem, Ego autem dico, verbo & exemplo clamito, *Diligite inimicos.*

28. *Filij Iacob crediderunt morituri parentis praeceptum sufficere, vt fratres ignoscerent.* Gen. 50.

Credebant filij Iacob Iosephum à se venditum inimicum redditum infensissimum. O quam difficilè existimabant Iosephi animum sic afficere, vt inimicis omnino ignosceret! At tamen prudentissimo vsi consilio post obitum parentis, vnde maior timor profluxerat deprecantur: *Pater tuus praecepit nobis, antequam moreretur, vt haec tibi verbis illius diceremus: Obsecro, vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati, atque malitiae, quam exercuerunt in te.* Gen. 50. Ad quae Lyranus, *Hoc finxerunt fratres, vt amore patris praecipientis Ioseph citius ad misericordiam flecteretur. Iacob hoc non dixerat; quia non diffidebat de benignitate Ioseph. Aliter enim dixisset ei ore proprio ante mortem suam. Quibus auditis,* &c. Non potuit non sapientissimus Ioseph (videns Iacobum nihil sibi praecepisse proprio ore antè quam moreretur circa veniam fratrum) cognoscere eorum fictionem. Attamen vel fictum patris morituri mox imperium audiens profusis lacrymis inimicos amplectitur. Et tu videns Iesum Cruci suffixum iam moriturum inclamantem. Ignosce illis: & antequam moreretur monentem, *Diligite inimicos vestros:* quonammodo potes non toto ex corde inimicis ignoscere? Quam aptè fratres Ioseph patris mortem memorant, cui proximus Iacobus de ignoscendis inimicis curam gessit! O quam facilè inimicos amore prosequemur, si Iesu morientis, & pro inimicis exorantis obiiciamus imaginem! (Lyran.)

Sufficit confictum morientis patris praeceptum, & non sufficiet Iesu occumbentis vera iussio?

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Diligite inimicos vestros vt sitis filij Patris vestri.

Diligentibus inimicos offertur Dei filiatio, id est aeterna haereditas, qua minimè donantur, qui inimicos odio prosequuntur.

Odio insequeris inimicum? O quam ingens damnationis documentum.

ANnselmus asserit amantibus inimicum Dei filiationem, promitti, *vt dignitatem suam haeredes intelligant*, à qua osores inimicorum exturbantur. Mihi credite, sicut diligens inimicum agnatus oblicitur saluationis aeternae haereditati sic inimicum odio prosequens damnationi addictus ostenditur. Nam qui à filiatione excidit, quonammodò potietur haereditate? 29. Ansel.

Cum prodigus ad paternam domum ductus poenitudine reuerteretur, senior frater (ex inuidia ob saginatum vitulum occisum, & symphoniae plausum) in inimicum ex fratre conuersus, in patrem querulus insurgit, *Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam dedisti mihi haedum, vt cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit occidisti illi vitulum saginatum.* Luc. 15. Fratris iniquitates memoras? Inuidia cruciatis? E fratre in inimicum mutatus es. Pater dixit, *Fili, tu mecum es, & omnia mea tua sunt.* Sed timeo te, à filiatione vera qui cecidisti, & ab haereditate aeterna casurum. Chrysologus ser. 4. *Fratri inuidus animus gratus esse non potest Patri, & paterna largitatis memor non est, qui est fraternae immemor charitatis.* Preme illud: *Paterna largitatis memor non est.* Nam cum se videt odio fratrem prosequi, quasi diuinae largitati, & Regno à Patre praeparato renunciat. 30. *Qui fratrem odio insectatur vel prodigum, signum exhibet damnationis, licet alias frugi appareat.* Luc. 15. Chrysol.

Christum audite, *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro.* Mat. 12. Quinam contra Spiritum sanctum verbum dicit? Profectò qui fratrem prosequitur odio. Fideles enim Spiritus sancti filij sumus ex Baptismatis vnda nascentes. Leo ser. 5. de Nat. *Originem, quam Christus sumpsit ex Virgine, posuit in fonte Baptismatis, dedit aquae, quod Matri. Virtus enim Altissimi & obumbratio Spiritus sancti, quae fecit, vt Maria pareret Saluatorem, eadem facit, vt regeneraret vnda credentem.* Qui igitur à fratre recedit, Patri optimo valedicit. Vndè cadit ab aeterna haereditate sine remissionis quodammodo spe: quia Spiritui sancto, cui tribuitur specialissimè peccatoris conuersio nuncium remisit. 31. *Qui fraternam laedit charitatē, quasi irremissibiliter delinquit, contra Spiritū sanctū.* Matth. 12. Leo.

Angeli casum audisti proclamantis, *similis* 32.

ero

Diaboli irreparabilis casum quodammodo incurrit, qui ejus est inimicorum, fraterna charitate lesa. Abbas. Cellens.

ero Altissimo. An ruina reparabili affectus est: Minimè. Quare non reparatur? scio Angelicā naturā tenaciter & bonitati, & malitiæ ita hærescere, vt non valeat pœnitētiæ affectū exponere. At acutè Petr. Cellens, lib. 1. de Moys. Tabernac. ideo asserit ruinā Diaboli haud fuisse reparabilem, quia à sanctis Angelis recessit, eosque vt inimicos, odio est prosecutus *Singularitas proculdubio præsumptionis in Lucifero excidit, cum rupto fœdere Societatis Angelicæ in aliū se tendens, venas in se gratiæ rupit. Indignus fuit reparatione, quia charitate gemina vacuus, reparari non meruit.* Et quodna documentum æternæ hæreditatis poterat esse in eo, qui in inimicos odij Magister exsurgit? Preme illud: *Venas in se gratiæ rupit.* Fraterna quidem charitas vena, è qua gratiæ profluit vbertas. Vnde gemina charitate, ac consequēter gratia vacuus, haud potuit reparari.

33. *Qui fratri inimico parcit se oleo innngit, vt iustitia Dei quodammodo non possit eum damnare: sicut qui odio fratrem insequitur hostem.* Cant. 1. Auctor. Prata Spirit.

33. Proclamat spōsa, *Oleū effusū nomē tuum, propterea adolescētulæ dilexerunt te. Trahe me post te curremus in odorē vnguentorū tuorū* Cant. 1. Ex mente trium Patrū, oleum hoc fraterna charitas est, qua adolescentulæ simul currūt. Porro charitas patiēs est, benigna est, ignoscit erratis. Currūt igitur fraterna charitate colligati, sequunturque Agnū, quocumque ierit, æterna beatitudinæ donādi. An excident à fœlicitatis spe? Minime, dum proximo ignoscunt erranti. Audi Prati spiritualis Auctorē. *Hoc charitatis genus* (nēpe amor inimicoru) *oleum misericordiæ ad peccatorum nostrorum remedia efficacissimum. Quemadmodū athletæ in palestra luctaturi, oleo nuda corpora vngere solebant, vt antagonistis suis omne corripiendi ansam in lubricis carnibus præriperent: sic hoc misericordiæ oleum, quo proximis nostris*, peccantibus in nos, *dimittimus, ita nostra nuditatē vngit, vt iustitia diuina eam ad pœnā æternā reposcere, atque corripere nequeat.* At qui huiusmodi charitatis oleo non vtitur, vix potest non à iustitia diuina in interminabilem pœnam detrudi.

34. *Vel simulare, nos fratrem velut inimicū punire, est quodammodo documentum damnationis.* 2. Thes. 3.

34. Monet Paulus, *Quod si quis non obedit verbo nostro per Epistolā, hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur. Et nolite quasi inimicū existimare, sed corripite, vt fratrem.* 2. Thesal. 3. Quare quasi inimicū non existimabimus eum, quē præceptorū transgressorē iudicat Paulus à fratribus remouendū? Profectò, nē dum delinquentis separationi ad confusionem, & correctionē studemus; nos inimicū illum existimantes, & non fratrē siue spe salutis damnationi addicamur æternæ. Signū enim damnationis erit quodammodo vel illa inimicitiæ, aut odij in inimicu simulatio. Exponit Apostolum D. Chrysost. hom. 1. de dilect. *Non tamen ita simpliciter* iubet Paulus, *Hunc notate*, &c. *Sed hoc ipsum cum aliqua mansuetudine dictū est: Et nolite quasi inimicū existimare: sed corripite vt fratrē. Diabolus semper studuit charitatis nexū dissoluere, vt correctionis viam intercluderet: ac illum quidem in errore, te vero in perfidia, & odio cōtineret: atque hac ratione viam ad salutem veluti muro intercluderet.*

Chrysost.

35. *Murum apposuit Epuloni intercludēs viam ad salutem, quia Lazaro non pepercit inimico.* Luc. 16. Chrysol.

35. Preme proxima verba: *Veluti muro.* Asserit Chrysol. diuitem Epulonem odio in Lazarū sibi inuisū accendi mystica in gehenna, eūque expetere ad se allicere stillæ aquæ prætextu, vt igni curaret illigare tormento. At incōsequenter clamitat *Vt refrigeret linguam meam*, æterno cupiēs refrigerio donati. Cui Abraham, *In his omnibus inter nos, & vos Chaos magnum firmatū est.* Luc. 16. Chaos firmatū? Ita plane, via ad salutem misero veluti muro interclusa est. An ex sententia Doctoris æterno iam discruciatur incendio? Contemplatur Rauenatis Præsul eximius haud incendio æterno cremari: *Non est hoc tartareū, quod te manet incendium.* Cur ergo chaos magnum, seu murus apponitur? vt via ad salutem diuitis intercludatur? Profectò veluti impossibilis redditur salus quodammodo ei, qui inimicū odio prosequitur. *Hac ratione viam ad salutem veluti muro intercluderet.*

36. Huiusmodi hominū tam desperata salus? *Numquid resina non est in Galaad?* Iere. 8. Si adhuc inimicū odio afficeris tibi interclusa salutaris via. Si autem expetis medicamine vti efficacissimo, resina procura inungi. Quid resina? Quinta Synodus Constantinopol. respondet, *Quid per resinā, quæ fomentum ignis est, quæ & in ornamentū domus marmora dissipata coniungit, nisi charitas designatur? Quæ & in amore corda succendit, & vt sanè ā Ecclesiæ ornamēto vnitatis cōponat, discordes hominū mentes per pacis in se studium ligat.* Desperatus quisque hac resina inungatur, & spei salutis (à qua ex odio in inimicos deciderat) restituetur.

Non est resina huiusmodi morbo nisi amor inimici, seu reconciliatio. Iere. 8. Quinta Synodus.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Benefacite iis, qui oderunt vos, vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est.

Qui benefaciunt inimicis, ad diuinæ naturæ participationem quodammodo eleuantur.

Di[illegible] ere enim [illegible], homines ab [illegible] recedentes quasi [illegible] ad [illegible].

37. Fatur D. P. Damia. ser. 1. de Exalt. Cruc. *Magnū quidem, [illegible] vltra hominē est, asperitate verborū, & verberū non solum pati: sed & non reddere. Illud verò maius est, & diuinum quiddam sapit: Benefacite his, qui oderunt vos.* Ideo addit. *Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est.* Damian.

38. Notæ in Dauidē Saulis inimicitiæ. Moritur hostis, Dauid autem post omnes aduersarios debellatos, fatur: *Numquid superest aliquis de domo Saul.* Inuenitur nepos Saulis Miphiboseth, cui Rex, *Restituā tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panes in mēsa mea semper.* 2. Reg. Reg. 9. Tā facile ô Dauid, iniuriaru Saulis oblitus, curas eius nepotē honoribus onerare? An non hominū est, (vt vidimus Obser. 1.) errata inimicorū vindicare? Certe Dauid ex huiusmodi actione se non hominem, sed Deū quodāmodo ostentat. Ideo promittit velut æternitati præsens, *Tu comedes panes in cōspectu meo, semper.* Chrysost. hom. de Dauid, sic diuinitatem parcentis inimico Dauidis exponit. *Quid illius mensa sanctius, quam cingebant filij hostis, hostis, inquā, occidere conati? Quid illo conuiuio diuinius, in quo tam multæ abundabant benedictiones?* Iām Dauid velut alter Christus Dei Filius hominibus mensā æternā exponit, diuinum planè Deitatis conuiuium: *Donec bibam eum nouum in Regno Patris mei.*

Dauid parcens inimico, velut Deus ostenditur præsēs æternitati. 2. Reg. 9. Chrysost.

39. Clamabat aliquando Dauid, *Quoniam in flagella paratus sum* Psal. 37. Quia homo cum sim, cum hominibus flagellari non renuo. Nec enim illorum hæreo superbiæ, *qui cum hominibus* (suo iudicio) *non flagellabuntur.* Mox autē vociferatur, *Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me, opprobriū insipienti dedisti me, obmutui, & non aperui os meum, quoniā tu fecisti, amoue à me plagas meas.* Psal. 38. Si supplex flagellis se offerebat Psalmo proximo: quomodo iam à se flagellū postulat amoueri? Certè quia obmutuit, & non aperuit os, dum ab inimicis verbo & opere vulnerabatur. Nam qui inimico parcit, ex homine subdito flagellis in Deū, conuertitur à flagellis immunē: *Et flagellū non appropinquabit tabernaculo tuo.* Do quæstionem, & solutionem Ambrosio profanti ad Psal. 38. *Quomodo hoc sibi congruit, quod in superiori Psalmo flagellis se obtulit: hic flagella à se postulat amoueri? nisi quia soluit iam de mo-*

Qui inimicum diligit cum hominibus non flagellatur, quia iam quodāmodo Deus est. Psal. 37. Psal. 38. Ambros.

patienter tulit, & ad inimici ianuam tanquam ad amici gremium quotidie accurrit? O dilectio inimici omnem recapitulans perfectionem.

49\. Pharisæus inclamitat affectu vanitatis, *Non sum sicut cæteri homines adulteri, raptores,* &c. *velut etiam hic Publicanus.* Porrò Publicanus inimico patiens, veniam à Domino deprecatur, *Propitius esto mihi peccatori.* Addit Dominus, *Descendit hic iustificatus ab illo.* Luc. 18. Preme particulã, *Ascendit iustificatus.* Saa, *Effectus iustus.* seu sanctus. Quænam virtutes Publicani recensentur? Nullæ quidem, quia Publicanus totus in crimine. Repētie fit summus, quia Pharisæo cōuitianti parcebat. Chrysost. *Non fatiauerat eius contemptum tota humana natura, sed & Publicanum aggressus est,* Publicanus itaque dum se audit contemni, non ira succenditur, sed inimico contemnēti parcit. O dilectio inimici cunctas virtutes colligans! Fatur Doctor hom. de Dauid. *Accepit Publicanus probrum, & abluit probrum. Quot labores erant subeundi Publicano ieiunando, humi dormiendo, vigilando, bona sua pauperibus elargiendo, in puluere, & cinere sedendo, vt tam multa peccata deponeret; & descenderet iustificatus? At nunc cum nihil tale fecerit, simplici verbo omnem depofuit iniquitatẽ ac probra Pharisæi pepererunt illi coronam sanctitatis.*

Publicanus amans inimic. Pharisæum in iuria se afficientem, sanctus ex peccatore maximo redditur. Saa. Chrysost.

50\. Latronum crura perfringuntur à militibus, qui cum ad Iesum horribiles, & vulneratuti properassent, eum viderent cum iam obiisse, non fregerũt eius crura, *sed vnus militũ lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit sanguis & aqua.* Ioan. 19. O quot in aqua & sanguine profluxere mysteria! Multa Patres. Ego autem memor sententiæ Pauli, *Ego autem dico in Christo & in Ecclesia,* crediderim totam Ecclesiæ perfectionem, totam sponsæ sine ruga pulchritudinem à vulnere lateris emanasse. Profluxere simul Sacramēta, quibus status Sacerdotalis, & coniugalis figurabantur. Profectò fons è quo tot sanctitates fluunt processerunt inimicorũ dilectio fuit. Audi Cyrill. Ierosol. Catech. 13. *Iesus postremo aquã misit de latere simul cũ sanguine fortasse propter duas cades, alterã indicante Pilati, alterã clamantiũ, sanguis eius super nos. Pilatus enim lauit aqua manus. Erant igitur hac duo de latere.* Pectore Dominus irã cōcepetat duplici ictu iniuria iudice iniquo, populo ingrato. Aqua & sãguis seruabãtur in pectore ad vindictæ memoriam. At Christus ineffabili dilectionis documēto profudit, inimicis ignosces. Igitur ex huiusmodi dilectionis inimicorum actione tota Euangelica perfectio, tota legis nouæ sãctitas profluxit; quia vnius dilectionis inimicorũ virtus totam cōtinet sanctitudinis perfectionẽ.

Ex actu amoris erga inimicos profluxit tota perfectio legis Euangelicæ. Ioan. 19.

Cyrill. Ierosol.

51\. Omne virtutum exercitamentum patientiæ nomine designatur. Martyr tyrani persecutione patitur, Confessor intermina in Martyrio consummatur. Virginitatis cultor purpura induitur augustissima. Porrò inimicum patienter tolerare est totius patientiæ recapitulatio. Tertull. lib. de Patient. cap. 3. *Iesus non contendit, non reclamauit, nec qu squã in plateis vocem eius audiuit, arundinem quassatã non fregit, Neque enim mētitus fuerat Propheta, imo ipsius Dei contestatio, spiritum suum in Filio cum tota patientia collocantis.* Preme illud: *Cum tota patientia.* Profectò dum Christus clamantibus inimicis, *Crucifige, crucifige.* Sanguis eius *super nos*, non reclamat, so patientissimum exponit & dilectione erga inimicos huiusmodi totam sanctorum, ac virtutum patientiam colligauit.

Omnes virtutes in diligentia inimicorum patientia recapitulantur. Tertull.

52\. Dominus Ioanni visus diademate multa præsentare cuoctarum virtutum exercitamenta. Confessores consitut, Virgines, Martyres, cōtemplationis studiosi, actionis amatores. Profectò vnicus amoris inimici actus cuncta diademata præparat

Vnus actus diligentiæ inimicorum omnes virtutibus præ-

Ant. de Escob. & Mend. Tom. IV.

omnium sanctitati. Testor Dauidem cum in specu potuit inimicum Saulem vulnerare, & tamen ingrato pepercit. Quot coronis actus hic stipari putas? Ex ore aureo Chrysostomi accipies, hom. de Dau. *Cum David esset occidendi inimicum Saulem potestatem nactus, tamen ei pepercit. Perspicuum est, quod millies coronam meruit animi proposito.* Cur vno actu millies? Quia vnica inimici dilectio omnes Christianæ perfectionis virtutes exponit, quibus tot diademata præparantur.

parata coronis parat. Apoc. 4. Chrysost.

Postquam Dominus iussit inimicos diligere: addidit, *Estote ergo & vos perfecti.* Matth. 5. Expende particulam, *Ergo.* Quasi è dilectione inimicorum perfectio omnimoda consequatur. Diligis inimicum, ei benefacis, pro illo exoras? Ergo perfectus es; quia vnica hæc virtus totam continet perfectionem. Bellè D. Remigius apud D. Thom. in Caten. *Quia verò perfectio dilectionis vltra dilectionem inimicorum non potest procedere: ideo postquam Dominus præcepit diligere inimicos, subiungit consequenter: Estote ergo & vos perfecti.* 53.

Qui inimicos diligit, iam perfectus est. Matth. 5. Remig.

Profectò quemadmodum diligere inimicum est totius virtutum perfectionis recapitulatio: odium illum pertequi velut omnium epilogus peccatorum. Qui, postquã à Domino acceperat tot debitorum relaxationem, conseruo debitori noluit ignoscere: tormentis addicitur. *Tradidit Dominus eum tortoribus, quo ad vsque redderet vniuersum debitum. O serue nequã!* Matth. 18. Qui iam ignoscente Domino iustus erat iam repentè nequam seruus appatet, & omnium debitorũ reatu illigatus obijcitur, quia vnica odij erga inimicum actio omnes vitiorum includere iniquitates. Chrysost. hom. 27. in Gen. *Vere hic videre licet, quantum malum sit, iniuriam recordari, quoniam cum decem millia talenta consumpserit, non vocauit eum malum. Sed nunc quando conseruo crudelis fuit.* 54.

Odio prosequi inimicũ, est omnium criminum quodammodo colligatio. Matth. 18.

Chrysost.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Dictum est antiquis diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuum: ego autem dico, diligite inimicos vestros.

Si dictum fuisset in lege, *Odio habebis inimicum tuum.* Dominus eam impleuisset dum diligere inimicum imperauit.

Quia illud ipsum inimicum diligere, idem est, ac de illo horribilem sumere vindictam.

Paschasius, *Quæritur, quomodo non soluerit legem, qui a dixit, Ego autem dico vobis, Diligite inimicos, cum lex dixerit, Odio habebis inimicum tuum?* In Commentario innuimus aliquos Doctores existimasse huiusmodi legem extare. Si ita est, videtur Dominus legem soluisse, contrarium imperando. Respondeo, Dominum odium horribile in inimicum imperasse, dum præcipit amore; quia dum diligo inimicum, eum vulnere acri admodum afficio, percutio flagris, igni addico, eumque demum in Dei manus potentissimas puniendum colloco. 55.

Pasch.

At Dominus, *Rogate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Mat. 5. Annõ aptius pro nobis qui iniuriis agimur deprecari? Minimè quia miserabilis debemus misereri. Porrò qui iniuriam infert, miserabilis est, nõ qui accipit. Chrys. ser. 13. ad 1. Cor. 4. *Qui aliũ lædit, seipsum lædit.* Cyprian. lib. 1. Ep. st. 5. *Neque enim qui audit, sed qui facit conuitium, miser est; nec qui à fratre vapulat, sed qui fratrem cadit, in lege peccator est. Et cum nocentes innocentibus iniuriã faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere se credunt.* 56.

Rogare imbemur pro inferentibus iniuriã, non pro accipientibus, quia illi miserabiles, hi minimè, sed felices. Matth. 5. Chrysost. Cyprian.

Luget David alium animo in mortem inferentes, quia qui infert: dum amatur à recipiente, dirius occiditur. Psal. 34. Genebr.

57\. Dauid canit, seu plorat, *Quasi lugens, & quasi contristatus, sic humiliabar.* Psal. 34. Genebrardus, *Quasi lugens matrem,* (ex Hebræo) *incuruaui me, pullatus, & nigra veste indutus.* Vndenam Regis luctus? Ex inimicorum pertinacia. *Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ. Ego autem cũ mihi molesti essent, induebar cilicio.* Ergo Saul, & omnes inimici eius propinqui alias ex sãguine vt Absalon, ex affinitate vt Rex Saul, nigra veste induãtur licet non lugeant animo, vt luctum valeant simulare, dum Dauid eorum persecutione vulneratur exitialiter. O quam aptè qui accipit exitiale vulnus pro inferente nigra veste induitur, & lacrymatur; quia inferens vulnus occiditur; & qui accipit, incolumis persistit. Chrysost. hom. 3. de Dauid. *Quo vehementius Saul insidiabatur Dauid, hoc impensius eum deflebat. Nouerat enim, nouerat certè, non eum, qui patitur iniuriam, sed qui facit, lacrymis, ac lamentis esse dignum, vt qui lædat seipsum.* Igitur vindicta horribilis est tolerare patienter inimici vulnera, si dum vulnerat, ipse vulneratur. Vnde maior accipientis iniuriam patientia maius inferenti nocumentum indicit.

Chrysost.

Dum diliges inimicũ decorticare efficis. Gen. 30. Eucher.

58\. Nota est historia Iacobi pastoris virgas decorticantis vt aspectatæ ab ouibus varia in fœtu vellera procrearent. Gen. 30. Ad mysticum sensum locum alliciẽs Eutherius asserit in virgis decorticatis inimicos hominum figurari, cum à nobis diligũtur. *Decorticauit quidem, cum dicit; debere diligi inimicum.* Decorticantur virgæ seu inimici verberantes nos, cum Dominus iubet à nobis amari; quia dum diligimus, ipsi nostra pietate, ac beneficio acriter vulnerantur. Liceat vulgariter expendere. *Es como si les desollaramos.*

Ioseph amoris signa fratribus inimicis exhibens, eos faciebat iudicij extremi horroribus affici. Luc. 21.

59\. Pauor, ac timor futuræ presagus calamitatis assolet hominis animũ vehementer vulnerare. Vnde Dominus, vt diei iudicij describeret horrores, timorem, & expectationem memorauit. *Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis: arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superueniẽt vniuerso orbi.* Luc. 21. Profectò qui inimicum diligens ei amoris signa exhibet, facit, vt simili expectationis timore afficiatur, *quæ superuenient?* Post diuturnam simulationem tandẽ Iosephus Prorex Ægypti voluit sese fratribus manifestare olim quidem inimicis. *Osculatusque est Ioseph omnes fratres.* Gen 45. Si Iosephus animum haberet vindictæ agnatũ quid aliud posset gerere, vt fratres dire vulneraret, quã dilectionis tam validum signum exponere? Annon fratres ex osculo pauore afficiebãtur, & expectatione quæ superuenient delinquentibus? Augustin. serm. 83. de Temp. *Cum videret fratres, imò inimicos, osculabatur singulos: & irriguis fletibus pauentium colla perfundit.* Dum plorat Iosephus qui accepit iniuriam, illi pauent, qui intulere. Intereaque fratrum tormentum iudicij extremi horrores æmul[illegible], profusis lacrymis Iosephus exponit, compassione affectus.

Gen. 45.

August.

Rex Samariæ puniit latrones, dũ eis apponit cibos. 4. Reg. 6.

60\. Samariæ Rex cupiebat, latrunculos Syriæ flagellare, vt eos absterreret à furto. Rogauit igitur Eliseum, *Num percutiam eos, pater mi?* Prudentissimus Propheta respondit, *Non percuties, sed pone panem, & aquam coram eis.* 4. Reg. 6. Annon ò pater id plus erit præmium, quam suppliciũ? Erit planè supplicium acerbum. Aconitum illi tuum panem & aquam reputabunt, & tanta benignitate tam dire vulnerabuntur, vt diffugiant, nec iterum audeant apparere. In Glossa Interlin Anselmus, *Vt percutias, pone panem, & aquam coram eis; & vltra non venerunt latrones. Alia vi non potuerunt eos cohibere.* Benefacere enim inimico, ei est vulnus exitiale.

Anselm.

Exuris inimicum dum eum pascis, patienterque fers. Rom 12. Anselm.

61\. Monet Paulus, *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitierit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.* Rom. 12. Vbi Anselmus, *Quod inimicos vincis, aut debellat, est obsequis illis iuxta Paulum.* Congeruntur enim carbones super caput inimici vt conflagrans queratur, *Que me quemo,* dum ei conuiuium paras dilectionis in signum.

Vindicat Deus, dum sustinet. Deut 32.

62\. Didicit à Deo prosante, *Mihi vindicta, & ego retribuam.* Deut. 32. Ac si diceret, Retribuam munera, vt vindicare possim. Alij, *Mihi patientia.* An patienter sufferre inimicorũ flagitia, vindicta est? Ita planè. Quomodo enim non discerpatur hostis, videns sufferentis iniuriam, benignitatem?

Dum alapã sustines patienter, alteram alapam infligis inimico. Ioan. 18. Ambros. Tertull.

63\. Dominus à Malcho alapa fuit percussus. An se tantæ iniuriæ vindicem præbuit? Profectò ei alteram alapam inflixit, dum patienter sustinuit opprobrium. *Si malè* (inquit) *locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, cur me cædis?* Ioan. 18 Docuerat Magister, *Si quis te percusserit in vna maxilla, præbe illi & alteram,* An alteram maxillam percutiendam? Acutè Ambros. *Præbe illi alteram alapam.* Quia illud ipsum patienter sustinere iniuriam inimici, eique alteram maxillam exhibere percutiendam, inimico est alterius alapæ inflictio. Pulchrè Tertullian. lib. de Pat. cap. 8. *Fatigetur improbitas patientia tua, plus improbum illum* (Malcho similem) *cædis sustinendo.*

CAPVT ALTERVM.

Dum parcis inimico iniuriam inferenti, acriorem ab ipso sumis vindictam; quia eum Deo tradis puniendo.

64\. HOrribile prorsus genus vindictæ est, non sumere vindictam; quia dum inimico parco, eum Deo puniendum addico. Hinc D. Leo. *Magis plangendus est faciens maligna, quam patiens; quia iniustum malitia sua demergit ad pœnam.* Sæuiente Domino, & ad iudicium aduocante, Sic serm. de omnib. Sanct. cap. 3.

Leo.

Dum accipiens iniuriam, inimico parcis, Deus vindex statuit inimico peccatum. Act. 7.

65\. Id agnoscens Stephanus ab inimicis Iudæis lapidibus vulneratus, pro inferentibus iniuriam & necem precabatur, *Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Act. 7. Quid peccatum statuere, nisi horribili afficere vindicta vulneratores iuxta illud: *Et statuam contra faciem tuam.* Psal. 49 Id est, te ad tribunal aduocabo, vt aduersum te statuam pœnã tuis sceleribus conuenientem. Leuita ergo videt inimicorum causa ei cœlum aperiri, ei coronam præparari Eusebio Emiss. prosante hom. de S. Steph. *Et nescit irasci, per quos sibi videt aulam Regni cælestis aperiri, per quos se æternis sæculis intelligit consecrari.* Grato autem animo cupit inimicos incolumitate potiri. Cum autem sciat patientiam sufferentis iniuriam horribilis Dei iudicij pœnam connotare: clamat affectuosè, *Ne statuas illis hoc peccatum.* Ne eos aduoces ad tribunal, vt contra eorum facies statuas. Scio enim acrius inimicum expectare iudicium, cum accipiens iniuriam curat à vindicta abstinere.

Euseb. Emiss.

Christus asserit in lege scriptũ, odio habebis inimicum; quia amare est effectu odio habere. Leu 19 Caietan.

66\. Ad illud Dominicum, *Audistis, quia dictum est, Diliges proximũ tuum & odio habebis inimicũ tuum,* Caietanus profatur. Leuitici cap. 19. Scriptum est, Diliges Proximũ tuum sicut teipsum, nullibi autem in tota lege inuenitur scriptum, odio habebis inimicum tuum. Sed Dominus IESVS dicit etiam hoc dictum fuisse. Ergo euidenter aut lex manifeste id imperat, aut virtualiter præscribit. Dicit id planè lex. Nam eo ipso quod *proximum tuum* siue amicum, siue inimicum iubet amare, affectu quidem videtur, odio eum prosequi; quia du[illegible] se amat, Deus odit: dum ipse parcit, Deus arripit puniendum.

Deus enim ponit acrem (addit pulchrè Cardinalis) dum benignus ei parcimus. Caietan.

ipse parcit, Deus atripit puniendom. *Dicitur enim* (addit pulchrè Cardinalis) Deut. 18. Dabit Dominus inimicos tuos corruentes in conspectu tuo: per vnam via venient contra te, & per septem fugient à facie tua. Per hoc verificatur dictum in lege, Odio habebis inimicū tuum. Talis enim percussio & prostratio effectus sunt odij. Qui quidem ex nostra patientia prodierunt, proclamante Numine, *Mihi vindicta.*

67. *Dum Dauid iubet seruari sibi inimicum Absalonem, eū tradit Dei manibus diriùs vulnerandum.* 2. Reg. 18.

Dauid innomeris à filio (antius dixerim, inimico) Absalone iniuriis actus, parces hosti teterrimo, Ducibus imperabat: *Seruate mihi puerū Absalon.* An Rex benigniter [illegible] erga inimicum gessit? Quis audeat dubitare? Ego quidem non dubito, sed affirmare audeo horribilem ab hoste communi sumpsisse vindictam: quia dum parcit adolescenti, Dei manibus puniendum addicit. *Accidit, vt occurreret Absalon seruis Dauid, sedēs mulo cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnam, adhæsit caput eius quercui; & illo suspenso inter cœlum, & terram, mulus, cui insederat, pertransiuit,* Quid plura? *Tulit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon.* 2. Reg. 18. Dicitote precor, si Dauid affectu acerrimo vindictæ studeret, quonammodo posset inimicissimum in [illegible] vulnerare: inueniret [illegible] genus? Deus solus pot[illegible] Dauid [illegible], quia Dauid pepercit. Chrysostomus hom. de Absal. *Adest arbor in campo raramen telis ornata, quæ te excipiat fugientem, peperantem rapiat. Adest, inquam, arbor, quæ nec patrem, vt tibi parcatur, aut sinit: & ipsa Deus in lanter implere contendit.* Satius [illegible] patris irati [illegible] flagella, qui [illegible] amatus osculo affectus, Dei [illegible]

Chrysost.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri.

Christus se Dei naturalem Filium manifestat, dum inimicis parceos, Patrem æmulatur, qui ignoscens peccatoribus ostentatur Deus. Ergo homo diligens inimicum se quodammodò naturalem Dei filium ostendit.

Specialem ipsorum ex dilectione inimicorum Dei filiationem expono.

68. Chrysost.

Difficile planè præceptum, *Diligite inimicos vestros*, & ideo præmium sublime admodum promittitur. Chrysostomus, *Quia magnū erat præceptum, præclarum præmium subdit, vt sitis filij Patris vestri.* Nos itaque Dominus circa inimicorum dilectionem intendit argueus enthymemate val do concludere. Antecedens sic effor matur: Christus se Dei naturalem Filium manifestat, dum inimi is patens, Patrem æmulatur, qui ignoscens peccatoribus ostentatur Deus. Hoc ex antecedenti concluditur, Ergo homo diligēs inimicum se quodammodò naturalem Filium ostendet. Singula expendo.

CAPVT I.

Pater æternus se Deum manifestat, inimicis dum ignoscit.

69. *Essentiam, & perfectionem Patris imitatur, diligens inimicos.* Luc. 6.

Antecedentis primam propositionem confirmo *Vt sitis filij Patris qui solem suum oriri facit super bonos, & malos super iustos & iniustos.* Dominus de Patre sic locutus: *Ipse benignus est super ingratos, & malos. Estote ergo misericordes.* Præmisseras, *eritis filij Altissimi.* Luc. 6. Vultis cœlesti Patri assimilari? *Estote misericordes*, facientes vestræ dile-

ctionis solem super bonos, & malos: super amicū, & inimicum orin. Licet inimicos non diligant, poteris alius virtutis exercitamento Patrem cœlestem æmulari. *Prima Trias Virgo*, Nazianzenus ait. Igitur puritate Patem i Virgini assimulabor. Certè nisi inimico parcam, haud assimilari Patri cœlesti potero, quia quodammodo tota Patris essentia in inimicorū dilectione consistit. D. Chrysostomus hom. 36. ad Popul. bel[illegible] *Hoc est, id quo Deo possumus adæquari, misereri. Cum hoc non habeamus, toto sumus priuati. Non dixit, si ieiunetis, neque si virginitatem illæsam seruaueritis, sed estote misericordes, hoc Dei opus est; hoc si non habet, quid hab[illegible]* Addit, *sicut Pater cœlestis misericors est.* Quasi sit Deus misericordia. Estote ergo misericordes, vt Dei essentiam quodammodo æmulari valeat.

Ex dilectione inimicorum magis essentia Dei repræsentatur quàm ex aliis virtutibus. Chrysost.

Post omnium creaturarum molitionem Deus hominem condidit vniuersi terrarū orbis Principem. Fatur autem, *Non est bonū, hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.* Gen. 2. Vbi Ambrosius lib. de Par. de cap. 10. premit illam particulam: *Non est bonum, hominem esse solum:* & quærit, cur nam non erat bonum? An hominis Profectō ei videbatur bonum fuisse solitarium existere, si quidem ante feminam condi [illegible] non deliquit. Cur nam [illegible] bonum fuit hominem solum non esse? Certè Deo. Audi [illegible] *Antequam fieret mulier,* (inquit Doctor) *non peccauit Adam; postea vero quàm mulier facta est prior diuinum præuaricata mandatum, etiam virum traxit in errorem. Si ergo viro mulier culpa est mulier; quonammodo pro bono vid tur [illegible]?* An vt Dei [illegible] Deus [illegible] omnibus Auctoris [illegible] hominibus, quibus parce[illegible] exu[illegible] inimicis, quibus ignoscere? *Mulier Deus [illegible] nos saluos facere po[illegible], & quibus inimi[illegible] de[illegible] peccatorum; quàm vnum solum Adam, qui lib[illegible] à culpa.*

70. *Pater ostenditur, ex conditione peccatorum inimicis ad parceret.* Gen. 2. Ambros.

An bonum Dei sit, vt inimicos sit, [illegible]

Quam ergo natum diuinæ essentiæ inimicis ignoscere expè it Ecclesia dum precatur: *Deus, cui proprium (seu essentiale) est, misereri semper, & parcere.* De Filius cruci [illegible]gatus pro inimicis precatur, *Pater ignosce illis.* Patet rogatur vt ignoscat, quia ei propriū parcere inimicis. Porrò Spiritus sanctus, ne videatur iam essentiali proprietate non fulgere pro inimicis exorare non dedignatur. *Spiritus ipse postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Rom. 8. Ad se ipsum dirigit orationem, vt pro exorandus sit, simulet se precari, vt apertius suam munificentissimam manifestet essentiam. *Deus, cui proprium est misereri semper & parcere.*

71. *Dei essentia propriè parcere inimicis semper.*

Rom. 8.

CAPVT II.

Vnigenitus Dei Filius se naturalem Patris Filium ex amore inimicorum ostendit.

Alteram partem antecedētis confirmo, nempè Dei Filium naturalem se probare Filium Patri, dum inimicos diligit. Curabat diabolus indicamentum sumere, ao Christus tot mirabilis documentis, Filius Dei esset Prophetis promissus ad hominum liberationem. Ad ieiunantem, & esurientem accedit profatus: *Dic, vt lapides isti panes fiant.* Cui Saluator, *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei.* Matth. 4. Dum vis agnoscere me hominem, panis esurienti aptè offertur. Ad dū curas scire, verum sim Deus, proiice lapides in panes conuertendos: & verba mea ex ore Dei Filij procedentia percipe. An non audis me patientissimè respōdere inimico, curanti me ad exitium trahere? Hinc me Dei Filium patēter agnosces. Tertullianus de Patien. *Hæc quidem diuina patientia species. Tentatoris inimici congressus*

72. *Christus se Dei Filium exprimit, inimico dum benignè respondens [illegible]* Matth. 4.

Deus solis verbis repulit, qui potuit flagelli diri vulneribus effugare.

73. Diaboli imitatores Pharisæi idem conantur de Christi naturali Dei filiatione sumere experimentum *Magister, volumus à te signum videre.* Quibus respondit, *Generatio mala, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ.* Matth. 12. Quodnam Ionæ signum? Vndis obruitur, piscis ventre velut sepulchro clauditur. Sic ego pro hominibus occisus, veniã in altitudinem maris, & tempestas submerget, in cordéque terræ, seu sepulchro recondat. Proh Deus immortalis! Quid magis à Deitate Filij naturalis, quam mori? Imo quid magis appositum. Pro ingratis morior, pro inimicis cruci suffigor; quodnam apertius diuinæ Filiationis quæritis documentum? Tertull. citat. *Hinc vel maxime, Pharisæi, Dominum Dei Filium agnoscere debuissetis. Patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret.* Miracula quidem Deitatis documenta, sed quæ etiam à fide Diuorum sæpe exercitantur. At miraculum amandi inimicos, & eis benefaciendi, *nemo hominum perpetraret.*

Dum Christus pro inimicis, ò ij sorit mortem, ò sp è c ostendit, se D i Filium. Matth. 12.

Tertull.

74. Cum Iudæi accessissent ad Gethsemani hortũ, vt Iesum illigarent. Petrus *extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens seruum Principis Sacerdotum amputauit auriculam eius.* Cui Dominus, *Conuerte gladium tuum in locum suum. An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?* Matth. 26. Pendo illud: *An putas, quia non possum rogare Patrem meum?* Ionuit Dominus Petrũ putare Christum communem hominem, quem prius Dei Filium fuerat professus: *Tu es Christus Filius Dei viui.* O Petre, qui me aliquando putabas Dei Filium viuentis, non putes me hominem purum, quia inimicos non comminuo. Imò quia, cum possim à Patre milites interfectores petere, inimicis parcere sum paratus: me verè Dei Filium manifesto. *An putas quia non possum?* Certè ostendo, quod possum omnia Dei Filius, dum hostibus ignoscere satago. Paschalius lib 12. in Matth. Ac si diceret Petro: *Quid est, quod tu mihi auxilium præstare festinas, & in gladio tuo humano vincere æstimas?* Diuinus gladius necessarius est. Pater meus Dauid hortatur. *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.* Inimicis parcere, gladius quidem est, quo omnipotentiam manifesto. *Propter mansuetudinem, & iustitiam,* &c.

Dum Iesus prohibet, ne Petrus addat vulnera inimicis, se Dei Filium manifestat. Math. 26.

Pasch. *Gladius diuinus, inimicis parcere.*

CAPVT III.

Ergo inimicos diligens, se Dei Filium ostentat & Filij, & Patris æmulatorem.

75. IAm consequentia probatu liquet antecedenti. Nam si Pater se Deum parcendo inimicis manifestat: si Filius se Vnigenitum Patris ignoscendo inimicis exponit: Ergo qui inimicos diligit, se Dei filium esse declarat. *Diligite (ait) inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri.* Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte, cap. 46. *Itaque non ait facite ista, quia estis filij: sed facite ista, vt sitis filij.* Id est, amate inimicos, vt qui filij iam per gratiam estis, ad altiorem quandam filiationem deferamini.

Non ait, facite ista, quia estis filij, sed vt sitis. August.

76. A ficulnea Christus ficus petiit, *cum non esset tempus ficorum.* Diligere amicũ fructus in tempore: inimicum amare, fructus extra tempus. Quis nam potest fructum extra tempus germinare nisi Deus? Ergo homo, qui inimicum diligit fructus producens extra tempus, Dei filius ostentatur. Origenes hom. 16. in Matth. *Cum amicus tuus tibi benefaciat, si charitas tua eum diligit, reddit fructus ficus in tempore suo. Quod si inimicum diligat, tunc ficus profert fructũ in tempore non suo. Christus vult, suos meliores esse omni natura, à quibus exigit opera Dei, magis quam hominum, secundum illud: Ego dixi, Dij estis.* Christus itaque Dei Filius vult nos in Dei filios conuerti ex fructuum extra tempus productione.

Fructus dilectionis inimicorũ extra tempus producere, est filiorum Dei. Origen.

77. Paulus, *Vt sitis simplices filij Dei in medio nationis prauæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo.* Phil. 2. Inimicos tolerando, filij Dei ostentamini; quemadmodum stellæ exponuntur diuinitate ornatæ, dum iniuriantibus ignoscunt. Augustinus ad Psal. 93. *Quanta de luminaribus fingunt homines, & patienter ferunt! Illa, aiunt, stella Mercurij est, illa Saturni, illa Iouis,* illa veneris, illa Martis. Mercurius latrociniorum pater, Saturnus filios deuorat, Iupiter virginum exitium, Europæ raptor, Venus mater impudicitiæ, Mars homicidij author, *Et patienter ferunt stella. Quid illa cum audiũt, tanta conuitia? Numquid mouentur, aut non exercent cursus suos?* Profectò solem securæ oriuntur *super bonos, & malos: super iustos, & iniustos. Sic homo in natione peruersa sicut luminare est fulgens.* Profectò sideribus sic iniuria affectis simul homines Diuinitatis titulum tribuerunt. Diuinum enim quiddam est affectas iniuria stellas adhuc iniuriatoribus illuminandis exoriri. Haud aliter qui apud nationem peruersam degitis dum ab inimicis afficimini iniuria, si eis parcitis, instar stellarum. Deitate vos conspicuos ostentabimini: *Simplices filij Dei in medio nationis prauæ, inter quos lucetis sicut luminaria.*

Qui diligũt inimicos stellas imitantur Deitate insiti conspicuos, quia iniurias tolerãt, & iniuriatoribus benefaciunt. Phil 2. August.

78. Vis ostendam, te Deum esse dum inimico parcis? *Dimitte,* inquis, *nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Matth. 6. Ergo si parcens inimico, veniam obtineo, ipse mihi videor pepercisse. Ergo quodãmodò factus sum mihi Deus. Quis enim *potest peccata dimittere, nisi solus Deus?* Chrysol. serm. 71. *Homo, penes te est potestas veniæ, tu tibi remissionis author es constitutus.* Pulchrè.

Dum inimico parcis, sibi parcis debitori, velut Deus factus. Matth 6. Chrysol.

79. Repugnat, ais, vt filiatio huiusmodi adstruatur ex inimicorũ dilectione Vnigeniti Filij singularitas. Quonammodò possum esse vnigenitus, si vnigenito repugnat pluralitas filiorum? Certè ideo Christus Vnigenitus Patris & Matris in eum qui inimicos diligit, adeò conuertitur, vt possit dicere quilibet inimicum diligẽs: Viuit in me Christus, imò Christus alter exsurgo. Cum Stephanus lapidibus vulneratus, pro persecutoribus exorabat, *Ecce,* inquit, *video cælos apertos, & Filium hominis stantem à dextris virtutis Dei.* Act. 7. Cur stabat? D Gregor. ad Reg. 1. *Illud stare Christi ad passionem Stephani, compati fuit.* Christus ne in superis compati potest? Certè dum Stephanus inimicos diligit, Christus fit quodammodò patiens Stephanus, vt Stephanus Vnigenitus Dei filius exsurgat.

Quia videtur repugnare Vnigeniti nomẽ: Christus conuertitur in eũ, qui inimicos diligit, vt fit quodamodò Vnigenitus. Act. 7. Gregor.

OBSERVATIO VIII.

Ad illa verba:

Vt sitis filij Patris vestri.

Si iam noster est Pater Deus, quid ex inimicorum dilectione filiationis accipimus?

Profectò qui iam sumus per gratiam Dei filij adoptione, quodammodò ad filiationis naturalis gloriam eleuamur.

80. QVum audio, *Vt sitis filij Patris vestri,* meritò dubito de quanam Christus filiatione loquatur. An adoptiua? Pasch. *Filiorum adoptio sola charitate, seu iustitia acquiritur.* Si ergo discipulis suis sanctis Dominus loquitur, iam adoptiuis ex iustitia, & charitate filiis; ad quam nam filiationem eleuandum promittit eum, qui dilexerit inimicos?

Expono quanam speciali filiatio Dei diligentibus inimicos, iam adoptione filiis, promittatur. Pasch.

micos? Profectò quodammodò ad filiationem Dei naturalem.

82. *Filius iam Patris cælestis per gratiam factus, datur adhuc facultas ad augustiorem filiationem ex amore inimicorum.* Matth. 5. Pasch.

Id probat apertè Christi illa sententia: *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri.* Si iam noster est Pater Deus, filij iam sumus priusquã nobis dilectio inimicorum indicatur. Igitur si iam Deus Pater est noster, & nos filij: quamnam nobis aliã Dei filiationẽ Christus ex dilectione inimicorum promittit? Profectò promisisse videtur nos filios adoptiuos ex iustitia factos conuertendos quodammodò in naturales Dei filios ex inimicorum dilectione. Acutè admodum Paschas. *Quid enim factus Patris potest esse nisi filius? Et tamen Pater iam dicitur (Patris vestri) licet adhuc facultas fiendi filij fidelibus offeratur.* Si fidelibus iam filiis Patris datur facultas adhuc fiendi filij propter inimicorum dilectionem: ad augustissimam quodammodò naturalem Dei filiationem eleuantur.

83. *Dum Christus pro inimicis orat, Centurio, qui nunc reputabat filium Dei adoptiuum, iam Filium naturam profitetur.* Luc. 23. Matth. 27.

E Cruce pendens Christus inclamat. *Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.* Centurio profatur, *Verè hic homo iustus erat.* Luc. 23. At Matthæus, *Verè Filius Dei erat iste.* Cap. 27. Graois Doctor asseruit Centurionem Christũ tunc non solũ vt Dei filium adoptiuum, id est, iustum agnouisse: sed verè Dei Filium naturalem professum esse. Obstare videntur huic expositioni Lucæ verba, Hic homo iustus erat, exponente Matthæo, Filius Dei erat iste, quomodo iusti homines filij Dei sitnt, scilicet adoptione. Porrò verbum *Erat* meæ fauet excogitationi. Ac si diceret Centurio. Dum videbã Christi facinora, dum virtutes contemplabar, nimirum, puritatem, modestiam aspiciebam: filius Dei, id est homo iustus adoptione quidem filius Dei *erat* mihi *iste*. At nunc cum eum audio pro inimicis erotare, nõ mihi solũ homo iustus ex adoptione Dei Filius, sed naturalis Dei Filius est.

84. *Ioseph ex filio adoptiuo, velut naturalis ex amore inimicorũ, fieri studet.* Gen. 45. Chrysost.

Iacobo mortuo fratres Iosepho profantur ex internuncij ore: *Pater tuus præcepit nobis, antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obsecro, vt obliuiscaris scelera fratrum tuorum.* Respondet Prorex, *Nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati?* Gen. 45. Chrysost. *Ne timeatis, Dei enim sum ego (filius scilicet) & per beneficia respondere studeo iis, qui mala irreparabilia contra me fecerunt.* Preme illud: *Dei sum filius, & per beneficia respondere studeo,* &c. Ac si diceret. Iam sum Dei filius adoptiuus ex charitate, aut iustitia: & studeo adhuc augustiori filiationi acquirendæ ex dilectione eorum, *qui mala irreparabilia contra me fecerunt.*

85. *Christus agens peccatoris personam, Deũ Patrem appellat æqualis, post dilectionem inimicorum.* Matth. 27.

Christus in Cruce personam gerebat peccatoris. Clamitat, *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Rursum autem, *Pater, ignosce illis.* Matth. 27. Dum contemplatur se Dominus peccatoris personam gerentem, se à Patre derelictum asserit, nec audet Patrem appellare, sed Deum: *Deus meus.* Postmodum Patrem appellauit: *Pater ignosce.* Cur non dixit, *Deus meus, ignosce illis,* sed *Pater?* Quia qui se velut filium adoptiuum gerebat, dum pro inimicis precatur adoptiui in morem, iam Filius naturalis effectus pleno ore pronunciat. *Pater;* & non precatur, sed iodicit æquali: *Ignosce illis.*

86. *Dũ Stephanus pro inimicis orat Iesus Dei Filius Vnigenitus quasi æquali assurgit.* Act. 7.

Stephanus proclamat ab inimicis vulneribus & calumniis actus, *Ne statuas illis* Domine, *hoc peccatum.* Dominus tunc stabat à dexteris virtutis Dei, *Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem.* Act. 7. Cur Dominus stans obiicitur? Vt respondeam, memoro Ioannem procidere studentem in Angeli conspectu, & Angelum profantem: *Vide, ne feceris, conserui enim sumus.* Cur non finit Angelus Ioannem procidere? Stat Angelus, stet Ioãnes. Idem habitus deceat æquales. Itaque stat Christus, ne videatur Stephani admittere adorationem. *Positis genibus clamauit voce magna dicens: Domine Iesv, ne statuas illis hoc peccatum.* Dominum me ô Leuita appellas? In conspectu meo procidere festinas adoraturus? Vide ne feceris, non sedeo, sed stãs expecto, confratres enim sumus, Domini vtique æquales quodammodũ, quia ex inimicorum dilectione è filio adoptiuo ad naturalis Filij gloriam eleuatus exponeris. Chrysost. *Christus Dixit, Pater, ignosce; & Stephanus dicit, Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Confratres sunt, surgat, ne procidat, ne adoret, ne Dominum, sed fratrem appellet. Chrysost.

87. *Sumus Dei filij adoptiui ex iustitia & ex amore inimicorum quodammodo erimus Vnigeniti.* 1. Ioan. 3. Chrysost.

Opportunè Ioannes, *Filij Dei sumus, & nondum apparet, quid erimus.* 1. Ioan. 3. *Quid erimus?* Si sumus Dei filij, quid amplius valemus expectare? Profectò qui filij sumus adoptiui ex iustitia possumus dilectioni inimicorum studentes, ad augustiorem filiationem, scilicet naturalem quodãmodò eleuari. Pulchrè Chrysost. hic serm. 7. *Tu, si te iam filium Dei credis, viriliter age, vt hæreditatem adhuc de virtute patientia consequaris. Audi Apostolum. Filij Dei sumus, & nondum apparet, quid erimus.* Sumus filij adoptiui ex iustitia, erimus hæredes naturales quodammodò ex dilectione inimicorum.

88. *Datur iustis ex dilectione inimicorum potestas, vt Vnigeniti fiant.* Ioan. 1. Anselm.

Iam difficile Ioannis testimoniũ intelligo. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credũt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri: Sed ex Deo nati sunt.* Cap. 1. Anselmus, *Ex Deo nati sunt filij operante ipso per baptismum.* Iam difficultas exoritur, si sunt credentes filij Dei per Baptismum, quonammodò his iam filiis dedit Deus potestatem filios Dei fieri? Profectò possunt quodammodò ex filiatione adoptiua ad Vnigeniti filiationem eleuari. Anselm. acutè. *Dedit adoptiuis potestatem, vt sint fratres Christi Vnigeniti, & cohæredes, quodammodò sicut & ipse est Filius Vnigenitus per naturam; vt iam non sit solus.* Huiusmodi autem potestas datur eis, qui inimicos diligunt.

89. *Expono quidnã verè speciale promittatur filiis adoptiuis ex verbis illius vi: Vt sitis filij Patris vestri.*

Iam verò operæpretium est exaggerationis huiusce argumento granum salis immittere. Certum enim, hominem non posse ex adoptiua filiatione ad naturalem eximius inimicorum dilector transire. Quid ergo datur diligẽti inimicos illa ex particula: *Vt sitis filij Patris vestri,* quod iam ex adoptiua ob iustitiam filiatione non haberet? Porrò licet non possimus filij naturales veraciter reddi, saltẽ naturales, ac physicæ Christi Vnigeniti imagines efficimur. Eques puerum quendam in filiũ, & hæredem adoptat. Hæc vulgaris adoptio. At si posset ille in puero adoptato suasmet actiones imprimere, formam, vocem, staturam, virtutes: huiusmodi adoptatus puer non solum adoptiuus esset filius, sed quędã naturalis, & physica imago Equitis appareret. Igitur huiusmodi filiatio amantibus inimicos exhibetur. Sunt filij adoptiui vulgariter, fiunt adoptione augustissima naturalis, ac physica Vnigeniti imago Christi Dei Filij referẽtes actiones, mansuetudinẽ, benignitatem, verba, &c. Accepi huiusmodi expositionem à sapientissimo P. Antonio Perez, quem à nostra Prouincia Castellana Italia dedit Romæ eximium Theologiæ Magistrum. Ad hanc mentem Augustinũ allicio. Tract. de rat. conuersat. tom. 9. *Vos ad adoptionem inimicorum specialem admoneo.* Id est, ad adoptionem illã specialissimam, augustissimam, quæ ex amore inimicorum acquiritur. *Licet magnus labor sit, inimicos diligere; sed magnum erit præmium. Qui dilexerit inimicos, hic erit Dei amicus; non solum amicus, sed filius.* Quænam ista filiatio quæ addit super amicitiam, id est, super filiationem, quæ ex amicitia seu iustitia acquiritur. Porrò specialissimè adoptio, quæ hominem reddat Filij Vnigeniti naturale, & physicum simulachrum. August.

Per dilectionem inimicorum filius adoptiuus fit imago naturalis, & physica Iesu Vnigeniti.

OBSERVAT. IX.

Ad illa verba:

Vt sitis filij Patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos.

Cœlestis Pater benignissimus fouet iustos, parcit peccatoribus, eisque cuncta largitur.

Igitur qui inimicos odio prosequitur, omninò à Dei cognatione excluditur.

88. CHristicolæ gloria ineffabilis ad Dei prosapiam posse pertinere, ex inimicorum dilectione. Ab Ione summo inimicorum matores. Cur non promittetur omnibus Christianis huiusmodi filiatio, & propinquitas? Quia licet Christiano nomine decoreris, ad diuinam non pertinebis illam specialissimam cognationem, si inimicos odio prosequaris. Nam crudelis in proximum à diuina genealogia excluditur.

89. Recensens Lucas Christi progeniem, inquit: *Qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Cap. 3. Cur non deduxit à Caino Adæ primo genito? Respondet pulchrè Ambros. lib. 3. in Luc. *Siletur sane parricida fratris. Neque enim rationabile erat, vt is, qui peremisserat fratrem inter homini nominaretur auctores.* Magister odij in inimicos fouendi quomodò non a diuina genealogia esset excludendus? O miserum, qui non solum Dei parens ob crudelitatem non appellaris, sed & satanæ filius meritò diceris. Ammonius, *Patrem Iudæorum vocat Cainum, qui post satanã cuius meritò filius nominetur primus homini odij, cadisque author extitit. Quibus nõ absimiles Iudæi, & quisquis ipsos imitatur.*

Cain Magister odiorum fratres excluditur à diuina cognatione. Luc. 3. Ambrof.

Quomodo Dei pater, qui diaboli erat filius? Ammon.

90. O iam senuit Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat, vocauitque Esau filium suum maiorem. Gen. 27. Cur illum maiorem filium paternitatis diuinæ IESV benedictione donare. At Rebeccæ astu Iacob minor abripit benedictionis bonorem inter parentes Domini computandus, *Isaac autem genuit Iacob.* Matth. 1. Cur non dixit, *Genuit Esau* primogenitum? Certè quia fratrem velut inimicum odio fuit prosecutus. Vnde sic Numine disponente, Isaac cæcus deceptus est, vt repelleretur à diuina prosapia crudelis inimici contemptor: & mansuetissimus hostis amator eligeretur. Hieronymus epist. 125. *Non mirum est, Isaac in suam maximè vtilitatem nescisse, quid faceret: cum maximè eo tempore erraris quo filium, qui postea fratrem, si potuisset, occideret, prætermisso illo, qui innocenter habitaret domi, vellet offerre, & suam magis facere voluntatem, quã Dei. Ego puto, diuina dispensatione fuisse, vt oculis cacaretur; & cum ipse diceret, Vox Iacob est, manus autem manus Esau: tamen non intelligeret, minorem eò filium, qui ad benedictionem fratris præreptor adsisteret.* Eligitur igitur Iacob Domini in patrem, & Esaũ inimicum odio prosequens fit diaboli filius. Hipolytus Matt. apud Hieronym. citat. *Quia igitur iniquitas est inimica iustitia, Esau in discordiam concitatur, & necem fraudulenter excogitat in corde suo. Diabolus fratricidas Iudæos in Cain ante præmeditans, in Esau manifestissimè filium confitetur.*

Excluditur à genealogia Iesu serie Esau odio prosequens fratrem. Gen. 27. Matth. 1.

Hieron.

Quomodo esset, Dei pater diaboli filius?

Hypol.

In Christi genealogia aliqoando vidimus ex Ruperto tres Reges fuisse suppressos, & eorum deleta nomina, quia alter alterum crudelitatis suæ constituit hæredem. *Ioram autem genuit Oziam.* Mat. 1. Hieron. apud D. Th. io Cat. *Cernis ergo, quod secundum fidem Historiæ tres Reges in medio fuerunt, quos Euangelista prætermisit. Ioram quoque non genuit Oziam, sed Ochoziam, & reliquos, quos numerauimus, quia Ioram generi se miscuerat impiissimæ Iezabelis: idcirco vsque ad tertiam generationem eius memoria tollitur, ne in sancta natiuitatis ordine poneretur.* Si qui se inimicum Iezabelis imitatis, & odio prosequentis inimicos sanguini à progenie diuina excluditur: quid qui fratrem odio prosequitur? Hilarius Cant. 1. *Purgata ergo labe familia gentilis, tribus (generationibus) quæ præteriit eam regalis, in quarto generationum consequentium origo numeratur.* 91.

Tres Reges excluduntur à genealogia Saluatoris quia crudelissimæ Iezabelis sanguini fuere immixti. Matth. 1. Hieron.

Hilar.

Animaduertisti ne Matthæũ recensentem IESV proauos Dauidem Abrahamo præposuisse? *Liber generationis Iesu Christi Filij Dauid Filij Abraham.* Cap. 1. Quare precor nisi vt qui venerat amorem inimicorum adstruere vt filios Dei procrearet ex omni mansuetudine prodiret. *Memento Domine, Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Psal. 131. Mansuetudine Abraham donatus, sed voluit primum parentem nominare licet iuniorem eum qui omnem mansuetudinem colligaret. Goliam, ais, interfecit? 1. Reg. 17. Ambrosius, *Cum lapide Golias percutitur, Christi virtute prosternitur.* Vriæ homicidio fœdatus? Idem Doctor Apol. de Dau. cap. 7. *Non audeo dicere, quod vlli criminis fuerit oppressus. Neque enim oppressus est, qui sciuit quemadmodum à ruina illa peccati se posset leuare. Neque enim cruenta fecit affectu, nihil minus sancto Propheta adscribi potuit.* Certè vt virum occiderit, non impulsus Rex crudelitatis liuore, sed nimio pudoris ardore: & dum vitandæ inferoiit verecundiæ, vix homicidij inmanitati accedit. Præpositur ergo Dauid iunior Abrahamo seniori, vt ex *omnis mansuetudinis* viro ille profluceret, qui diligendi inimicos deferebat affectum præscribendum Christicolis. 92.

Præponitur seniori Abrahamo iunior Dauid, vt ex omni mansuetudine eius Christus nasceretur diligendi inimicos prolaturus sententiam. Matth. 1. Psal. 131. 1 Reg. 17. Ambros.

Non curo his huiusmodi diuina propinquitate ornari, sufficit mihi non odio prosequi inimicum, nec diligam, nec benefaciã, nec orabo. Quod debeo facere præcisè faciam Ioannes vidit equum nigrũ. cuius eques stateram ostentabat proclamãs: *Bilibris tritici denario.* Deo librabo iustitiam, quod soluam, non vltra momentum adiiciam. Porrò & *infernus sequebatur eum.* Apoc. 6. Deus tibi in statera sua arcta apponet sufficiens precisè auxilium, quo tamẽ non bene operaberis, & miserè peribis. O quam periculosum est Christicolæ, non studere vt potestas illa specialissimã filiationẽ consequendi, detur executioni, ex dilectione inimicorum. 93.

Qui dat Deo iustitiam in arcta mensura, in arcta mensura, accipiet auxilium.

SECTIO SECVNDA.

Iustitia in occulto.

TEXTVS.

CAP. 6. VERS. 1. ATtendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est. 2. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. 3. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra

sinistra tua, quid faciat dextera tua. 4. Vt sit eleemosyna tua in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De inani gloria cauenda.

1. *De iustitia in communi, non de eleemosyna.*

ATTENDITE, *ne iustitiam vestram*, &c.] Inanem gloriam vitandam Dominus edocet, ne virtutum thesaurus diripitur, exponatur. Græci Codices, *Ne eleemosynam vestram faciatis.* At noster legit Interpres, δικαιοσύνην, non ἐλεημοσύνην, hoc est, *iustitiam* non *eleemosynam*. *Ne iustitiam faciatis*, id est, opera iusta, *coram hominibus*. In omnibus iustitiæ operibus inanis est gloria cauenda, non solum in operibus misericordiæ.

2. *Num aduersentur verba hæc aliis eiusdem capitis?*

An aduersantur verba hæc superioribus illis: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona*, Vult ne Dominus opera nostra videri ab hominibus, & non videri? Certè huiusmodi pugnam soluunt ipsa Christi verba. *Sic luceat lux vestra coram hominibus*, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum. Hoc proposito fine, etsi illustria facta videantur, nulla subest inanis gloriæ suspicio. In præsenti autem addidit, *Ne iustitiam faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis*, id est, vt vos glorificent, non Patrem cœlestem. Auctor Imperf. hom. 13. *Sicut lampas accensa abscondi non potest, sic nec opus iustitiæ potest celari. Ergo non eleemosyna est ingrata ante Deum, quia hominibus visa fuerit: sed quia ideo facta fuerit, vt ab hominibus videatur.* Et Chrysol. serm. 9. *Vbi est illud: sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum? Quomodo vult iustitiam celari, cuius opera vult sic elucere? Hac præceptio vult iactantiam tollere, submouere inanem gloriam.*

Imperf. — *Chrysol.*

3. *De mercede amittenda.*

Alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum.] Pro inani exigui temporis gloriola sempiternæ gloriæ iacturam facietis. Chrysostomus hom. 19. in Matth. *Multam præceptum hoc continet cautionem, & ineffabilem Dei erga homines curam: id vtique prouidentis, ne alicuius operis mercedem amittant.*

§. II.

De eleemosynæ cautione.

4. *Descendit in particulari ad eleemosynam.*

CVm ergo facis eleemosynam, noli tuba canere.] Qui prohibuit inani gloriæ in omnibus virtutis operibus studere, ad peculiaria nunc descendit, nempe eleemosynam, ieiunium, orationem. In primis ab eleemosyna ostentationem pellere curat. Tubis olim vtebantur Iudæi ad conuocandam plebem, quemadmodum nos cymbalis vtimur. *Fac tibi duas tubas argenteas, quibus conuocare possis multitudinem.* Num. 10. Euthymius, *Nonnulli opinati sunt, hypocritas, ad eleemosynam præbendam tuba pauperes conuocasse.* Hærent Lyranus, Caietanus, Abulensis, Iansenius, & alij.

Quid, tuba, canere? — Num. 10. — Euthym. — Lyra. & alij.

5. *Tropo vititur Dominus.* — *Chrysost.*

Arbitror eum Chrysostomo tropum esse. Noli tuba canere ante te, id est, ne eleemosynam atrugamet ostentes. *Non quia hypocritæ* (ait Doctor) *eleemosynam ad signum erogant tubarum: sed maximam in eis volens notare ostentationis insaniam, translatione verborum vitij redundantiam publicauit.* Theophylactus, *Non tubas habebant hypocritæ, sed animum eorum deridet.* Augustinus, *Noli tuba canere, id est, noli sic velle innotescere, sicut hypocritæ.* Euthymius, & alij subscribunt.

Theoph. — *August.* — *Euthym.*

6. *De Hypocritis.* — *August.*

Sicut hypocritæ faciunt.] Augustinus, *Sunt hypocritæ simulatores, tanquam pronunciatores personarum alienarum, sicut in theatris fabulis. Non enim qui agit partes Agamemnonis in tragœdia, siue alterius alicuius, verè ipse est; sed simulat eum, & hypocrita dicitur. Sic in Ecclesia, & in omni vita humana, qui quis se vult videri, quod non est, hypocrita est.* Græce quidem ὑποκριτής, seu *Histrio*. Huiusmodi homines tuba canebant ante se, cum eleemosynam in Synagogis, & vicis in conspectu hominum pauperibus erogabant, seu vt viderentur ab hominibus, largiebantur.

Græcè quid?

7. *Quam receperunt hypocritæ mercedem?* — *Hieron.*

Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.] Id est, inanem, quam ambiunt, gloriam pro mercede recipiunt. Hieronymus, *Non Dei mercedem receperunt hypocritæ, sed suam. Laudati enim sunt ab hominibus: quorum causa exercuere virtutes.*

8. *Hyperbolica locutio an sit?* — *Chrysost.* — *Theoph.* — *Euthym.*

Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.] Hyperbolicam esse locutionem putant Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius. *Si possibile est,* (inquit Chrysostomus) *teipsum quoque ignorare quod facis; sit tibi hoc prorsus in studio.* Augustinus de serm. Dom. cap. 5. dexteram putat significari intentionem implendi præcepta diuina; sinistram laudis delectationem, hoc sensu: *Non se misceat conscientiæ tuæ laudis humanæ appetitio.* Et serm. 60. de Temp. *In dextera intelligitur amor Dei, in sinistra cupiditas mundi. Si pro laude humana dederis eleemosynam, totum sinistra facit: si pro remissione peccatorum, & amore vitæ æternæ: totam dextera facit.* Mystica hæc.

Mystica expositio. — *August.*

9. *Auctoris interpretatio.* — *Imperf.*

Sic facilè expendo. *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera*, id est, sola dextera manu eleemosynam largire, non sinistra. Is autem sola dextera manu operatur, qui rectè propter Deum operatur; is autem sinistra, qui propter homines, ad aucupandam popularem gloriolam gerit opus. An non licet coram hominibus eleemosynam largiri? Haud quærenda deserta loca, sed deserta voluntas ab omni inanis gloriæ, quam oculi hominum patiunt, cupiditate requirenda est. Auctor Imperf. asserit, coram hominibus non facere opus, qui non gerit vt ab hominibus videatur. *Qui non ideo facit, vt ab hominibus videatur, etsi coram hominibus fecerit: tamen non videtur coram hominibus fecisse.*

10. *Deus videt in abscondito redditurus.* — *Chrysost.*

Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.] Illius, qui inanem fugit auram, bonum opus etiam in abscondito loco factum Deus videt, mercedemque amplissimam reddit. Chrysost. hom. 19. in Matth. *Quid desideras? Nonne habere aliquos tuorum operum spectatores? Ecce igitur habes non Angelos, atque Archangelos tantum: sed etiam horum omnium Deum. Quod si habere etiam homines spectatores concupiscis, nec hac quidem mercede priuaberis; sed cum opportunum tamen tempus aduenerit. Quando certè cum maximo cumulo hoc tibi præstabitur, quod requiris. Si modo spectari velis, decem aut viginti hominibus ostentare te poteris; si verò latere nunc curaueris, tunc* (in die iudicij) *ipse te prædicabit Deus, toto prorsus orbe præsente.* Græci Codices addunt, *Reddet tibi in aperto*, vt respondeat particulæ. *In abscondito.*

Qui tuba canunt antè se gerentes opus iustitiæ, vt videantur suam, mercedem, id est, ruinam recipiunt.

Quid enim ex gloria inani potest expectari, nisi ruina?

19. Anselm. QVænam illa merces, quam recipiũt inanis gloriæ studiosi? Anselm. *Merces sua laus humana, quam acceperunt.* At Augustinus, *A Deo accipiunt fallacia supplicium.* Si supplicium est, quomodo gloria vana est? Certè, quia inanis gloria ruina hominis est, & conturbatio. Vnde accipiens mercedem illam, grauissimo afficitur supplicio.

20. *Confunduntur, qui gloria humana nituntur arundine.* Psalm. 73. Ruinam quærentis inanem gloriã in rectis operibus Vates expressit. *Leua manus tuas in superbias eorum in finem, quoniã malignatus est inimicus in sancto. Et gloriati sunt, qui oderunt te, in medio solẽnitatis tuæ. Posuerunt signa sua, signa.* Psalm. 73. Ex festorum cultu, ex operibus sanctis eleemosynæ, ieiunij, sacrificij, homines inanem gloriam quæsierunt; & agnata inani gloriæ ruina fuere conturbati. Laurent. Iustin. Prooem lib. de Regim. Prælat. *Erubescat ergo humana superbia, quæ in hoc sæculo gloriã concupiscit. Confundantur igitur vniuersi, qui transitoria laudis delectatione cæcati, ponunt signa sua: nomenque suum vndique disseminare peroptant.* Laurent. Iustin.

21. *Dissipantur ossa eorum, qui hominibus placere curant.* Psalm. 52. Iustin. Alibi Dauid, *Dominus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Dominus spreuit eos.* Psalm. 52. Si dissipantur ossa, nil roboris relinquitur, quod perdurare possit, quia omnis reliqua caro fœnum. Curat inanis gloriæ studiosus apud homines æternari, & Deus eius dat operam confusioni. An hominis studium vincet Dei operationem? Iustin. *Meritò confusi sunt, & Deus spreuit eos, qui gloriam, quæ soli Deo debetur, sibi arrogantes, de se mundo idola fabricare conantur.*

22. *Cadit qui vento pascitur.* Sap. 7. Salomonem testor prosanté. *Et ego natus accepi communem aerem, & in similiter factam decidi terram.* Sap. 7. Quid homini coniunctius casu? Sed quid mirum cadat, qui natus ad soliditatem virtutum, inanis gloriæ vento pascitur? *Accepit communem aerem, & decidit.* Agnatus enim inani gloriæ casus.

23. *Qui pascitur vento vanitatis, æstu absumitur velut fœnũ, multiplicat vastitatem.* Ose. 12. Ruffin. Confirmat mysticam meam expositionem Oseas, *Ephraim pascit ventum, sequitur æstum: tota die mendacium, & vastitatem multiplicat.* Cap. 12. Si ventum pascit vanitatis, quid mirum multiplicet vastitaté. Ruffin. premit particulam, *Sequitur æstum*, asserens vanitatis cultores gloriolæ inanis germen requirẽtes, æstũ sequi, quia huiusmodi gloriæ agnata macies. Additur, *Et vastitatem multiplicat.* Quia gloriæ studentes humanæ Deus supplicio graui afficit, vt mercedem recipiant. *Samaritæ ventu pasti, secuti sunt æstum, id est, vanitates, & perniciem.*

24. *Inanis gloria cupidus mittitur deorsum.* Ioan. 12. Gaudent. Dominum audite, *Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eiicietur foras.* Ioan. 12. Quinam huius mundi Princeps nisi vanitas, & gloriæ inanis spiritus, aut ventus iuxta Paulum, *Principem aeris huius, potestatem, seu spiritum*, exponentem? Ephes. 2. Igitur inanis gloria, seu vanitas *eiicietur foras.* D. Gaudentius, *Mittetur deorsum.* Vanæ enim gloriæ casus, ac præcipitium agnatum est semper.

Observatio III.

Ad illa verba:

Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.

Ad bonorum operum expressionem adeò debes abscondita inire, vt vel te ipsum tuæ fugiat dexteræ operatio.

Qui enim rectè agens absconditur, se ipsum fugiens aspectatorem, augustius illustratur.

25. *Humilitatis exaltationẽ illustro.* Chrysost. Interl. Strab. AIt D. Chrysostom. *Cum facis eleemosynam, aut* quid simile opus bonum, sic abscõdi stude ab hominum oculis, *vt si possibile est, te ipsum ignores* operantem. *Ne* (addit Interlinealis Glossa te) misceat laudis appetitus. Strabus, *Quod facit dextera, nesciat sinistra, id est, quod facit virtus, nesciat elatio.* Rectè itaque operanti tam accuratus ab hominum oculis recessus indicitur, ad vanitatem vitandam: vt si fieri possit se ipsum operator ignoret. Qui enim ostentationẽ fugit, abscõdita petẽs, augustius illustratur.

26. *Si te operantem rectè, ab videas, videberis illustrior, & fugeris ab omnibus.* Chrysost. *Nesciat ergo sinistra tua, quod faciat dextera*, id est, te noli videre operantem, à te ipso studioso, laudis inanis abscondere opera recta procura. Chrysost. hom. 13. ex variis in Matth. Interdiu potest ne fieri, vt non videatur homo faciens eleemosynã? Quomodo ergo potest esse *eleemosyna in abscondito? Tu te noli videre, & non te videt alius.* Quia si homo à se ipso vanitatis studioso abscondit iustitiæ opera, licet homines videant opera bona, glorificant in illo Patrem, qui in cœlis est, & interea operans, qui se ipsum non videt liber est à vanitatis suspicione, & visus ab omnibus commendatur.

27. *Dum in te recta opera non vides, omnibus videnda, & laudanda obijcis.* Iob 31. Olympiod. Gregor. Hinc Iob, *Si vidi solem, cum fulgeret, & Lunã incedẽtem clarè.* C. 31. Vbi Olymp. in Sole & Luna Iobi iusta opera contẽplatur. Quomodo ergo qui opera illustria gerebat, illa poterat non videre? Quia abscondebat à sinistra vanitati studente, quod dextera Patri placendi studiosa operabatur, D. Greg. lib. 21. Mor. Cap. 5. *Qui verè electi sunt, ab eo, in quo sibi placent mentis oculos diuertunt; & pene soli bona sua non vident, quæ in se videnda omnibus ad exemplum præbent.* Dum omnibus aspectanda præbent augustè admodum illustrantur, se ipsos exemplum bonorum operum exponentes.

28. *Pauonis in morem, non aspicis quod in te gloriosum est, sed quod defectiuum: quod est gloriosum augustius ostentas.* Petr. Dam. Profectò dum tua recta opera non aspectas, & quasi ignoras, quid gesseris rectum, solũmodũ que defectus tuos attendis: te omnibus aspicientibus ex virtutis operatione mirabilem ostentas. Vidisti pauonem pedũ stoliditatem videntẽ, caudæ gloriã simul ostentantem. Dum se aspicit fœdũ se omnibus exponit gloriosum. Pulchrè P. Damian. lib. 2. epist. *Imitare in Pauone naturalis diuersitatis exemplũ. Qui nimirum ignobiles pedes præ oculis semper habet, insignẽ autẽ caudæ pulchritudinẽ post se spectabilẽ præbet. Videt in pedibus rusticum aliquid, quod despiciat: ignorat in cauda, quod eum mirabilem reddit. In promptu est, vnde se debeat in humilitate deprimere; post tergũ gerit, vndè valeat quasi præ cæteris auibus superbire. Te quoque, quod in te virtutis est, lateat: si quid verò vitiosum, & correctionis est dignum, ab aspectu tui iudicio non recedat.* An non dum te in humilitate deprimis, post tergũ exponit dextera tua quod te reddit mirabilẽ?

29. *Cũ quis abscondi studet rectè operãs, super Deum aspiciendus gigas eleuatur.* Isa. 50. Gillib. Adhæc Isaias, *Qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei: speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suũ.* Cap. 50. Adeò ad tenebras se recepit operaturus, vt nec ipsi lumen esset ad aspectandum se ipsum. Ideo cum abscõdi studebat super Deũ ipsum innititur, vt eleuatione mirabilis exponatur. Gillib. Abbas serm. 2. in Cant. *Ambulant in tenebris, & non est eis lumen, vt videant se, sed humanæ laudis tunc est eis lumen; quia innituntur super Dominum suum.* Vnde dum se ipsos non vident, hominibus mirabiles ostentantur. *Innituntur super Dominum suum ij, quorum absconditus est vultus eorum.*

30. *Cum Iesus curat abscõdi, & non videri, supra pinnaculũ, omnibus aspectandus obijcitur.* Mat. 4. Christus vt ieiuniis opus institueret, sic abscõdi curauit, vt apud deserta constitutus videretur à nemine: imò à seipso aspectari quodammodo prohibebat, dũ permittit se à diabolo tentari, quod puri hominis est, nõ Vnigeniti Patris cœlestis. Cum itaque tentatur, tunc quasi se non videt? Ita ne? Tunc omnibus vidẽdus exponitur, & glorificandus. *Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam Ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum Templi, & dixit ei, Si Filius Dei*

Dei et & M h 4. Cùr qui apud desertum abscōdebatur & se ipsum ieiunantem quodāmodo non aspici t ad at tumultum aduocatur, & in pinnacul eleuat o constituitur? Profectò quia dum iastus te ts opera facturus ad absondita properat, & se ipsum non videre procurat: ab omnibus videndus, & celebrandus exponitur. Pulchrè Auctor Imperfecti hom. 5. *Diabolus sic enim assumebat, vt ab omnibus videretur, dum ipso sic agebat, vt à nemine videretur.*

Imperf.

Prodigus ad patrem, *Pater, peccaui in cœlum, & coram te.* Luc. 15 August. asserit Confessionis sacramentalis hic exprimi secretum. At Ambros. *Hac*

31. *apud Deū confessio.* Non ore exprimitur, sed in cordis cubiculo geritur. *In cubiculis vestris compungimini.* Tunc Pater, *Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & adducite vitulum saginatum* Resonat symphonia, plausu filius excipitur. Quorsum hæc? Profectò dum pœnitentia geritur abscondito ita vt ipse pœnitens sibi videatur indignus vocari filius, hoc est, non videat se verè pœnitentem: (nam qui verè recedit a crimine dignus est Dei filius appellari) ab omnibus videtur, & mirificè celebratur. Id planè exprimit illa particula: *Et date annulū in manu eius.* Liceat pastoris fabulâ parabolam Pastoris seu agricolæ illustrare. Celebris est apud prophanos annulus ille, quē pastor Gyges inuenit. Cum Gyge annulū haberet in digito, & lapidem eius verteret ad extra omnibus erat conspicuus Verùm si ad intra cōuerteretur annuli lapis, totus fiebat inuisibilis annuli inuentor. Annulum, ô prodigens peccator inuenisti, pretiosum pœnitentiæ lapidē c itas abscondere, Non sum dignus vocari filius tuus, soli Patrī Deo curas tuā expo ic contritionem: Tunc autē Deus te om ibus efficit spectabilē, resonāt symphonia, mactato vitulo, plaudente familia: *Date annulum in manu eius.*

Prodigus tūc cœcū aiur, cum studet pœnitentiam in occulto gerit.
Luc 15.

A si hube ... in ... ium se abscondit ... operatum, omnibus expenoru laudabilis.

OBSERVAT. IV.
Ad illa verba:

Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

Solus cœlestis Pater homini reddit præmium obsequij.

Ostendo, eum à gloria cadere, qui gloriam propriam ab hominibus quærit: illum autem, qui Dei requirit gloriam, à Deo reddente glorificari.

CHrysost. *Pater tuus qui opus tuum videt in abscōdito*, (id est, non hominum obsequio litari,
32. sed Dei solius gloriæ) *reddet tibi* præmium. *Manifestat enim in hoc sæculo Deus bonum opus, & in altero glorificat.* Expetisne glorificari? Opera tua expone non ad acquisitionem propriæ gloriæ, sed Dei. Nam si te ipsum quæris glorificare, cades à gloria. Si autem solius Dei gloriam requisieris, Deus reddet tibi glorificationem.

Chrysost.

Clamabat Zachariæ vicini, & cognati, Quis putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum
33. illo. Luc 1. Erit profectò magnus corā Domino, & coram hominibus qui opera cuncta geret ad solius Dei gloriam. Quæritant à Ioāne, *Tu quis es? Et confessus est, & non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus Porro ... est Christus, cuius non sum dignus corrigiam calceamentorum soluere. Ego vox clamātis in deserto: Parate viam Domini.* Profectò Dominus reddidit ei. *Quid exiistis in desertū videre? Plusquam Prophetam, ipse enim est,* &c. *Ego mitto Angelum meum.* Manus Ioannis erat sub illo, dum se indignū exponit, vt solueret calceamēta? *Manus Domini erat in illo*, vt ei mirificè redderet gloriam, quam ab ipso

Ioannes studet Iesū glorificari: & Iesus reddit ei glorificationem.
Luc. 1.

acceperat. Guerric. Abbas serm. 3. de Ioan. *Persuasum sibi habebat Ioannes illud fidele sapientis consiliū: Qui gloriatur in Domino glorietur. Non enim qui se ipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Maluit itaque in Domino sanè, quam in se vanè gloriari; quia & maluit veraciter a Domino commendari. Ideo probatus est Deo, & hominibus, & gloria eius veritas apud homines, felicitas apud Deum est. Qui si se ipsum glorificasset, gloria sua nihil esset.* Guerric.

An Dei populus vllum triumphum augustius 34.
celebrauit, quam fundæ Dauidis victoriam? An nō occisio vnica pro decē millibus ab hominibus cōputatur. *Saul percussit mille, Dauid decem millia.* Vndenam tam illustris gloria. Crediderim quia Dauid facinus illud ad solius Dei gloriam gesserit. Dū aggrederetur Philisthæum proclamauit. Ego venio ad te in nomine Domini exercituum. Et dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te. *Vt sciat omnis terra:* Quid dicit? An Dauidem esse robore præditū militari. Absit, *Vt sciat omnis terra, quia est Deus in Israel.* 1. Reg. 17. Dum propriæ gloriæ oblitus, soli Dei gloriæ acquirendæ studet: Deus illi reddidit gloriam. Theodor. q 40. *Lapide perimit alienigenā, quandoquidem hymnis, & laudibus celebrat illum lapidem, qui ex ipso fuit excisus secundum carnem. Lapidē enim, inquit, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Dum gloriam tribuit Domino angulari lapidi, quo Philisthæum percussit: Lapis ipse ei reddidit victoriæ gloriam. *Saul percussit mille, & Dauid decem millia.*

Dauid facinoris egregij gloriam dat Christo, & Deus illi reddit ineffabiliter ex triūpho illo gloriā multiplicatam.
1. Reg. .
Theodor.

Paulus cœlestem vitā gerens, operaque illustria 35.
exponens studet Christum solummodo glorificari. *Viuo ego iam non ego: viuit in me Christus.* Gal. 2. Si aliquid fulgoris opera mea spargunt: non mihi laus & gloria referatur, sed Christo in me viuenti. Porrò Christus reddidit Paulo gloriā asserens orbi, vitā Pauli tam cœlestem ostendi, vt digna Domino videatur Bernard. Epist. 23. *Laudatur homo, in quo iam viuit non ipse, sed Christus, non in sua laudatur, sed in Christi vita.* Quia si propriæ vitæ actiones exponeret Paulus ex se glorificandus, dignus vituperio exponeretur. At qui sibi Iesu studet gloriam afferri, ac tribui: Pauli vita eis laudibus effertur, quæ deceant Filij Dei vitam: *Viuit in me Christus.*

Paulus curat Iesum in vita sua illustrare glorificari. & Iesus reddidit ei vitā suam, vt ex illa augustius glorificetur.
Gal. 2.
Bernard.

Si gloriam propriam ab actionibus auferre stu- 36.
deas, si glorieris in Domino, & non in te: Dominus reddet tibi non eam gloriam, quā Deō litare curas; sed gloriā suā impendet. Vt Dei gloria efficiatis, qui hominis gloriā Deo tribuisti. *Ex ipso autem* (inquit Apostolus) *vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: vt quemadmodū scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur.* 1. Cor. 1. Gloriatur iustus in Domino, non in se, propriarum actionum Deo tribuens gloriā, & Deus munificentissimus redditur efficit, vt Christus sit nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio. An nō commendabiliores obiicimur ex sapientia Iesu, quā ex nostra? An non magis gloriosi ostentamur ex iustitia, & sanctificatione Filij Dei, quam ex propria iustitia? Ergo pro operibus vitæ humanæ Dei gloria litatis: redditur nobis vita, & gloria vitæ Dei. D. Ansel. pulchrè, *Videte, quemadmodum ex oblatione nostra nobis abstulit* (id est à nobis accepit) *gloriam, vt daret gloriam: abstulit nostram, vt daret suam: abstulit inanem, vt daret plenam: abstulit nutantem, vt daret solidam. Quanto ergo gloria nostra fortior, & firmior, quæ in Deo est, quā quam nobis. Non ergo glorietur quisque in sapientia sua, in iustitia,* &c. Sapientiæ, ac iustitiæ gloriam ab hominibus acquirendā Deo litare studeas, & pro sapientiæ, ac iustitiæ danda ab hominibus gloriola *Pater, qui in cœlis est* sapiētiæ, ac iustitiæ suæ quodāmodo debitā gloriā ineffabilē *reddet tibi.*

Si sapientiā & sanctitatem tuam tribuis Christo: Christus reddet tibi, suam sapientiā, & sanctitatem, vt ex ea glorificeris.
1. Cor. 1.
Anselm.

LIBER




LIBER OCTAVVS.

SERMO DE CORREPTIONE FRATERNA.

Paraphrasis, & Commentarij literales ad Caput decimum octauum Matthæi.

PANEGYRICI MORALES CIRCA Literam in Iesum Concionatorem.

PROLVSIO.



QVIA fieri non potest, quin aliquando scandala, & offensiones oriantur: fratrem peccantem admonendum; & quo ordine faciendum: & quomodo illi indulgendum sit, docet. Porrò correptio huiuscemodi ad veram pertinet proximi dilectionem. Audi Richardum lib.4.de laud.Virg. *Tribus modis diligendus est proximus, voto, verbo, & beneficio: scilicet corde, ore, & opere. In voto notatur bonum desiderium, vt scilicet et desideres, quidquid boni tibi desideras. In verbo notatur instructio, & correptio. In beneficio consilij, auxilij, & operum misericordiæ exhibitio. De primo Paulus, Testis est mihi Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi. Phil.* 1. *De secundo, Corripite inquietos.* 1. *Thes.* 5. *De tertio, Alter alterius onera portate. Gal.* 6. An in vna sede tres hi affectus possunt commorari? Quid desiderio bono, operumque misericordiæ exhibitioni cum correptione delinquentis? Quàm indissolubili vinculo colligantur? Vis ostendam apertè? *Tribus istis modis* (addit Doctor) *diligit nos Maria, omne bonum nobis desiderando, inquietos, & peccatores corripiendo, iuxta illud: si peccauerit in te frater tuus, corripe eum: Misericordia autem, & beneficijs eius pleni sunt cœli, & terra; nec est qui se abscondat à calore eius.* Si

Dominici vitalis ligni FRVCTVS OCTAVVS.

Richar.

Phil. 1.

1. Thess. 5.

Gal. 6.

igitur Mariæ misericordia cum delinqueniium correptione componitur, procul dubio inquietos corripere, delinquentes taxare, opus est dilectionis.

MATTH. CAP. XVIII.

VERS. 15. SI peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.

16. Si autem non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos; vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum.

17. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.

18. Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata, & in cœlo: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo.

19. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est.

20. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

PARAPHRASIS.

15. *ABSINT à vestro contubernio offendicula, ô Discipuli, quæ pacem dirimunt fraternam: sed adsit mutua charitas, qua vicissim alij aliorum erratis amanter medicamini. Porro hic sit medicandi modus: si quid admiserit in te frater, quod sit animaduersione dignum: adito illum solum solus, & nullis arbitris, argue illum, ob oculos ponens, quantum ab officio fraternæ charitatis aberrarit. Si ad hanc secretam admonitionem resipiscat, non est, quod vlciscaris, aut illum traducas: tibi satis, quod fratrem tuum lucrifeceris.*

16. *Quod si grauior est morbus, non statim ad extrema remedia veniendum; rursus adito hominem adhibito vno, aut altero; vt testimonio duorum, vel trium possit reuinci, & vt pudore corrigatur.*

17. *Quod si tam est intractabilis, vt nec pudore, nec metu iudicij commoueatur: rem defer ad congregationem, vt vel multitudinis consensu, vel eorum authoritate, qui multitudini præsunt, emendetur. Non corrigitur? A familiari consortio amputetur, nec alio loco habeatur, quàm sit Ethnicus, & Publicanus.*

18. *Penes vos est animorum potestas, ad ipsorum medicinam animorum. Incorrigibiles alligate: Deus approbabit in superis. Soluite: Deus illicò ignoscet pœnitudine affectis. Quamquam igitur vestrum iudicium non habet in specie seueritatem eam, quam habent tribunalia Principum: tamen magis est formidandum. A Deo enim damnari formidabile est.*

19. *Quin & amplius dicam vobis: non solum valebit consensus vester in condonandis, aut damnandis commissis: verum etiam si vel duo quilibet reperiantur in terris, qui verè concordes meo spiritu, id est, non commoti affectu humano; sed concorditer amantes, quæ Dei sunt: ij quæcumque petierint, à Patre meo, qui in cœlis est, impetrabunt. Adeò Pater Euangelicam amat concordiam.*

20. *Et quomodo non præstet Pater quod concordes postulaueritis, si vbi adsunt duo, vel tres in meo nomine, seu ad meam, quæ Patris est, gloriã colligati: ibi medius illorum existo ferculum triumphale deprecationis?*

21. Tunc

21. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies?

21. Hac eum diligenter Petrus auscultasset, existimans ad se specialiter pertinere, quod de potestate damnandi, & absoluendi Dominus disseruerat: Domine, inquit, quotiens condonabo fratri, si in me peccauerit, & post quotam culpam repelletur à venia? Num post septimam?

22. Dixit illi Iesus, Non dico tibo, vsque septies; sed vsque septuagies septies.

22. Tunc Iesus ostendens, in his, quæ committuntur in nos, oportere nos esse faciles ad veniam. Non dico, ait, ignoscendũ vsque ad offensam septimã, sed vsque ad septuagesies septimã: indicans, nullum esse numerũ ignoscentiæ Christianæ præscribẽdum.

SECTIO PRIMA.

Fraternæ correctionis obligatio.

TEXTVS.

VERS. 15. SI autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. 16. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos; vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. 17. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De proximorum peccatis in nos, quæ corripere debemus.

1. *Quinam frater.* SI *autem peccauerit in te frater tuus.*] An vterinus? Fratrem generaliter vocat omnem Christianum: de aliis enim reor minimè agere Saluatorem, vt constat ex his verbis: *Dic Ecclesiæ, & si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.* Ethnicum, & Publicanum fratri opponit, & *Ecclesia de iis non iudicat, qui foris sunt.* 1. Cor. 5. vers. 10. pusillum appellauit, quem nunc fratrem vocat, docens, si quid fortè peccauerit, nõ seuere, & tanquam hostem; sed misericorditer, & tanquã fratrem, esse tractandũ; sicut eum Filius hominis tractat, qui venit, vt saluaret, quod perierat, quemadmodum ouis erroneæ parabola expressit proximo n. 11. *1. Cor. 5.*

2. *De quonam delinquente Dominus loquatur. Luc. 17.* *In te.*] An priuatim, & te solo sciente? Sic apud Maldonatum quidam hæreticorum interpretes non aptè exponunt. Repugnat enim Lucas, *si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: si pœnitentiam egerit, dimitte illi.* Cap. 17. Loquitur ergo Christus non de eo, qui secretò; sed de eo, qui contra nos peccat. Ex Petri interrogatione confirmatur. *quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei?*

3. *De quibus peccatis hoc sit intelligendum.* Rogitas, de quibus peccatis hoc sit intelligendum? Quædam enim eiusmodi videntur esse, vt non sit qui delinquit, priuatim corrigendus. Origenes de solis peccatis venialibus siue contra nos, siue contra Deum factis interpretatur. Ambrosius ad cap. 17. Lucæ. Augustinus serm. 16. de verb. Dom. secund. Matth. Theophylactus, & Euthymius de mortalibus exposuere, sed de his tãtum, quæ contra nos; non de his, quæ contra Deum fiunt; nam ea minimè sunt dissimulanda. *Orig. Ambros. & alij.*

4. *Auctoris sententia.* Reor planè de omni peccatorum genere siue cõtra nos, siue contra Deum agi. An nõ Christi consiliũ eò tendit, vt peccantẽ non acerbè accusemus; sed benignè corrigamus? Quodlibet autẽ crimen siue contra nos, siue cõtra Deum (quem supra nos tenemur diligere eius iniurias vindicando) nos poterat arripere ad immoderatam vindicationem. Cur autem dixit, *si peccauerit in te*; & non, *si peccauerit in Deum, vel in te frater tuus?* Porro quia ex dilectionis in Deum tepiditate tunc magis acres, acerbi, & diserti reprehensores esse solemus, cum eos, qui contra nos deliquerunt, obiurgamus. Vnde sapientissimus Magister voluit frænum nobis iniicere, vbi maximum aderat periculum, ne præcipites ageremur. *Quæstioni respondetur.*

5. *Cur non dixit, si peccauerit in te frater, dimitte illi?* Legi, Dominum alibi dixisse, *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te; relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo.* Mat. 5. Et alibi, *si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet, & vobis Pater vester cælestis delicta vestra.* *Matth. 5. Matth. 6.*

vestra. Cap. 6. Cur ergo similiter in præsenti non dixit, *Si peccauerit in te frater tuus, dimitte illi?* Respondeo cum Maldonato, & aliis, in hac affirmatione, *Corripe eum inter te, & ipsum*, tacitam negationem delitescere huiusmodi: si peccauerit frater tuus, ne continuo eum accuses, ne continuo eum ad Ecclesiæ iudicium deferas. Hoc autem quid aliud est, quam illi veniam exhibere? An quis immisericors scit differre delationem, scit accusationem prætermittere? Certè iam parcit, qui amici opus exhibet, dum studet peccantis correptioni.

Maldon.

6. *An semper teneamur corrigere delinquentem*

Quæsierim præterea, vtrum omnia, in quem peccatur, vel qui peccatum alterius nouit, & in omni peccati genere, eum, qui peccauit teneamur corrigere; Iudicium id ex regula Theologorum, quæ ex Christi verbis illis colligitur: *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Cum igitur spes lucri est spiritualis, corrigendus est frater; cum non est, aut accusandus coram Ecclesia, si fructus speretur: aut si non speretur, Domino relinquendus.

---

§. II.

De Testibus adhibendis.

7. *Cur testes sint adhibendi? Quatuor sententiæ.*

SI autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, &c.] Quare post primam admonitionem testes præcipit adhiberi? An vt pudere incipiat delinquentem propter testium præsentiam? An vt constet testibus, eum, qui corrigit suo functum officio? An vt si sese non correxerit, is qui admonet testes habeat, vt eum coram Ecclesia possit accusare? An vt qui corrigit, facilius ei, qui peccauit, persuadeat, eum peccauisse: cum id non ipse solus, sed duo etiam, aut tres testes affirment? Profectò Euthymius, & alij apud Maldonatum quatuor hasce rationes reddidere.

Euthy.

8. *Quartam eligit Auctor.*

Ego quidem quartam arbitror probabiliorem. In hanc enim sententiam legis testimonium ex Deuteronomij cap. 17. Christus induxit, *In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum.* Hoc tantum interest, quod in Deuteronomio Deus terrere ea lege voluit, ne quis vno tantum teste; sed vt minimum duobus, vel tribus, condemnaretur: hic autem Christus dicere voluit, duos, vel tres testes ad fidem satis esse faciendam.

Deut. 17.

9. *An simul tres testes, aut duo sint adhibendi?*

Rogas vlterius, an duo, vel tres testes simul; an separatim primum vnus, deinde secundus, aut duo, postremo tertius adhiberi debeat? Haud satis compertum esse existimo. D. Hieronymus primum vnum, deinde alterum, postremo tertium adhibendum putat. Profectò existimo, ex fine, cur adhibendi sunt, & ex sententia Deuteronomij, quam Christus in probationem citat, perspicuum esse, haud separatim, sed simul vel duos, vel tres testes, vt minimum adhibendos esse. Non enim in ore vnius, sed in ore duorum, vel trium stabit omne verbum.

Hieron.

Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ.] Si non *audierit*, idem est, ac si non *obedierit*. ex Hebraismo sæpe alias exposito. Insignis ille, Melior est obedientia, quã sacrificiũ. 1. Reg. 15. Hebraicè הנה שמע מזבח טוב *hinne schemoahh mizzebahh tob*, Id est, *Ecce audire præ sacrificio bonum.* Si ergo ne illis quidem crediderit, seu obedierit, tunc tibi licebit, ad Ecclesiæ iudicium fratrem deferre. 10. *Quid sit, Audiret*

Quidnam autem *Ecclesiæ* nomine intelligatur? Synagogam absurde hæretici exposuerunt. Alij ex hæreticorum grege Ecclesiam quidem Christianam intelligunt; sed omnem Christianorum multitudinem interpretantur. Absurdè plane, cùm quia omni multitudini dici non potest fratris contumacia, tum quia etiam si posset dici, nihil iuuaret: quid enim imperiti artifices, quid fœminæ incorrigibili facerent peccatori? 11. *Quidnam Ecclesiæ nomine intelligatur.*

Profectò per Ecclesiam Prælati, ac superiores designantur. Perpetuus vsus Ecclesiæ docet, huiusmodi homines non ad totam multitudinem; sed ad eos, qui ligandi, ac soluendi habent potestatem, esse deferendos, qui quidem quia Ecclesiæ gubernatores sunt, & totius Ecclesiæ personam repræsentant: Ecclesia appositè appellantur. Sic Chrysostomus, *Dic Ecclesiæ, id est, ijs qui Ecclesiæ præsident.* Contestatur Euthymius, Maldonatus, & alij. Anselmus addit, *Prælatis dicendum, vt obiurgatio plurimorum eum corrigat.* Hieronymus, *vt qui non potuit pudore saluari, saluetur opprobrijs, multis dicendum est: vt detestationi eum habeant.* 12. *Auctoris sententia.*

Chrys.

Euthy. Maldon. Ansel. Hieron.

Sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus. Eum, qui Ecclesiæ Præsulibus non obedierit, pro Ethnico, ac Publicano habendum Dominus præcipit. Vsum respicit Iudæorum, qui ab Ethnicorum, ac Publicanorum, quos publicos peccatores habebant, abstinebant consuetudine. Sensus est, eos qui Ecclesiæ iudicio non obediunt, non secus ac si Ethnici, ac publicani essent, esse vitandos. 13. *Quid sicut Ethnicus, & publicanus?*

Cur autem Dominus vult, hos pro Ethnicis, ac Publicanis haberi? Et vt qui huiusmodi sunt, cum se alienatos ab Ecclesia viderint, resipiscant: & ne qui sani sunt, eorum consortio contagione inficiantur. Paulus, *Cum huiusmodi nec cibum sumere.* 1. Cor. 5. *Hæreticum hominem post vnam, & secundam correctionem deuita, sciens, quia subuersus est, qui huiusmodi est.* Tit. 3. & Ioannes, *si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dixerit ei Aue, communicat operibus eius malignis.* 2. Epist. 10. 14. *Cur pro Ethnicis, & publicanis habendi?*

Tit. 3. 2. Ioan. 10.

IN IESVM CONCIONANTEM.

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

Ex fraterna correctionis obligatione.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Si peccauerit in te frater tuus.

Si de quolibet peccato, quod committitur, sermo est, quare Dominus dixerit, nos eos corripere, qui in nos peccauerint?

Certè quia nullum peccatum perpetratur, quod contra nos non fit: cum omnes propter vnius delictum sæpè hic puniamur.

15. HOc præceptum Patres communiter intelligunt de peccato, quod contrà singulos fit, & est singulis iniuriosum? vt cum quis me afficiat iniuria, illum ego corrigam. Sic August. ser. 16. de verb. Dom. Hieronymus, Euthymius, & alij. At Doctores Scholastici de quocumque peccato illud præceptũ exponũt, siue sit contrà me, siue non sit. Quocumque enim modo peccauerit homo, præsente me, debet à me corrigi. Hinc oboritur quæstio, si quodcumque peccatum hic intelligitur, cur Saluator dixerit, si peccauerit in te: quæ verba peccatum mihi singulariter nociuum sonare videntur? Certè quia quodcumque peccatum fuerit, vniuersis nocet.

August. & alij

16. Proclamat Prodigus post delicta, *Pater, peccaui in cælum, & coram te.* Luc. 15. Ac si diceret, Omnibus delinquens exitialis extiti, cœli, seu ætheris influxus turbaui, excitaui pestem, & in cœlum delinquens, in omnes commisi peccatũ. Abulens. ad Mat. 23. q. 84. *Quicũque peccat, malũ nobis infert.* Sæpe enim Deus ob vnius crimina totã cõmunitatẽ tribulationis flagello vulnerat.

Prodigo delinquente cũctis exitialis calamitas excitatur. Luc. 15. Abul.

17. Fatur Propheta. *In anno, quo mortuus est Rex Ozias vidi Dominum sedentem super solium excelsum.* Isai. 6. Assolent Prophetæ Regum viuentium tempora notare, vt suis prophetiis exordium instituant. Cur ergo Isaias mortui Oziæ tempus euulgat? Curat Propheta populi exprimere commoda, quæ ex Oziæ morte profluxere: quæque incommoda fuerat Ozia viuente, & delinquente passus. Viuente Rege, & peccante, & leproso, & non extra Vrbem excluso, sed domi commorante, cælum omnibus clauditur, Deus nulli Prophetæ apparet, verbi Dei fames inualescit. Quia vnius delictum omnibus erat exitium. Rex moritur, & cum ipso peccata sepeliuntur? Deus statim Prophetas excitat, cunctis munificentissimus ciuibus ostẽtatur. Chrysostomus. *Viuente Ozia, non agebat in eis Spiritus gratia, silentium erat, simultas inter Deum, & hominem. Mortuus est impurus, & Deus reconciliatus est hominibus. Quamobrem hoc factum est, cum nihil esset benefactorum, sed tantum ille mortuus est. Quoniam humanus est Dominus, & nihil aliud quærebat, quam vt exiret impurus.* Ergo vnius delictum omnibus ciuibus exitiale erat, si independenter à rectis nouis operibus populi, Deus à cunctis incommoda abstulit.

Viuus Oziæ delicta omnibus erant exitialia ad supplicium. Isai. 6.

Chrys.

18. Rex Achab ad Eliam, *Num inuenisti me inimicum tibi. Qui dixit, inueni, eo quod venundatus sis vt faceres malum in conspectu Domini.* 3. Reg. 21. Sciebat Achab nullam Eliæ iniuriam intulisse; & ideo requirit: *Num inuenisti me inimicum tibi?* At si diceret: Num quid peccaui in te? At Propheta, *Inueni*, te in me deliquisse. Quando, precor? Certe quando in Deum deliquisti. Nullum enim potest perpetrari delictum, quod in nos non exsurgat; quia ob vnius peccatum, omnes assolent supplicio subiacere. *Cũ igitur venundatus es, vt malum faceres, contra me deliquisti.*

Delinquens Achab contra Deum, deliquit in Eliam, & in omnes. 3. Reg. 21.

19. Oseas apposite, *Chanaam in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit.* cap. 12. Ex Græco Cyrillus Alex. *Chanaam in manu eius statera iniquitatis, opprimere per potentiam dilexit. Quia Ephraim* (addit) *bonam mentem amisit, Chananais alienigenis factus est similis, atheus, & impius.* Chanaam ergo seu Ephraim impietate pressus stateram dolosam manu gestat, vt sese omnibus ciuibus ostentet exitialem. An non mercator, qui statera iniusta vtitur omnibus vendens, delinquit in omnes? Sic planè vnus impius omnibus ciuibus nocumentum parit.

Impius Ephraim omnibus nocumentũ attulit: velut qui vtitur statera dolosa. Ose 12. Cyril.

20. Monens Paulus, qualis debeat esse Episcopus, fatur; *Non Neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli.* 1. Timot. 3. Chrysostomus hom. 3. de verb. Isa. sic exposuit. *Ne inflatus incidat in condemnationem, & in laqueum diaboli, nocumẽ illo eadem omnes patiantur.* Patiantur omnes? Quare si vnus deliquit? An superbus Episcopus secum tertiam, instar diaboli, stellarum deturbauit portionem? En laqueum diaboli, singulariter ipse delinquens omnibus parere nocumentum.

Episcopus superbus omnibus affert incommoda. 1. Tim. 3. Chrys.

21. De Antichristo Daniel. *Egressus est cornu vnum modicum, & factum est grande contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem. Et magnificatum est vsque ad fortitudinem cæli, & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas. Et vsque ad Principem fortitudinis magnificatum est, & ab eo tulit iuge sacrificium, & eiecit locum sanctificationis.* cap. 8. Nullum

Antichristus, peccans, omnes exturbabit Dan. 8.

Christiani populi peccatum adnotatur, solius Antichristi crimina recensentur. Attamen omnium calamitas exprimitur. Theophanes in Cat. Græca Corderij nostri ad cap. 21. Luc. *Tollens ille sacrilegus iuge sacrificium, deiecit locum sanctificationis, id est, Iudaicam ditionem funditus destruxit.* Quia vnius peccatum omnibus exitiale est: *Si peccauerit in te frater tuus.*

Theopha.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Si peccauerit in te frater tuus corripe eum.

An fratrem meum corripiam delinquentem? An non fraterna charitas violatur?

Imò verò quia tuus frater est, strictiori iure teneris, eum corripere delinquentem.

22. Chrysost.



CHRYSOSTOMVS illam particulam, *Frater tuus* expendens quæstioni propositæ solutionem exhibet? Si frater tuus corpore ægrotaret, an non strictiori iure deberes illi succurrere potius, quam aliis quibusque? Ita plane. *Sanus ægrotum* suscipis curandum quia proximus: sed accuratius (saltem affectu) quia frater tuus est.

23. *Ioseph suos fratres delinquentes acerrimè tacitè arguit.* Genes. 42.

Deliquerant filij Iacobi in fratrem Iosephum, quem vendiderant actum iniuriis Madianitis mercatoribus. *At fratres ipse* (Ioseph) *cognoscens, non est agnitus ab eis. Recordatúsque somniorum, quæ aliquando viderat, ait ad eos: Exploratores estis.* Genes. 42. Porro afflictio hæc fratribus excogitata tacita criminis in Iosephum perpetrati fuit correctio ex mente Doctorum. Siquidem loquuti ad inuicem professi sunt: *Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum.* Ibid. Premo iam particulam, *Fratres ipse cognoscens.* Vbi cognouit inter multos hosce esse fratres suos, aduersus ipsos solos seueritatem exercet, & eos tacite de crimine corripit. Strictiori enim lege teneor delinquentes fratres, propinquósque corrigere.

24. *Christus verus Ioseph fratres corripuit.*

Christus Saluator à saluatore Iosepho præfiguratus fratres monet, & reprehendit. *Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam* prospere regna e Dominum Dauid asserit. An non iustitiam exprimit cum non iam fratres sed dilectissimam admonet filiam: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex speciem tuam.* Psalm. 44. Vbi ex mente Ruperti Dominus verus Ioseph fratrum piacula corripit. Petrum seruum Principis Sacerdotum vulnerantem carpit, Apostolos ad credendum Resurrectionis mysterio tardos reprehendit, verus Ioseph fratres corripit peccatores. *In agnoscendis fratribus* (ait Abbas lib. 9. in Genes. cap. 3.) *imaginem retinet Iosephus mansueti, & veri Filij Dei, cui dicitur per Dauid: Intende prospere, procede, & regna, propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. Iustitiæ namque, & idonea seueritatis fuit, quod fratres peccatores corripit verborum suorum stimulis.*

Psalm. 44. Rupert.

25. *Tribus Israel in fratres Beniaminitas impudicos acrius insurrexere.* Iudic. 20.

Beniaminitæ, qui incolebant ciuitatem Gabaa, vxorem Leuitæ constuprarunt, & occiderunt. At reliqui Israëlitæ rei atrocitate commoti Beniaminitas consurgunt in fratres, *Interfeceruntque ex eis in illo die viginti quinque millia & centum viros.* Iudic. 20. O Israëlitæ cur à tanta fratrum strage non abstinuistis? Certè vbi tantum facinus perpetratur à fratribus, fideles viri acrius debent in fratres assurgere puniendos. Athanasius epist. ad Orthodox. *Concitata igitur sunt vniuersa Tribus Israel, omnésque quasi singuli id peculiariter passi essent, in vnum coiere. In summa debellati sunt, qui hoc scelus perpetrauerant; non enim ad generis coniunctionem, qua in bellum coiere, sed ad facinus in fratribus respexere.*

Athan.

26. *In fratribus Iesus taxare, & corripere videtur, quod nullam videatur speciē præ se ferre delicti.*

Quid si Christus in fratribus vti piaculum reprehendat, quod nullam videatur speciem præseferre delicti? Dicit quidam ad Iesum, *Ecce fratres tui foris stant, quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi ait: Qui sunt fratres mei?* Matth. 12. Videtur Dominus huiusmodi fratres sine causa reprehendere. Si te quærunt, ô Domine, cur illos subtraxas; Preme particulam, *Foris stant.* Fratres Iesu charissimos foris stare dedecet, cum extranei intus commorantur. Si extranei essent, si familiares, subticerem: sed cum fratres sint, nqui possum non eos acrius taxare. Pulchrè Tertullianus lib. 4. in Marc. cap. 19. *Tam proximas personas foris stare, extraneis intus defixis ad sermones eius, meritò indignatus est; non tam abnegauit, quam abdicauit.*

Matth.

Tertul.

OBSERVATIO III.

Ad illa verba:

Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum, &c.

Si delinquit frater nobis videntibus, aut scientibus, corripiendus est.

Nec enim facilè, qui reprehendendi munus gerit, adducendus est, ad taxandum subditum, aut proximum ex auditione, aut relatione sæpe fallaci.



PARTICVLAM illam *in te* aliqui exposuere, si peccauerit frater tuus coram te, apud te sciente, seu vidente. Strabus, *Si peccat in te frater, id est, si videns eum peccare, taces, etiam peccas.* Augustinus, quando, *in te peccauit, id est, te sciente, &c.* Igitur non prius fratrem corripere intendas, quam videas eius delictum, aut certo scias eum deliquisse. Sæpè enim ab aliquibus malè affectis vitia fratrum confinguntur, aut leuia piacula adeo exaggerantur, vt culex elephantis pondus videatur excedere. 27

Strab.

August.

Dauid

28. *Malignans quod non vidit, vt certum asserit contra proximum.* Psal 73. Gillebet.

David apposite, *Quanta malignatus est inimicus in Sancto? Posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt.* Psal. 73. Qui prauo affecto defertur in proximum malignatur in sancto, ei attribuens piacula grauia ex suspicione leui; ex signis arguens, & asserens opus nefarium. O malignantis ingenium! Gillebertus ser. 14. in Cant. *Malus, qua non videt suspicatur. Posuerunt, inquit, signa sua signa: & non cognouerunt. Ponunt, quod non inueniunt. Se ipsos enim in signum ponunt; cum ex sua prauitatis regula alios metiuntur. (Piensa el ladrone, &c.) signa inquit, quasi dicat: Tantum signa, & non veritatem. Signa non certitudinis, sed suspicionis.*

29. *Priusquam Pastor cælestis oues corripiat videt languorem.* Ezech. 34.

Pastor cælestis, *Ego*, inquit, *ipse requiram oues meas, & visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum.* Ezech. 34. Verba illa expende: *Requiram visitabo.* Dissipatas audit pastor oues iacere, vult adhibere vulneri medicamen, correctionis vi adhibita. At primum requirit, & visitat, vt oculis aspectet, quod aure perceperat. Et quonammodo non incassum medicina correctionis non viso vulnere adhiberetur? Paschasius lib. 6. in Matth *Propterea ergo circuit Dominus omnes ciuitates docens, & sanans, vt omnes inueniat. Alioquin oues nisi prius requireret, & vidisset, hactenus in suis totus grex iaceret langoribus.* Nec enim non prius viso vulnere Pastor cælestis correctionis medicamen adhiberet. (Pasch.)

30. *Vt verbo correctionis sanaret paralyticum, vult Dominus videre.* Matth. 8. Berchor.

Pro infirmo seruo sic Centurio Dominum precabatur: *Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur.* Cui Pastor cælestis, *Ego veniam, & curabo eum.* Replicat Miles, *Domine, non sum dignus, vt sub tectum meum intres; sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.* Mat. 8. Vbi Berchorius premens particulam, *Dic verbo*, contemplatur subditum, quem Præsul correctionis verbo restituit valetudini. Profectò si subditus correctione indiget, prudentissimus Præsul relationi non credit, Puer iacet paralyticus: ipse vult prius aspicere infirmitatem, quam ei correctionis verbo medeatur. Chrysologus serm. 15. expendens illa verba: *Puer meus iacet. Hunc* (ait) *tuum dicerem, quem iacentem tua benignitas non requirit?* Ac si diceret, cum video te, ô Domine, promittentem, *Ego veniam, & curabo eum*, cognosco puerum esse tuum; nec enim dicerem tuum subditum esse, si priusquam verbo correctionis sanares, non requireres, vt videres. (Chrysol.)

31. *Videnda prius abominationes subditorum aperto ostio conscientia, quam corripiantur.* Ezech. 8.

Ezechieli Dominus, *Fili hominis fode parietem. Et cum fodissem parietem, apparuit ostium vnum. Et dixit ad me, ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium.* cap. 8. Quare Dominus iubet Prophetam fodere, vt, aperto ostio, videat abominationes peccatorum? Certè vt corripiat delinquentes. An non sufficeret à Deo audire homines illos impudicitiæ vi in bestias esse conuersos? Sufficeret planè. Attamen Dominus Præsules instruens in Propheta, vult ostium prius aperiri, & oculis correpturi crimina præsentari; vt ostendat, prudentem Præsulem non prius daturum operam delinquentis subditi correctioni, quam crimina euidenter oculis, ac cognitioni præsententur. Audiendus Gregorius lib. 2. Pastor. cap. 10. *Per Ezechielem Præpositorum ordo signatur; per parietem duritia subditorum. Et quid est, parietem fodere, nisi acutis inquisitionibus duritiam cordis aperire? Quem cum fodisset, apparuit ostium; quia cum cordis duritia vel studiosis percunctationibus, vel maturis correptionibus scindenda est, quasi quædam ianua ostendenda est, ex qua omnium cogitationum interiora videantur. Vnde benè premittitur, ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic.* O quam imprudentem se ostenderet Præsul correcturus, si me profante, durissimum est cor subditi illius: mox credens, correptioni operam impenderet! Aperiatur ostium, vt omnium cogitationum interiora videantur. An non potest esse constantiæ virtus, quod velut cordis durities reprehenditur? (Gregor.)

Quam facilè virtus proximi pro vitio reputatur.

32. *Deus ipse Præsules docturus, prius ostendit velle se videre delicta, quam corripiat delinquentes.* Gen. 18.

Crediderim ideo Præsulem cœlestem, cum audisset Sodomitarum crimina infanda, suis Cœlicolis inclamasse. *Clamor Sodomorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint; an non est ita, vt sciam?* Gen. 18. Vbi Chrysostomus asserit, Dominum; tertem Præsulis gerere personam, vt cunctos Prælatos instrueret. Haud dat operam correctioni, aut supplicio affectus relationum multiplicatione, & aggrauatione, seu exaggeratione delictorum; sed prius peccata vult oculis aspectare: *Descendam, & videbo, vtrum clamorem opere compleuerint: an non est ita, vt sciam?* Quonam modo ô Domine potest ita non esse post multiplicationem testium vociferantium? Certè post plurium testium omni exceptione maiorum depositionem sæpe comperit videns Præsul subditum infamatum innocentia nitescere, testésque aut malitia, aut ignorantia falsa protulisse.

33. *Non sufficit videre à longè, vt corripiam subditũ, quia solent oculi seduci, & propiùs aliter iudicare de fratre.* Ezech. 1.

Quid si visio accuratissima requiratur approximanóque inquisitionis, nec sufficiat à longè prospicere? Certè aliquando à longè videns, credo esse brutum, quod proculdubio accedens hominem recognosco. Attendas precor. *Et vidi* (inquit Ezechiel) *& ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius. Et ex medio eius similitudo quatuor animalium.* cap. 1. Preme verbum, *& vidi.* Haud ex relatione didici, sed hisce oculis vidi quatuor animalium similitudinem, nempe aquilam, leonem, bouem, & hominem. Porrò cap. 10. asserit Propheta esse Cherubinos. *Et intellexi, quia Cherubini essent.* An distincta currus inuectio? Eadem planè. Cur ergo quos animantes vidit, Cherubinos esse cognoscit? An quia sæpe oculi falluntur? O quoties existimas te vidisse in proximo animalis bruti speciem, & te attentius considerata comperis esse Cherubinum! Aptius instituto respondet sapientissimus Gaspar Sanchez, *Spectarat prius Propheta, procul tamen, quia spectabat in cælo. Nunc autem, quia propius aspicit, non iam amplius animalia nominat, sed Cherubinos.* Si à longè spectas, videbitur fortasse bos qui est Cherub sapientia. Accede propiùs, nec audeas ex alta specula iudicare quod vides à longè: dum Deum audis qui *alta a longè cognoscit*, ad terram descendere propiùs aspectaturus: *Descendam, & videbo.* (Ezech. 10. — Gaspar Sanchez.)

Observvtio IV.

Ad illa verba:

Corripe eum inter te, & ipsum solum.

Delinquentem fratrem inter nos & ipsum corripiamus, id est, ad nos allicientes eum, & charitatis vinculo quasi colligati.

Correctio enim Præsulis, vt proficiat, amore, & mansuetudine debet exundare.

34. August.

Avgvstini apud D. Thom. commentarium exhibeo. *Admonet nos Dominus, non negligere inuicem peccata nostra: non quærendo, quod reprehendas; sed videndo, quod corrigas. Debemus enim amando corripere non nocendi cupiditate.* Ideo particulam illam Dominus apposuit: *Inter te, & ipsum.* Externa coniunctio animorum colligationem exponat. A longè corripere, euulgato subditi, aut proximi crimine, odio est prosequentis.

35. *Elisæus suscitaturus puerum inter se & ipsum solum, id est, colligans cũ sibi amoris vinculo perfecit* 4. Reg. 4. Petr. Dam.

Elisæus baculum tradidit Giezi, vt, eo superposito, puerum suscitaret. Non potuit ille cum baculo, facillimè Propheta perfecit humili ad puerum inclinatione. Accessit ad puerum, & inter se & ipsum solum, hoc est, amoris colligatione reuocauit ad vitam. 4. Reg. 4. Petrus Damian. Opusc. 12. cap. 29. *Super mortuum septies aspirat, quia ad perceptionem diuini muneris, gratia septiformis Spiritus in peccati morte existentes inflammat. Móxque viuus erigitur; quia is, quem terroris virga suscitare non potuit, per amoris spiritum puer ad vitam redit.* Cunctas pueros esse existima cum studes correctionis verbo. Puer vulnere absterretur, fugit: amoris allicitur documentis.

36. *Sic Elias Sareptanæ viduæ filium suscitauerat.* 3 Reg. 17.

Didicit Elisæus à Magistro Filio Sareptanæ viduæ mortuo, *ait ad matrem Elias, Da mihi filium tuum. Tulitque eum de sinu eius, & portauit in cœnaculum.* 3. Reg. 17. Ex sinu matris mortuus in cœnaculum adducitur. Profectò & matris sinus, & cœnaculum, & Prophetæ actiones amoris documenta præsentant. Si filius ad vitam reuocandus cadat oportet in matris sinum, ad cœnaculum deducatur. Gillibertus serm. 16. in Cant. *Molli, & fœmineo matris est sinu fouendus, vt non exasperatus abundantiore tristitia absorbeatur. Non expedit ei, extrà materni sinus ambitum reperiri, ne fortè non tollat illum verus Elias (Iesus) in cubiculum suum.* Nec verus Elias Dominus dat operam peccatoris correctioni, nisi è sinu materno ad cubiculum benignissimè transferat.

Gillibert.

37. *Dulci somno dilectionis immisso, correptionis vulnus infrendũ.* Gen. 2. Basil. Seleuc.

Formaturus Deus Euam, *immisit soporem in Adam. Cúmque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* Gen. 2. Vbi D. Basilius Seleuc. Orat. 3. *Ex latere Deus membrum partitur, vt mentem coaptet; & natura vna dissipatur arte formantis, vt vna mens confirmatur.* Correctio quidem vulnus est, ex quo quod soluti est caro in spiritum debet exurgere. Somnium immittatur oportet, dilectionis dulcedo exponatur; ne exacerbata vulnere caro, potius ipsa intumescens dolore accrescat, quam in spiritum conuertatur.

38. *Nisi prius benignè corripias, non conuertes eum ope subditum.* 2. Tim. 2. Anselm.

Paulus adhæc. *Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati. Ne quando det illis Deus pœnitentiam, ad cognoscendam veritatem, & resipiscant.* 2. Timot. 2. Preme illud: *Nequando, &c.* Quod sic pulchrè Anselmus exposuit, *Ne quando sine nobis per internam aspirationem det illis Deus pœnitentiam, & nos mercedem indè non habeamus.* Ac si diceret, si cum modestia aut mansuetudine non corripimus delinquentem fratrem, sed cum asperitate, certum est minime ex correptione huiusmodi conuertendum. Vnde si aliquando pœnitudine fuerit affectus, id erit solius Dei aspirantis benigniter opus, non Præsulis, aut proximi corripientis. Nam qui asperitate visus correctionis increpat, tam induratum relinquit peccatorem, vt nisi Deus aliquando misericorditer aspiret, misere in crimine volutabitur.

39. *Non est militaris conflictus munus corripiendi. Ostentatio est gladij non inflictio vulneris.* Apoc. 2. Cassiod.

Putasnè, munus corripiendi fratrem militarem esse conflictum? Filium hominis vidit Ioannes gladium ore gestare ad Episcopos corripiendum, non acriter vulnerandum. Instrumentum resecandi superflua, aut inserendi germen bonum erat, non vulnerandi. Vnde sæpe profatur: *Habeo aduersus te pauca.* Apo. 2. Quam imprudentes Præsules, qui correctionem conuertunt in pugnam. Cassiodorus lib. 7. var. cap. 1. *Arma ista iuris sunt, non furoris. Hæc ostentatio nimirum est contra noxios instituta; vt plus terror corrigat, quam pœna consumat. Ciuilis est pauor iste, non bellicus.* An non videtur senator gladium ex ore Domini procedentem fuisse contemplatum, ad noxiorum quidem terrorem, non ad pœnam strictum?

Observatio V.

Ad illa verba:

Corripe eum inter te & ipsum solum.

Cum frater est corripiendus, solitudini consulatur.

Nec enim euulganda crimina illius, quem cupimus emendari; quia publicatio delicti, insolentiorem solet efficere delinquentem.

40. Anselm.

Anselmvs pulchrè *si peccauerit frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum; ne publice correptus verecundiam perdas; qua perdita,*

perdita, in peccata permaneat. Hieronymus contestatur. Herodotus aiebat, *Vulnus manifestum solet exacerbari, illigatum medicamen excipit.* Quidnam aptius Ambrosius? Testor Samaritanum illum, qui inuentum à latronibus vulneratum, vinum fudit, & oleum, *& alligauit vulnera eius.* Luc. 10. Cur vulneris illigati tam expressa fit mentio? An non ad medicaminis vim exprimendam sufficeret vini, & olei vim effudisse? Profectò si vulnera non alligarentur, difficile medicina proficeret. Dum non alligantur vulnera, dum non operiuntur peccata, inutiliter omnino paratur medicina. *Vulnus enim manifestum solet exacerbari: illigatum medicamen excipit.*

41. *Samaritanus vulnus medicamine offert, operiens simul.* Luc. 10. Herodot.

42. Fratrum Ioseph, qui eum vendiderant, delictum erat acriter corripiendum. D. Gregorius asserit hom. 21. sup. Ezech. Iosephum discretè ac prudenter corripiendi fratrem, qui in nos peccauerit se exemplum exposuisse. *Ecce hoc est magisterium disciplinæ, vt culpis & discretè nouerit parcere, & piè ac prudenter resecare.* Peccauerant in eum fratres eius, benignè vult corripere inter se & illos solum. Mosem audi. *Non se poterat vltra cohibere Ioseph multis coram astantibus: vnde præcepit, vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Eleuauitque vocem cum fletu, quam audierunt Ægyptij, omnisque domus Pharaonis. Et dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph, adhuc pater meus viuit?* Quid plura? *Accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent prope, Ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidistis.* Gen 45. Eleuat vocem, cum fratres fraternitate honorat. *Ego sum Ioseph frater vester.* Supprimit vocem & propè accedere iubet, cum fratrum delictum afficit correptione: *Ego sum Ioseph, quem vendidistis. Ecce vt culpis & discretè nouerit parcere, & piè resecare.* Impiè enim resecat culpas, qui occulta piacula vel corripiendi causa manifestat.

Iosephus inter se & fratres solum eorum corripit piacula: magister prudentiæ, ac pietatis speculum. Gen 45.

43. Vt Dauidem delinquentem corriperet piè, & prudenter immittitur à Domino Nathanus Propheta. *Misit ergo Dominus Nathan ad Dauid: qui cum venisset ad eum, dixit ei: Duo viri erant, &c.* 2. Reg. 12. Cur Propheta solus cum solo Dauide non apertè corripit piacula: sed quasi aliorum delicta recenset? Profectò vt vel inter se & ipsum solum adhuc adderet solitudinem. Delicta enim præcipuè Regia summa in solitudine corripienda sunt, ne insolescat Princeps crimine reserato. Chrysostomus ad Psalm. 50. exclamat, *O sapientia Medici! Intrauit portans gladium, vt secaret vulnus, sed vel infirmanti ipsi non ostendit statim vt introiuit. Non dixit eleuatione vocis. O inique, ò immunde; sed ferrum erat absconditum. Cum verò tempus inuenit, statim percussit, & abscidit sine grandi plaga vulnus.* Preme *sine grandi plaga.* Nec cicatricem reliquam exposuit Medicus, ne ex ipsa vulneris magnitudo colligeretur. Vix vocem expressit, vt in silentio correptio magis esset *inter se, & ipsum solum.*

Nathan sic corripuit Dauid inter se & ipsum solum, vt ab ipso Dauide quodammodo absconderetur. 2. Reg. 12.

Chrys.

44. Ficulneam iubet Dominus succidi, famulo reclamante, *Domine, dimitte illam & hoc anno vsque dum fodiam circà illam, & mittam stercora.* Luc. 13. Adnota verba illa: *Vsque dum fodiam illam,* audiens Gregorium hom. 31. in Euang. *Quid est circa ficulneam fodere, nisi infructuosas mentes increpare?* Omnis quippe fossa in imo est. Et nimirum increpatio, dum mentem sibi demonstrat, humiliat. Quoties ergò aliquem de peccato suo corripimus, quasi ex culturæ debito circa infructuosam arborem fodimus. Preme illud: *Quid est circa ficulneam fodere, nisi infructuosas mentes increpare?* Itaque idem est increpare, aut corripere, ac fodere. Porrò qui fodit circa arborem, terram aperit, terræ autem vulnus apertum nullus videt nisi ipse qui fodit. *Nimirum increpatio, dum mentem sibi demonstrat, humiliat.* Infructuosa enim mens eius, quem corripio, soli ipsi demonstranda est: *Corripe eum inter te & ipsum solum.* Ne arbor fiat infructuosior.

Qui corripit debet esse velut, qui fossam aperit, vt ipse solum videat interiora conscientiæ. Luc 13.

Sapiens hinc, *Ne despicias hominem conuertentem se a peccato, neque improperes ei.* Eccles. 8. Profectò ille improperio afficit peccatorem, qui eius delicta corripiendo manifestat. Nec enim quis delinquens se existimat improperio affectum, cum in occulto carpitur. D. Basilius ad Psalm. 14. *Peccanti publicum opprobrium faciendum non est, iuxta id quod scriptum est: Ne improperes homini conuertenti se a peccato. Numquam enim nouimus, exprobrationem publicam in delinquentium vtilitatem assumptam fuisse.* Imo in exitium eorum assumpta est, siquidem manifesto crimine, delinquens assolet insolentior reddi. 45.

Non improperes peccatori, quē corripis, id est, ne delictum alijs aperiatur. Eccle. 8. Basil.

Redeo ad Iosephi piam fratrum correptionem, & pondero clausulam illam: *Præcepit, vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ.* Gen 45. Cur externos cunctos subtraxit? Erant corripiendi fratrum errores, vndè peccatores confundendi erant, & vt salubriter confunderentur ad pœnitudinem, non ad insolentiam, cauit nè externus alius interesset. Rupertus. *Benè ergo præceperat, vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus cognitioni mutuæ. Non enim alienis communicanda erat domestici notitia sceleris: neque sub eorum præsentia pius frater edicere voluit rem tanta confusionis.* 46.

Ioseph corripuit fratres, cum nullus externus interesset. Gen. 45.

Rupert.

Prodigus paternam accedit ad domum, & priusquam limina chara tereret. Pater obuiam ei procedens, inclamat: *Citò proferte stolam primam, & induite illum.* Luc. 15. Cur tàm citò adolescenti profertur stola? Respondet Chrysologus serm. 3. *A seruis ante vestiri voluit filium, quam videri: vt soli patri nota esset nuditas.* Profectò cum osculatur eum, subtaxat ingrati tuditatem? nem, corripit delinquentem. Sic prodigum Iudam Dominus (ex mente Augustini) corripuit in horto, cum labia labiis passus est cohærere, fante prophano acutè, *Rex coniurationis anthorem, amplexu oblato, acriter reprehendit.* Et quando non diuerberatur ingratitudo dilectionis documentis? Cum igitur pater osculo corripit delinquentem, nec à famulis vult filij aspectari nuditatem. 47.

Pater corripuit osculo filium, curans, vt sibi soli nuditas filij pateficeret. Luc. 15 Chrysol.

August. Petian.

Dominus ad Iob, *Numquid qui contendit cum Deo tam facile conquiescit?* Cap. 40. Pergit Deus exiguа iustissimi Iobi piacula corripere. Postquam autem locutus est Dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem: *Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob.* Cap 42. Nunc ô Domine, cur laudibus efferes, quem paulò ante subtaxatas? Profectò cum solus cum solo Iobo colloquitur, cum inter se, 48.

Cum Iobum Deus corripit, solum adit: cum adsunt amici, eum laudibus effert. Iob 40. Iob 42.

se, & eum solùm reprehendit. Cum autem extranei adsunt, eum qui corripuerat iam commendat. Pulchrè Oleaster, ad cap. 45. Gen. *Cum Dominus voluit arguere Iob, solum eum conuenit. Quem cum corripuisset seorsum, in publico apud amicos commendauit. Non estis, inquit, locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Mirabilis prudentia Domini; conuicerat ipse Iob, vt fateretur, se stultè locutum; & apud amicos commendat eius locutionem rectitudinis.* Quid mirum iubeat, *corripe eum inter te, & ipsum solum.* Oleast.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Si peccauerit in te, vade & corripe eum, &c.

Si debemus corripere omnia proximi delicta, cur speciatum dixit Dominus: *Si peccauerit in te frater?*

Certè vt innuat velocitatem, qua vti debemus, vt proximum extrahamus à crimine.

49. *Pœnitentiam non differendam confirmo* Maldon.

FATVR Maldonatus appositè, *Dixit autem, si peccauerit in te, & non generatim, si peccauerit. Quia tunc acerbi, tunc acres, tunc diserti reprehensores esse solemus, cum eos, qui contra nos peccauerunt, obiurgamus.* Curat Dominus, nos properanter accurrere ad fratris delinquentis correptionem, ne diu in crimine sinatur miserè & exitialiter commorari.

50. *Eodem die, quo corruis, debes genere pœnitentiam Dei Templi. Hoc curet, qui corripit Christi æmulator.* Ioa 2.

Dominus aliquando Iudæis aiebat, *Soluite Templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*, Ioa. 2. Cur non dixit, *Post tres dies, aut die tertia excitabo, sed in tribus diebus?* Vt moneat peccatores illico post casum operam daturos excitationi. An non *Templum Dei vos estis?* Si ergo diruta Dei spiritualia Delubra obiiciuntur, non die tertia, sed mox à primo dirutionis instanti debetis impendere studium reædificationi. Post duos dies, siue die tertia corpus Christi resurgat. Spiritus autem peccatoris emortuus nec diei vnius terminationem expectet. Pulchrè inquit Origenes, *Non enim scriptum est, soluite Templum hoc, & tertia die excitabo illud; sed Tribus diebus. Excitatur enim primo, quo solutum est, die & secundo: tribus autem integris diebus completur excitatio.* Monemur itaque illico post delictum pœnitudini studere, nec mox perfectam existimare. Petrus vix deliquit, cum ex atrio pœnitens abscedit, nec à fletu facile recessit; sed diu *fleuit amarè.* Mat. 26. Christus ergo Templa Dei excitaturus monitis, correctione, mox vadit, vt corripiat. Orig. Mat. 26

51. *Cum peccator quatriduanus est, omnipotens correptio est necessaria.* Ioa: 11. Chrysost.

Audierat Dominus, Lazarum ægritudine laborare, sciuerat morte esse correptum, nec illicò accurrit, vt à mortis erueret potestate. Tandem init Bethaniam, à Martha excipitur, & roganti Domino, *Vbi posuistis eum?* respondet, *Domine, quatriduanus est, iam fœtet*, Ioa. 11. Ad quæ Chrysostomus hom. 62. in Ioa. *Considera, quid hæc dicat. Tanquam iam impossibile esset. Erat enim admirabile, vt quatriduanum, & fœtidum mortuum suscitaret.* Ac si diceret Martha. Cur requiris, vbinam cadauer commoretur quatriduanum, & fœtidum? An non impossibile peccatorem conuerti, & à morte criminis excitari post diutinam in crimine commorationem? Profectò quodammodo opus est diuinæ omnipotentiæ admirabile. Quatridoanus est? Infert acute Ericus, *Cum quatriduanus, seu desperatus aliquis à sepulchro peccatorum eripitur, Dei potentia ab intuentibus prædicatur.* Preme illud: *Quatriduanus, seu desperatus.* Nam qui plures dies permanet in delicto, quodammodo inter desperatos coniacet: quid plures annos coniacens in sepulchro? Christus Dei Filius exerit potentiam suam vt ad vitam reuocet quatriduanum, stude ergo qui omnipotens non es, mox post spiritualem obitum accurrere, vt corripias, & à tumulo valeas excitare. Ericus.

52. *Deus Cainũ delinquentẽ illicò corripuit, ne vulnus putresceret.* Gen 4. Chrysost.

Iracundia aduersus Abelem Cain afficitur, & mox Dominus eius dat operam correctioni: *Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris recipies: sin autem male statim peccatum tuum in foribus aderit?* Genes. 4. Cur tam citò monetur, & corripitur? Certè quia si pœnitudo peccatoris differtur, assolet indurari, & desperationis barathro obrui. Chrysostomus, *Postquam vidit illum Deus ab inuidentia affectione impugnari, vide, quomodo pro sua benignitate congrua ipsi remedia ponat, vt statim educatur, & aquis non obtegatur.* Illud enim differre pœnitentiam, idem est ac aquis obtegi, & miserè obrui peccatorem. Vnde qui differt correptionem annuit proximi desperationi.

53. *Vigilat correptor, vt cum primum viderit fratrem delinquentẽ mox corripiat.* Iere Rupert.

Ieremiæ Dominus. *Quid tu vides Ieremia?* Ille autem, *Virgam vigilantem ego video.* cap. 1. Quid virga nisi Dei correptio? Cur autem vigilans ostentatur? Quia correptio debet quasi vigilans spectare, an homo delinquat, vt mox ei adhibeatur vulnus salutare. Ne scilicet dormiente virga correptionis delinquens ardentem deferatur in ollam; *Ollam succensam ego video*, Rupertus lib. 1. in Iere. cap. 5. *Illud sciendum, quia sic veniet Iesus, vt primus aduentus eius cunctis cum recipientibus paterna sit vigilans virga correctionis.* Vbi paterna, seu fraterna correctio erat obiicienda, virga exprimitur vigilante, vt quamprimum vulnus inferatur homini delinquenti.

54. *Gallus gerens typum correctoris, continuò Petrum delinquentẽ monuit, corripuit.* Mat. 26. Chrysost.

Apud Scripturam diuinam & humanam sapientiam gallus vigilantis Præsulis gerit imaginem. Abnegat Petrus, *Tunc cœpit detestari, & iurare, quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit, & recordatus est Petrus.* Matth. 26. Preme particulam, continuò. Cum gallus gerat correptoris imaginem Iesu vincti personam gerentis, aptè continuò canit, vt Petrum admoneat, & corripiat; ne difficilior reddatur decursu temporis pœnitudo. Chrysostomus hom. de Negat. Pet. to. 6. *Non noui hominem istum, ait Petrus, & continuo gallus cantauit, ille inuictus Petri accusator, prauius sententia Dominicæ præco, ac patronus, negationis proclamator, prænotionis index, ac pœnitentiæ, lacrymarúmque admonitor.*

Qui

Qui enim admonitoris, & correptoris gerebat personam, continuò debebat vulneri Petri adhibere medicamen, ne inueterato serò medicina pararetur.

55. *Bonus frater delinquentē proximum mox corripit; impius autē sinit putrescere vulnus in vulnerati exitium* Prouerb. 13. Caiet.

Opportunè admodum sapiens, *Verbum mendax iustus detestabitur, impius autem confundit.* Prou. 13. Caietanus legit, *Verbum falsitatis odio habebit iustus, & impius faciet putrescere.* Propriū enim odio habentis est, (ex Maldonati mente) audito mendacio in se contorto, aut in alium proximum, aut amicum, illicò corripere delinquentem. At impius, dissimulans, facit putrescere, ut difficilior sanitas reddatur. Addit Cardinalis, *Iustus odio prosequitur iniquitatem occultam, arguendo mox occultantem eam falsa demonstratione, vt corrigat se huiusmodi simulator. Qui contra impius tacebit, & faciet putrescere iniquitatem alterius non correptam.*

Observatio VII.

Ad illa verba:

Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ.

His, qui ex officio tenentur corripere delinquentes, deferenda est proximi pertinacia, vt ipsi corripiant.

Durum enim est, correctionis verba exaudire, ab eo, ad quem ex officio non attinet, reprehendere.

56. X officio proximus debet proximum delinquentem corripere, ex officio vnus, duo, aut tres testes adhibiti corrigere tenentur. At si adhuc frater pertinacia teneatur, hæc ad Ecclesiam deferenda, id est, non ad alios extraneos, sed ad Ecclesiam, siue ad Præsules, qui ex munere tenentur delinquentes corripere. Chrysostomus, *Dic Ecclesiæ, id est, eis, qui præsident.* (Chrysost.) Non dubiuto, quin res sit molestissima, correptionis vulnus subire ab eo, qui corripiendi munere non fungitur. Corripiendi potestas à Deo, proximus proximum delinquentem corripit, quando lege tenetur, Dei vti vicarius. Ecclesia corripit vices Dei exerens. Sic patres. Sic Domini. Ab his dulce corripi, ab aliis res plena amaritudine.

57. *Nec Angelus audet Diabolum blasphemantem corripere, quia Dei munus.* Iud 9. Hieron. Caiet.

Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non ausus est, iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit; Imperet tibi Deus. Iudæ cap. 9. Cur non audet Angelus Angelum delinquentem corripere? Certè quia munus illud Dei erat, aut vicarij. Tunc autem Archangelus non acceperat à Deo corripiendi potestatem. Hieronymus, *Merebatur quidem diabolus maledictum, sed per Angeli os exire non debuit.* Non debebat Angelus ex officio corripere, ideo Deus tradidit corripiendum. *Imperet tibi Deus.* Caiet. *Increpet te Deus.*

58. *Admittitur libenter correptio Iudithæ, quia Dei gerebat ignitionis personam.* Iudith. 8.

Audiuit Iudith, *quoniam Ozias promisisset, quod transacto quinto die traderet ciuitatem Bethuliæ, misit ad Presbyteros Chabri, & Charmi, & venerunt ad illam, & dixit illis. Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyriis, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? Et qui estis vos, qui tentatis Dominum? &c.* O fœmininæ imprudentiam. Quis te ad corripiendum Proceres immisit audacem? Exasperati ne Principes? *Et dixerunt illi Ozias, & Presbyteri. Omnia, quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio.* cap. 8. An non reprehensibile est, quod audeat fœmina Presbyteros, & Proceres reprehendere, & corripere delinquentes? Minime, quia à Deo immissa speciali inspiratione operam dedit corrigendi muneri. Dionysius Carthus. (Carthus.) *Ozias, & Presbyteri exhortationem, & increpationem fœminæ patienter, & humiliter susceperunt, quia ex zelo iustitiæ, & charitatis feruore, & inspiratione diuina, non iactanter, fuit locuta.* Si diuina inspiratione non ageretur fœmina, impatienter quidem Presbyteri correptionem audiuissent. Molestissimum enim planè est, taxari ab eo, qui corripiendi officio non fungitur.

59. *Solus figulus potest vas confringere, id est, Deus solus aut vicarius illius hominem ictu correptionis afficere.* Menand.

Prætermitto Menandri Comici Græci carmen, vt Dauidicum aliud exponam. *Correptionis ictu vas fregisti. Rursum non tantas vires exere. Præcipuè cum sis minimè figulus.* Ad figulum pertinet vas ictu perfringere, & rursum reformare; qui figulus non est, cur correptionis ictu vas confringere audet? Certè correptio à non figulo, à non Præsule, à corripiendi munere non fungente, vasis est confractio, cordis imminutio. Iam canit David, *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Psalm 2. (Psal. 2.) Qui nam velut vasa figuli corripit virga delinquentes? Certè Christus solus, qui virga ferrea vtitur proprij iure dominij. (Ildephons.) D. Ildephonsus lib. 1. de Virg. c. 7. *Nulli alteri hominum dixit, quia nulli alteri hominum dedit hereditatem suam gentes habere, quas regeret in virga ferrea, & quas contereret velut vasa lutea figuli, non humani exempli edicto, sed proprij iure dominij.* Solus Deus, qui figulus est, qui virgam gestat habet potestatem corripiendi, & correctione vas confringendi sine vasis iniuria.

60. *Iob, vas quidem multis validis ictibus actus, non queritur, quia figulum ferientem recognoscit.* Iob. 19.

Ictum validum Iob accepit, quo vas omnino comminuitur. An conqueritur correptionis actus vulnere? Minimè, quia Deum figulum contemplatus est, apud quem potestas confringendi, & reformandi. *Conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Non concedit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus. Si fortitudo quæritur, fortissimus est; si æquitas iudicij, nemo audet pro me testimonium dicere.* cap. 19. O vas tot ictibus actum! Cur non quereris? cur non ostendis te ex animato luto constare? Non queritur vas, quia ictus figuli recognoscit. (Greg.) Gregorius lib 9. Mor. cap. 12. *Vir sanctus impletum se amaritudinibus asserit, sed inter hæc mitigat vim doloris considerata potentia ferientis.* Quid si impotentia ferientis consideretur? Quot tragœdias vas excitabit?

61. *Videns autē vas se per-*

Audite idem vas ab amicis vulneratum, ad quos non spectabat corripiendi munus. *Quare perse*

cussum ab iis, ad quos non pertinebat correptio, conqueritur acriter. Job 19.

persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Iob 19., Deus qui figulus est, potest vas perfringere. Vos autem quonam iure me corripitis, & vas ictibus vulneratis non figuli? Actus à Deo vulneribus tam acribus, obticet: ab hominibus tactus conqueritur. O quam intolerabile correptionis vulnus à non habente ex munere, aut obligatione, potestatem! *Qui perdis animam tuam* (inquit Baldad) *in furore tuo; numquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo?* Ibid. O amici sine iure vas comminuentes! *Quare persequimini me sicut Deus?* Pulchrè Gaspar Sanchez, *Vos hostiles in me profertis aculeos, & eo, quo Deus, studio, atque conatu laceratis. Quasi vobis in me liceat, quod licet Deo.* Soli figulo licet, vas ictibus lacerare.

Gaspar Sanchez.

Observatio VIII.

Ad illa verba:

Si te non audierit, adhibe adhuc tecum vnum, aut duos,

Licet frater correptus à nobis, non audiat: non illico Ethnicum reputabimus; sed vnum aut duos correptores simul adhibebimus,

Sciamus enim oportet, erga peccatores longanimitate, ac pietate vti, ad eorum correctionem.

62. AN post correptionem non auditam nostram, iubemur delinquentes Ethnicos reputare? Minimè sed magis expectare, & instare corripientium multiplicatione; vt tandem longanimitate, ac pietate nostra peccator ad meliorem mentem adduci possit. D. Chrysostomus, *Cum non sit hac correctio vindictæ gratia, sed emendationis: iubet adhuc duos accipere, quando ille corrigi non voluerit.*

Chrys.

63. Preme illa verba: *Adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.* Matth. 18. *Omne verbum?* Quonam modo omne verbum stabit in ore duorum aut trium testium? Certe illa dilatione, ostendes quasi aperto testimonio, te omnia gessisse, quæ poteras ad fratris emendationem. Pulchrè Chrysostomus apud Saa. *In ore duorum vel trium stabit omne verbum, id est, post hæc habebis testimonium, &c. totum fecisse, quod tuum erat.* Nec enim frater delinquens vti Ethnicus, & Publicanus habendus nisi post corripientis testimonium huiusmodi: *Quod debui facere, feci.*

Quod, nostrū est omne agere debemus circa correctionē fratris. Matth. 18. Chrys.

64. Paulus ait. *Dicit enim scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitaui te vt ostendam in te virtutem meam.* Rom. 9. Dic mihi, quæso, quonammodo Dei potentia, aut virtus in Pharaone ostensa est: Pende verbum, *excitaui te.* Dormiebat Pharao, somno peccati corripiebatur. Immisit ergo Deus Moysem, & Aaronem, qui eum acri correptione excitarent. Non audiuit, nec tamen Dominus eum omninò comminuit, benignus expectauit, & non ista vnum aut duos, sed totidem testes adhibuit cum Mose quot plagas immisit. Postquam autem agnouit peccatorem immedicabili duritie laborare, eum sicut Ethnicum & Publicanum à se omnino deturbauit in barathrum: *Descendit in profundum quasi lapis.* OEcumenius, *Dei virtus longanimitas est, & virtus maxima. Quis enim non obstupescebat, vbi adeò longanimem Deus sese præbuerit? Dicit enim. In hunc finem permisi te regnare, vt appaream longanimis.*

Dei longanimitas in ex-[spectando moniendo, & corripiendo Pharaonem.] Rom. 9.

[...] spectando moniendo, & corripiendo Pharaonem.

OEcum.

65. Tanta orbis malitia laborabat, vt Conditor ipse proclamaret, *Delebo hominem, quem creaui, à facie terræ ab homine vsque ad animantia, à reptili vsque ad volucres cæli; pœnitet enim me fecisse eos. Cumque vidisset Dominus terram esse corruptam, dixit ad Noe: Finis vniuersæ carnis venit coram me Fac tibi Arcam, &c.* Gen. 6. Si finis iam hominum delinquentium instat, quare Arca extruenda iubetur? Quare tàm prolixæ moræ, centum scilicet annorum, instituuntur? Certè quia finis ille *coram me*, id est, coram Deo, qui patiens est, qui longanimis non studet perditioni, sed dat operam correctioni. Vnde Arcam fabricari iubet tot annorum spatio, vt toties peccatores corripiantur, quoties ictus audierint, quoties molem ædificationis fuerint contemplati. Huiusmodi, fateor, longanimis expectatio Dei solius est, qua quidem se Deum esse manifestat. *Finis venit coram me, fac tibi Arcam.* D. Hilarius ad Psalm. 144. *Hoc in Deo præcipuum, hoc in potente laudandum, non cælum fecisse, quia potens est; non terram fundasse, quia virtus est, non annum, Astris temperasse, quia sapiens est; non hominem animasse, quia vita est; non mare in accessus, ac decessus mouisse, quia Spiritus est: sed misericordem esse, qui iustus est, sed miserantem esse, qui Rex est, sed dissimulantem esse, quia Deus est.*

Cum finis vniuersæ carnis videbatur instare, adhuc Deus centum annos expectat, quotidie monens peccatores Gen. 6.

Hilar.

66. Proh hominis immisericordia! Qui ad Conditoris imaginem factus Dei longanimitatem æmulari debuerat. non solùm post correptionem primam non expectat, sed nec primæ dat operam correptioni. Si Dei longanimitas virtus, seu potentia est; à fortium numero meritò ablegabitur, qui moras non nectit circa proximi correptionem, sed post primam admonitionem vt Ethnicum, & Publicanum ducit ab hominibus separandum. Cùm lego Ioabi facinora, requiro fortium Israëlis Cathalogum, vt eius elogia recognoscam. At eum à Cathalogo expunctum inuenio. Causam meditor, & post diuturnam exquisitionem video, ideo inter fortes non fuisse annumeratum, quia caruit longanimitate, quæ hominem fortem Dei æmulatorem efficit. Pendente ex arbore Absalone, ait Ioab militi curanti adolescentem ab exitio liberari, *Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom.* 2. Reg. 18. loco illius particulæ. *Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te*, legit Hebræus, *Non sic expectabo coram te.* O virum muliebrem. Expectat post tot

Ioab à Cathalogo fortium expunctus, quia non expectaute adhuc Absalonem, vt correptus converteretur.

2. Reg. 18.

monenti

admonitiones Deus, expectat Dauid parens tot iniuriis actus: & indicit militibus, *Seruate mihi puerum Absalon*, vt multiplicatis correptionibus, tandem menti detur meliori: & tu non expectabis? Meritò à catalogo fortium expungeris, quia nec Dei nec Regis Dauidis longanimitatē æmulatis. Hilarius citat. *Fortis vir contra morem humana impatientia non festinat punire; sed dissimulat, & differt, & patientia solatium dilatione vltionis expectat.* Ergo Ioab non expectans, non instans Absalonis correptioni, dignus non est, qui inter fortes Dauid scribatur.

Hilar.

Observatio IX.

Ad illa verba:

Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.

Si postquam tuo muneri, & obligationi feceris satis, frater adhuc incorrigibilis exponitur, noli illum in numero fratrum deputare.

Nec enim vir misericors & Dei æmulator omnibus semper parcit: sed post expectationem demum punit.

67. QVID significat clausula illa: *Sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus?* Augustinus respondet ser. 16. de ver. Dom. *Si Ecclesiā non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, &c. id est, noli illum deputare in numero fratrum.* An hæc viri fortis, viri Dei imitatoris, & longanimis actio? Ita planè, nec enim viri misericordis est, omnibus semper parcere. Expectat quidem longanimis (vti obseruatione proxima vidimus) sed correptione sæpe in casum procedente, tandem diriter punit.

August.

68. Qui vocabulum *Pater* exprimit, misericordiæ dicit colligationem. Dauid Absalonis pater sæpe filium delinquentem corripuit, & demum comminuere iussit. Sic explicat noster Mendoza sapientissimus Lusitanus verba illa: *Seruate mihi puerum Absalon.* 2. Reg. 18. Debellate, frangite, vulnerate delicti reum, hominem autem puerum plane moribus & sapientia seruate: delictum pereat, viuat natura. Tantāne patri ira? Profectò tam impudenti peccatori post tot correctiones adhibitas non parcere, sed ex numero filiorum expungere viri patris misericordis est. Audi Senecam. *Numquid aliquis sanus filium ad primam offensam exhæredat? Nisi magna, & multa iniuria patientiam euicerint, nisi plus est, quod timet, quam quod damnat, non accedit ad decretorium stylum. Tarde sibi pater membra sua abscindat: etiam cum absciderit, reponere cupiat, & abscindendo gemat, cunctatus multum, diuque.* Expectat, cunctatur

Patris misericordis est post correptionem tandem filio non parcere.

2. Reg. 18.

Senec.

dio pater; sed post magnas & multas iniurias euicta patientia decretorium stylum arripit, & tarde denique membrum suum abscindit, id est, instar Dauidis, iubet filium dilectum exitiali ictu vulnerari. Hoc quidem patris misericordis est.

69. Christus ait, *Nec enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.* Ioa. 5. Cur Pater non iudicat? Certè quia benignissimus est. *Egredimini, & videte Regem Salamonem in diademate, quo coronauit eum Mater sua in die lætitiæ cordis sui.* Cant. 3. Quæ nam Mater illa? Psellus, *Mater illius Patris charitas fuit.* Igitur iam immensa Patris, seu potius dixeris, Matris charitatis Dei dilectio *omne iudicium dedit Filio*, vt post tantam expectationem post tot correptiones demum puniat ingratos. En materna misericordia cum grauissima punitione criminum colligatur. *Discedite* (ait Iudex Filius) *maledicti in ignem æternum.* Matth. 25. Dixerat, *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum.* At eum tartaro addicit peccatores, virtualiter etiam Patris maledictionem exprimit. Nec enim infinitæ pietati paternæ repugnat, post tot monita, & correptiones peccatores filios tartaro addicere, Filij vtique iudicis sententia: *Omne iudicium dedit Filio.*

Pater æternus Mater est innata charitate in peccatores: tamen dat iudicium Filio, vt candē puniat ingratos.

Ioa 5.
Cant. 3.
Psellus.
Mat. 25.

70. Sic Dauid cum à Ioab pluribus esset affectus iniuriis, non ipse illum exitialiter vulnerauit. Quare, precor, ait ipse, *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Quasi repugnabat tantæ omnimodæ mansuetudini Ioabum delinquentem de medio tollere. At moriturus Salomoni filio profatur. *Tu quoque nosti, quid fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus Principibus exercitus Israel, Abner filio Ner, & Amasæ filio Iether: quos occidit, & effudit sanguinem belli in pace. Facies ergo iuxta sapientiam tuam, & non deduces canitiem eius pacifice ad inferos.* 3. Reg. 2. An ô Dauid, decet tanta crudelitas eum, qui omnem mansuetudinem copulauit in corde? Certè vir omnis mansuetudinis noluit reum iudicare, *sed omne illud iudicium*, Dei æmulator *dedit filio*; ne post tot iniurias pacifice tumulo recluderetur.

Sic Dauid vir omnis mansuetudinis iudicium contra sæpe delinquentē Ioab. m. dedit Salomoni filio.

3. Reg. 2.

71. Id ex ipsa Ioabi nece Absaloni inflicta exponam. Ait Ioab, *Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te, Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon.* 2. Reg. 18. Ad quæ Theodoretus quæst. 14. *Dux autem exercitus sinens patrem misereri, in cor execrandissimum tria confixit tela.* Premo particulā, *sinit patrē misereri.* An non aptius dixisset. Non sinit patrem misereri? Vt respondeam præmitto Ioabum amicum Absalonis extitisse, cuius intercessione adolescens fuerat Dauidi reconciliatus. Vnde ex interpretum mente existimo Ducem operatum fuisse iuxta mentem Regis iubentis re ipsa filium interimi, licet paterno clamitaret affectu: *Seruate mihi puerum Absalon.* Ideo cum præcipit Dauid Salomoni, non pati, Ioabi canitiem in pace recludi sepulchro, non memorat Absalonem triplici confixum lancea; quia iustè occisum contemplaretur. Itaque dum occidit Ioabus Absalonem quasi præcepto tractus, *sinit patrem misereri*; quia misericordem se præbebat pater, dum post tantam dissimulationem, post tot correptiones, puniebat ingratum.

Misereretur Dauid pater dum post tot correptiones filium occidi iubet.

2. Reg. 18.
Theodor.

72. Herclè bona & perfecta misericordia est, quæ

Bona misericordia est,

quæ non semper potest parcere,

quæ non possit semper parcere, sed aliquando locum det seueritati. Captus fuit Tyrannus insignis à militibus, & ad Theodosium clementissimum Imperatorem adductus, vt eum neci iussisset addicet. Quid Imperator? Pacatus in Paneg. Theod. *Iam cœperas de eius morte dubitare, & deieceras oculos, & vultum rubore suffuderas, & cum misericordia loquebaris. Sed bene est, quod non omnia potes. Tui te vindicant. Rapitur ergo ex oculis Tyrannus, & ne quid licere posset clementia, inter innumeras manus defertur ad mortem.* Preme illud: *sed bene est, quod non omnia potes.* Bonum enim vtinimè esset, si tam flagitiosum tyrannum posset parcere. Vnde, instar Dauidis, mansuetissimus Imperator illud iudicium militibus exequendum dedit.

SECTIO SECVNDA.

Ligandi, ac soluendi potestas.

TEXTVS.

VERS. 18. AMEN dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt
ligata & in cœlo: & quæcumque solueritis super terram, erunt
soluta & in cœlo. 19. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis
consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre
meo, qui in cælis est. 20. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine
meo, ibi sum in medio eorum. 21. Tunc accedens Petrus ad eum dixit; Domine,
quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies? 22. Dicit
illi Iesus: Non dico tibi, vsque septies; sed vsque septuagies septies.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De potestate Ecclesiæ circa peccata dimittenda.

1. *Ad quos nam hæc verba pertineant? Origen. alij.*



QVODCVNQVE *alligaueritis.* Origenes, Anastasius Nicæ. q. 2. in scrip. Theophylactus, & alij putauerunt hæc verba ad eos solos, contra quos peccatum est, pertinere, hac sententia: si illis iniuriam remiseritis. Deus etiam remittet; si non remiseritis, non remittet. Mouentur ex consecutione verborum; quia dixerat Christus paulo antè, *Si peccauerit in te frater tuus*, & nunc dixit, *Quæcumque alligaueritis, &c.*

2. *Non admittitur expositio.*

Facile hic error refutatur; perspicuum enim est, Christum eum, contra quem peccatum est, testes, & Ecclesiam distinguere: & soli Ecclesiæ dicere, *Quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo.* Deinde cum dicit, *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus*, manifestè ostendit, Ecclesiam ab eo, qui ad Ecclesiam peccatorem detulit, distingui hoc sensu: si Ecclesiæ liganti non obedierit, sit tibi, contra quem peccauit, tanquam Ethnicus, & Publicanus. Ergo alius est, qui iniuriam accipit: alius qui ligat, & soluit.

3. *Auctoris sententia.*

De externa itaq; & interna ligandi, ac soluendi potestate Ecclesiæ tradita Christus locutus cum dixit: *Quodcumque alligaueritis, &c. erunt ligata, & soluta in cælo,* id est, apud Deum ligatur, & soluitur non solum extrinsecus, & hominum opinione; (vt asseruere quidam nescio an satis Catholici) sed etiam intrinsecus, & re vera ligatur, & soluitur. Vltimum est Ecclesiæ tribunal, ad quod sunt peccatores, cum aliud non est emendationis remedium, deferendi. Ideóque summam Dominus Ecclesiæ tribuit potestatem. Hieronymus, *Potestatem tribuit Apostolis, vt sciant incorrigibiles, qui a talibus condemnantur, humanam sententiam diuina corroborari.* Hieron.

---

§. II.

De oratione cur adiiciat tractatum?

4. *An hæc cohæreant cum superioribus? Hieron. & alij.*

ITerum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint, &c.] An hæc cum superioribus cohæreant? Hieronymus, Hilarius, Chrysostomus, & alij eo pertinere existimant, vt Christus concordiam, de qua loqui cœperat, cum dixit: *Si peccauerit in te frater tuus, &c.* magis commendaret, dicens, tantum valere concordiam, vt quotiescumque duo ad aliquid postulandum a Deo conspirauissent, obtenturi essent.

5. *Auctoris expositio. Maldon. Gregor. Saa.*

Ego quidem reor cum Maldonato, & aliis, Christum a minori ad maius duxisse argumentum. Si quidquid duo petierint, Deus illis concedit: quanto magis Ecclesiæ iudicium ratum habebit: Gregorius lib. 7. Regist. epist. 110. sic exposuit. *Iterum dico vobis*, Saa, *Præterea, rursus dico*: ac si diceret, non solùm quæcumque ligaueritis super terram erunt ligata & in cælo; sed, quod amplius est, etiam vobis promitto fore, vt quidquid duo de vobis communi consensu petierint, consequantur.

6. *Apostolos*

Est qui putet, propterea Christum de oratione hæc addidisse, quia intelligebat, Apostolos, & qui

decet oratio ad munus exercendum

quicumque ligandi, atque soluendi haberent potestatem, nunquam ea nisi præmissa oratione vsuros esse, qua, oratione precarentur, vt Deus sibi gratiam impertiret recte, iusteque iudicandi. Maldonato placet.

Maldon.

7. *Mystica loci huius expositiones.* Origen. Ambrof. & alij. *Alia literalis* Euthy. *Authoris mens.*

Quia si duo ex vobis consenserint super terram, &c. Origenes, *si vir & vxor ab vsu coniugij orationis causa abstinere consenserint, quidquid petierint, impetrabunt.* Ambrosius, Beda, Theophilactus, & alij, *Quidquid sine vllo malo affectu, id est, carne aduersus spiritum non repugnante, petierit homo, facile consequetur.* Euthymius ad solos Apostolos refert. Anastasius ad reprehensum & corripientem. Ad omnes Christianos referendum existimo, quia sequitur, *Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Quæquidem sententia generalis esse videtur.

8. *Cælo terram opponit.*

Super terram.] Cœlo terram opponit, significans eos, qui precantur, quamuis in terra essent, longeque a cœlo distarent, ibi tamen eum precarentur, exaudiendos esse.

9. *Quid sit, de omni re. Cur non semper petita consequamur* Chrys.

De omni re.] An quidquid petierimus bonum aut malum sumus impetraturi? Non adeò generaliter intelligenda est sententia. Sic expono: *De omni re* parua, & magna; facili, aut difficili. Cur non semper consequimur, quod postulamus? Chrysostomus respondet, *Non impetrant aliqui, quia non petunt expedientia, vel quia sunt indigni, vel petunt misericordiam peccantibus, qui non pœnituerunt.* Sæpe postulas quod malum non est, sed expediens non est saluti. Ideo addendum illi clausulæ existimo: De omni re parua, aut magna: facili, aut difficili, quæ ad salutem expediat.

10. *Iesū in medio eorum esse ratio impetrandi.*

Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum.] Ideo plane quidquid duo consentientes petierint in nomine meo impetraturi sunt, quia ego in medio eorum sum. At si verba hæc versui decimo octauo velis hærescere, probat fore vt quidquid ligauerint super terram sit ligatum & in cœlo: & quiquid soluerint super terram sit solutum & in cœlo: quia ipse in medio eorum est, pro illis ligans, aut soluens.

11. *Quidnam sit, in nomine Christi congregari?* Euthy. Chrys. Maldon.

Quidnam est in nomine Christi congregari? An propter Christum? sic Euthymius, & Chrysostomus. *Qui congregantur, nihil aliud quam gloriam Christi quærere debent.* An inuocato nomine Christi? Melius reor conuenire hoc, quia de oratione agebatur. At cum Maldonato, & aliis existimo in nomine Christi congregari, idem esse, ac Christi authoritate, eiusque personam gerentes conuenire. Paulus ita fatur, sc. *in nomine Christi* id est, Christi authoritate *Corinthium illum Satanæ tradidisse.* 1. Cor. 5. Ita 1 Cor. 5.

Apostolos legimus in nomine Christi Baptizasse, & miracula gessisse. Itaque cum ij, qui authoritatem in Ecclesia iudicandi habent, ad orandum conueniunt, eo ipso in nomine Christi dicuntur conuenisse.

Ibi sum in medio eorum.] Quid est Christum in medio eorum existere? Hilarius, *In illis per gratiam habitare.* Sed modo isto in omnibus iustis adest, quamuis congregati non sint. Alij, *Pro illis petit, pro illis orat.* Arbitror non solum auxilium, sed etiam authoritatem significari, hoc sensu: Ego in medio eorum tanquam supremus Iudex sedeo, eorum sententiam confirmans, quam in meo nomine pronunciant. *Deus stetit in synagoga Deorum, (Iudicum) in medio autem Deos diiudicat.* Psal. 81. sic Maldonatus, & alij.

12. *Quid sit, Christum in medio eorum existere?* Psal. 81. Maldon.

Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus & dimittam ei?] Cur Petrus hanc Domino quæstionem proposuerit? Hieronymus, Quia Christus dixerat, si peccauerit in te frater tuus, vade, corripe eum. Non placet, quia Christus non de iniuriæ remissione, sed correptione fraterna fuerat locutus. Assero id cum Hieronymo, si Lucæ lectioni hæreamus addenti prædictis verbis: *Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi.* Cap. 17. Matthæus silentio addixit, sed proculdubio Christus præfatæ sententiæ, *si peccauerit in te, &c.* copulauit.

13. *Vnde cur Petrus hanc Iesu proposuerit quæstionem?* Hieron. Luc 17.

Vsque septies.] Quod Christus indefinitè dixerat, Petrus definite intellexit. Maldonatus, *septies, id est, quotiescumque peccauisset, fratri offensionem esse remittendam Christus significauerat.* Certum est septenarium numerum pro indefinito, atque incerto adhiberi solere. *Septies in die cadit iustus, & resurgit.* Pro. 24. Id est, quotiescumque ceciderit, resurget; quia eum Dominus non deseret.

14. *Quid, vsque septies.* Maldon. Pro 24.

Non dico tibi, vsque septies, sed vsque septuagies septies.] Numerum indefinitum in denariũ conuersum, & per eundem multiplicatum magis infinitum reddidit. Re ipsa idem est, *Vsque septies, & vsque septuagies septies.* quia vterque numerus numeri negationem id est, innumerabilitatem significat. Ac si diceret: Non solum dico tibi, vt innumerabilibus vicibus fratri remittas: sed etiam innumerabiliter innumerabilibus. Sic Chrysostomus, & Euthymius. An iubentur Sacerdotes, absolutionem sæpè delinquentibus temerè impertiri? Minimè, sed docentur offensi, semper ad ignoscendum esse parati.

15. *Exaggeratio misericordiæ, et veniæ.* Chrys. Euthy.

IN IESVM CONCIONANTEM.

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM.

EX LIGANDI, AC SOLVENDI potestate.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Si duo ex vobis consenserint super terram.

Omnia, quæ à Deo precanda sunt, asserit Dominus, consensionis, & vnitatis merito esse impetranda.

Nisi oraturi, ac docturi concordia fuerint colligati, nec à Deo exaudientur, nec proximo proficient.



16. Hilar. FATVR D. Hilarius, sermonem hic de ministris Ecclesiæ pro salute animarum orantibus: vbi apertè innuitur, quanti apud Deum concordia, ac vnitas iustorum æstimetur. *In tantum* (addit) *humanæ pacis studuit concordia, vt vnitatis merito omnia, quæ à Deo precanda sunt, impetranda esse confirmet.* Igitur quia oratio panis Doctorum ac ministrorum Ecclesiæ quotidianus est, sine quo (vt vidimos in commentario) non possunt apte proximos soluere, & illigare: tam necessariam ait esse concordiam, ac precum exercitamenta. Sicut Doctores non possunt exorare nisi consentiant, haud poterunt dissidentes ligandi, ac soluendi, reliquisque ministeriis operam expedire.

17. *Euangelij ministri sensile sunt vnanimiter orantes, & illuminantes Ecclesiam, Deo vim inferentes* Cant. 4. Galen. Tertul. Philo. Carpat. Fatur sponsus, *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Cant. 4. Vbi Philo Carp. asseruit Doctores Ecclesiæ in oculis assignati? Cum Ecclesiæ luminibus Doctoribus, & Euangelij ministris quid? Galenus lib. 10. de vsu part. cap. 10. Licet oculi duo sint, ob internam tamen vnionem non duplicatas sed singulas res vident; nisi non sani, sed caligantes fuerint. Tertullianus, *Lippientibus oculis singularis lucerna numerosa est.* Multi Doctores, Apostoli, Concionatores; sed circa contemplationis internum aspectum & externam doctrinæ prolationem, idem sapiunt, vnanimi consensu degentes. Philo ad hæc, *Ob id in vno oculorum, & in vno crine sponsæ se Dominus vulneratum esse dicit: non autem duobus oculis, neque multis crinibus: vt ne quid nisi spirituale totum esse intelligamus, sanctæque concordia, & charitatis plenum.*

Petrus Dami. ser. de Apost. affirmauit Petrum & Paulum duo esse Ecclesiæ lumina. Porrò quæ Dominum non semel dulciter vulnerauerant vnitate, Simonem Magum exitialiter percussere, velut Reguli. Consentientes enim orarunt; vt Dominus monuit, ac simul salutarem doctrinam vnanimiter profuderunt. Pulchrè Cyrillus Ierosol. Catech. 6. *Dilatato errore Simonis Magi, per amicorum bonorum illam calamitatem correxit. Petrus & Paulus, cum essent Præsides Ecclesiæ. Cum enim prædicaret Simon, in cælos se ascensurum, & vehiculo dæmonum in aerem esset sublenatus: flexis genibus Dei serui, & concordiam ostendentes, de qua dixit Iesus, Quod si duo ex vobis consenserint, de quacumque re, quam petierint, fiet ipsis, concordia hoc telum per orationem emittentes in Magum, deiecerunt eum in terram. Quid argumento accommodatius?* 18. *Petrus & Paulus oculi Ecclesiæ, vnanimiter orantes, & docentes Magum deturbauerunt.* Petr. Dam. Cyril. Ierosol.

An non decet Euangelij ministros simul orare, & docere? Ita Origenes. *Porrò Ecclesiæ Doctores proferentes verbum salutare, ac simul orantes.* Nec à Deo exaudiuntur, nec proximis proficiunt; qui discordes inter se telum immittunt. *Ista est causa,* (Origenes addit) *propter quam non exaudiamur orantes, quia non consentimus nobis super terram, nec dogmate, nec conuersatione.* Appositum adiicit exemplum: *Sicut enim in musicis nisi fuerit conuenientia vocum, non delectat audientem: sic & Ecclesia nisi consensum habuerit, non delectatur Deus in ea, nec audit orationes eorum.* 19. *Non exaudiuntur orantes, nec proficiunt docentes, nisi concordes vtrumq. iaculum mittant.* Orig.

Rursum sponsus, *Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis.* Cant. 4. Vbi Gregorius Doctores Ecclesiæ in vno & altero hinnulo recognoscit. Hi vno editi partu quam simillimi, compares, & concorditer degunt, simul pascuntur in liliis ex contemplationis, orationisque exercitamento, simul prædicant. *Gemelli dicti sunt, quia concorditer pascuntur, concorditer prædicant, concorditer ex liliorum alimento sapiunt.* 20. *Doctores simul sugunt vbera orationis, & prædicant, ex vnione proficientes.* Cant. 4. Greg.

Ieremias appositè, *Sedebit solitarius, & tacebit.* Thren. 3. Qui à fratre abstrahitur ex discordia, taceat, nec orationi studeat, nec doctrinæ proferendæ operam impendat. Nam diabolus ab orante non vincitur, nec à docente peccata vulnerantur. At si Ecclesiæ 21. *Taceat solitarius, aut singularis, nec oret, nec doceat.* Thren. 3.

ministri

siæ ministri consentiant: quid? *Quomodo si persequatur vnus mille, & duo fugarent decem millia.* Deut. 32. Duo consentientes decem millia hostium in fugam emittunt. Chrysostomus hom. 1. de dilect. *Nihil cum concordia comparandum, dilectissimi: sic enim singuli multorum instar erunt. Si enim vnanimes fuerint* (aut orantes, aut docentes) *iam vnus non est vnus, sed singuli eorum quasi decem millia sunt. Et si inimicum habeant, qui duorum vnum inuadat, ille non secus ac si decem aduersus esset capitur.*

Deut. 2. Vnus ulteri consentiens quasi decem millia. Chrysost.

21\. Cum filij Adam turrim illam mundi miraculum exædificarent, descendit Dominus, vt videret ciuitatem, & turrim, quam ædificabant filij Adam; & dixit, vnus est populus, & vnum labium omnibus: cœperúntque hoc facere, nec desistent. Gen. 11. Vbi Del Rio noster, *Vnum labium omnibus, ac si dicat cum quadam ironia, concordi studio feruntur, animis & lingua conspirant: quis queat illis obsistere?* Conspirent animis & lingua Doctores, ac Euangelij ministri orent, & doceant vnanimiter: quis eis obsistet: Deus quodammodo eorum precibus debellabitur.

Labium vnũ multorum ad orandum inexpugnabile. Gen. 11. Del Rio.

Observatio II.

Ad illa verba:

De omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo.

Quidquid Euangelij ministri petierint pro salute corrigendorum, impetrabunt.

Tanta enim orationis efficacia, vt vel Ethnicis, ac Publicanis, penè desperatis, corrigendis, ac conuertendis vim exerat.

22\. PARTICVLAM illam: *De omni re.* Sic Suarez exposuit; *De omni re quæsita pro salute corrigendorum.* Sit frater tuus tibi sicut Ethnicus, & Publicanus incorrigibilis pene desperatus: accedat oratio pro eius salute: quidquid petieris enixè, consequeris. O vim orationis! Post tot frustra intentata remedia desperatam iam salutem impetrat ægrotanti?

Suarez.

23\. Ait Paulus, *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes pro omnibus hominibus.* 1. Timot. 2. Pro omnibus hominibus? An pro Ethnicis & Publicanis desperatis, quos nec fraterna correptio, nec duorum, aut trium testium admonitio, nec Ecclesiæ anathema potuit adducere ad pœnitudinem? Pro desperatis huiusmodi peccatoribus obsecro fieri obsecrationes. Profectò verbum, obsecrationes, exprimit orationem quæ pro re admodum difficili profunditur D. Bruno, *Oratio dicitur quando res impetrabilis petitur, & deprecatinè; Obsecratio dicitur, quando quod ad impetrandum difficilimum videtur, postulamus.* Si ergo conuersionem peccatoris non obdurati; aut iusti profectum postulamus oratione, postulatione vtamur oportet. Si autem peccator induratus sit, & penè desperatus, ad obsecrationem, id est, ad feruentem & enixam orationem accurre. D. Thomas, *Oratio importat ascensum intellectus in Deum, obsecratio est sacra contestatio per Dei gratiam, & eius sanctitatem.* Obsecramus cum vulgariter dicimus, *Auisto de hacer Dios mio por vuestra sangre* Impetramus ergo cum vel pro desperatis obsecramus.

Impetramus cum obsecramus, sed enim precamur pro desperato peccatore. 1. Tim. 2. Bruno. Thom.

24\. Ioannes clamabat, *Regnum cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud.* Qui nam violenti cælum abripientes nisi penè desperati peccatores, qui nostris deprecationibus salutem assequuntur. Audi perpulchram Bernardi sententiam ser. de quatuor modis orandi. *Tale est illud orationis genus, quo solemus vti dicentes: Sancte Petre ora pro eis. Maximè vero illud obsecratio est manifesta; per passionem tuam libera eos Domine. Tale enim videtur, ac si latro deprehensus, ac iam vicinus suspensio, quando penitus desperat, nec inuenit in se vnde veniam deprecetur: obsecramus, per Passionem tuam libera eum Domine. Credo ego de talibus dici posse. Quia Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

Oratio nostra vim Deo infert, ad salutem eminsus pene desperatis. Bern.

25\. Heraclius aiebat, *Dotata coniux cor mariti debellat.* Vnde cecinit Iuuenalis. *Viuiant ædote fugitæ.* Quasi dos coniugis tristas sagittarum, mariti præcordia dulciter vulnerans, omnino eum debellet. Profectò orationis vis doti à Tertulliano lib. 1. ad vxor. cap. 4. comparatur. *Orationes suas velut dotes Domino Virgines sponsæ,* (seu sanctæ animæ) *assignant: ab eodem dignationem velut munera maritalia quotiescumque desiderant, consequuntur* Ergo si desiderant desperati penè peccatores reductionem, protinus assequentur; quia quod dos marito, hoc numini oratio.

Oratio dos est sponsum cælestem vincens ad auxilia quoque ac penè impossibilia. Heracl. Iuuen. Tert.

26\. Lazarus sepulchro addictus, & quatriduanus fœtens peccatoris desperati expressit imaginem. Chrysostomus hom. 5. de incomp. Dei natura, *Quemadmodum corpus hoc nostrum, si non adsit anima, mortuum est ac fœtidum: sic anima nisi se ipsam incitet ad orandum, mortua est, ac misera, & grauiter olens.* At Euangelij minister Christus & author Patrem exorat. *Pater, gratias ago tibi, quoniam exaudisti me. Hæc cum dixisset, voce magna clamauit, Lazare, veni foras. Et statim prodiit, qui fuerat mortuus.* Ioa. 11. En præmissa oratione peccator iam fœtens desperatus omninò ad vitam reuocatur. Fallor nisi ideo tot peccatores indurati luto coniaceant, quia eis orationis virtutem non adhibemus. Nyssenus Orat. 1. de orat. *Idcircò abundat in vita peccatum semper in maius augescens, & omnibus humanis studiis implicatum: quoniam orationis bonum ab hominibus non adhibetur.* Quot Lazari implicantur peccatorum vinculis indissolubilibus, quia non preces profundimus Euangelij ministri!

Lazarus desperati peccatoris gerens imaginem orationis vi reuocatur à tumulo. Ioan. 11. Chrysost. Nyssen.

27\. Clamat Dauid, *Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea.* Psal. 31. Vbi Agellius, *Quoniam à clamore, & oratione cessaui, exsiccata sunt ossa mea. Tunc cum clamarem tota die, seu orabam ò Deus impinguabantur ossa mea.* Ergo ossa ariditate afficiuntur ex orationis defectu, & impinguantur

Ariditate immedicabili premuntur, vbi orationis nostra cessatur. Psal. 31. Agell.

orationis instantia. Ariditas ossium immedicabilis ægritudo est phthisicæ quidem febris effectus. Si ergo peccator desperatus ex orationis defectu obijcitur: orent Euangelij ministri, Præsules, Patres familias, vt arida ossa valeant impinguari.

Observatio III.

Ad illa verba:

Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum.

Congregandi sunt fideles vniti in nomine Christi, si persistens debeat esse concordia.

Ea enim sola amicitia verax, affectuosa, & operatrix est, quam Christi charitas conciliat. Quam pauci propter Iesum solum amant!

28. Chrysost.

EXPONIT hæc verba Chrysostomus, *Nunc autem complures videmus alias quasdam causas amicitia quærere. Nam alius amat, quia redamatur: alius, quia honore afficitur: alius, quia vtilitati sibi esse, aut fore hominem putat. Christi verò causa difficillimè quemquam inuenies, qui amicum, vt oportet, diligat: sed omnes ferè secularium vinculo rerum inter se vinciuntur.* Si ergo duo aut tres fuerint congregati sine Iesu, facillimè soluetur amicitiæ vinculum, difficillimè erit huiusmodi charitas difficilium operatrix: *In nomine meo.*

29. *Paulus propter Christum diligebat, qui non tantum amabatur, quantum amabat.* Chrys. 2. Cor. 12. Chrys.

Addit Doctor, *Non ita quippè Paulus, sed propter Christum diligebat. quamuis non tantum amabatur, quantum amabat.* Respicit Apostoli illam sententiam: *Ego autem libentissimè impendar, & superimpendar pro animabus vestris: licèt plus vos diligeat, minus diligar.* 2. Cor. 12. Si proprio commodo studeret Apostolus, minus dilectus, non plus diligeret. At quia propter Christum diligebat, haud ingratitudinis aquis ignis extinguebatur Inibi Chrysostomus. *Quod mains est, hæc omnia iis præstabat, à quibus non magnopere diligebatur.*

30. *Profani sine Christo amatores, imperfectè diligũt.* Nazianz.

Audisti non semel Pyladis & Orestis non satis celebratam amicitiam, de qua Nazianzen. Orat. in laud. Basil.

Eadem innocentem pœna, qua sontem premit.
Verè tyrannus est Amor.

Alter ob crimen morti erat addictus, alter ob amicitiam, vt socium liberaret, morti se addixit. Miramini amicorum sine Christo constantiam, egregiaque amoris documenta? Audi Petrarcham. *Non mirum se amicum tradere eidem periculo, quod amicus pro ij se libenter sustineret.* Ethnicus ab Ethnico amatus vt amat, dat pro dilecto vitam, quam pro ipso dilectus libens offerret. At vitam impendere pro eo, à quo non diligeris, vti diligis: haud potest fieri sine Christi dilecti respectu. *Non ita quippe Paulus, sed propter Christum diligebat.*

Petrar.

31. *Trium amicorum Iob amicitia sine Deo probatur fuisse, quia aduersitate defecit.* Iob 19. Ambros.

Celebris quidem Iobi ac trium Procerum amicitia. *Amici Iob pleno ore appellantur.* At conqueritur Iob de illorum tepiditate, & amicitiæ vinculum innuit dissolutum esse, cum inclamitat. *Miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Cap. 19. Vbi Ambrosius lib. 3. Offic. cap. vlt. *Amicum iuuemus consilio, conferamus studia, compatiamur affectu. Si necesse est, toleremus propter amicum etiam aspera. Non quasi abiecta vox ista Iobi est; sed quasi censoria. Nam cum iniustè argueretur ab amicis, respondet, Miseremini mei amici, hoc est, misericordiam debetis facere. Opprimitis autem vos, & impugnatis hominem, cuius ærumnis compati pro amicitia vos oportebat.* An putas, sine Christo, sine Dei respectu, posse diù amicitiæ persistere colligationem?

32. *Amare in nomine Christi seu propter eum præceptũ Iesu.* Ioan 15. Cyrill.

Monet Dominus, *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Ioan. 15. Cur Dominus suum hoc præceptum appellauit, si ipsa naturæ lege (ne memorem præceptum Decalogi) omnibus fuerit indictum, vt mutuum charitatis officium alij aliis persoluant? Cyrillus Alex. *Quomodo mandatum illud nouum est, quod vel naturali lege constitutum est? Sed vide* (respondet) *quæso, quod sequitur sicut dilexi vos.* Diligite (ac si diceret) inuicem in nomine meo, siue propter me, qui vos dilexi. Differt ergò præceptum charitatis in nomine Christi ab innato mandato, quia illud nec tam facilè implebatur, nec tam perseuerantes amici inuicem illigati erant. At qui in Christi nomine, seu per Christum inuicem diligunt, & facillimè agglutinantur, & difficillimè ab vnione recedunt: imo prius deficit vita, quam vinculum.

33. *Quam valida, & inseparabilis dilectio propter Christum.* Cyrill.

Vis ostendam, quàm valida dilectio in nomine Christi, quam inseparabilis, quot documentis ostentetur. Charitas (ait Paulus) *patiens est, benigna est, non quærit, quæ sua sunt, &c.* Cyrillus citat. *Nouus, atque inauditus huius dilectionis (in nomine Iesu, siue per Iesum) modus, quo nos affici iubet, nihil omnino dilectioni fratrum anteponentes, non gloriam, non diuitias, non corporis huius mortem, si opus fuerit, pro salute fratrum mori. Quod à Saluatoris Discipulis factitatum videmus: quòdque omnes, qui eius vestigia sequuntur, libenter faciunt, vitam suam pro salute aliorum contemnentes, omnem laborem, omne periculum subeuntes, ac demum morientes, vt à perditione homines liberent. Propterea Paulus quotidie mori se ait.* En amoris in Christi nomine documenta.

***

OBSER

Observatio IV.

Ad illa verba:

Vbi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Commendatur à Domino concordia suo in nomine colligara: non ea concordia, vbi ipse non est.

Concordia, enim illorum, in quibus non est Deus, admodum exitialis est.

34. Chrysost.



Chrysostomvs *Vbi duo, vel tres fuerint congregati in nomine meo, id est, propter me, aut mecum: ibi sum in medio eorum.* Bona concordia, vbi Deus adest; si autem Deus absit, exitialis omninò hominum colligatio est.

35. *Dissoluit Deus concordiam extruentium turrim vel cælo horribilem quia sine Deo.* Gen. 11. Marius. Victor.

Filij Adam Ciuitatem, & turrim ædificaturi, colligantur non in nomine Domini, quia vt nomen proprium celebrarent opus moliuntur: *Vt celebremus nomen nostrum.* Porro quia concordia sine Deo exitialis omnino, & vel superis ipsis horribilis est, *Venite (ait Deus) descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui.* Gen. 11. Cecinit Marius Victor in lib. 3. in Gen.

Iam descendamus, tunc factaque colla superbo
Consensu variis turbemus vocibus ora:
Vt quod peccarunt concordis crimine mentis,
Confusa damnet melior discordia lingua.

Melior plane discordia peccatorum ad exitium proximi, ad flagitium colligatorum.

36. *David concordiā exercitus Absalonis sine Deo colligati dissolui precatur ad salutem.* Psal. 54. Cyril.

Cum videret Dauid Absalonis exercitum copia furentem, copiam infidelium subditorum colligatam in totius Regni Israëlitici exitium: curauit non fulminibus absimi inimicos, sed disiungi. *Præcipita Domine, diuide linguas eorum; quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.* Psal. 54. Si autem colligari peccatores, instar Filiorum Adami ædificantium turrim, diuidantur, Regnum ægrotans dabitur valetudini. Cyrillus Ierosol. Cat. 16. *Sunt inimicitiæ quædam bonæ.*

37. *Diuidit Abraham peccatores, quia sane diuisio est sacrificium Deo, quia sine Deo.* Gen. 15. Nazian.

Victimæ oblatio Abrahamo indicitur, *Sume tibi vaccam triennem, & arietem annorum trium, turturem quoque, & columbam. Tollens Abraham vniuersa hæc, diuisit ea per medium: aues autem non diuisit.* Gen. 24. Cur animalia diuidit, aues integras relinquit? Ex Nazianzeni mente, peccatores in animantibus assignantur, iusti in volucribus. Colligatio & vnio iustorum Deo grata, peccatorum concordia noxia proximis, Numini inuisa. Sacrificium Deo & vnio iustorum, & peccatorum vnionis dissolutio. *Nec quisquam suspicetur, (ait) quod pacem omnem amandam, complectendámque existimem. Nam vt optimam quandam dissensionem, ita perniciosissimam quandam concordiam esse perspectum habeo.* Sic orat. 1. de Pace. Quia scilicet sine Deo.

38. *Christus pacis amator, vt pacem stabiliat, concordiam diuidit iniquorum.* Luc. 12. Luc. 2. Chrysol.

Miraris nè, cum Christum proclamantem exaudis? *Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium* Luc. 12. Quomodo non venisti pacem mittere in terram, qui natus ex Virgine Angelos concinentes immisisti: *Et in terra pax?* Luc. 2. Profectò vt pax à iustis salubriter foueretur, necessum fuit. gladio diuidi peccatorum concordiam veræ paci exitialem. Chrysologus ser. 164. *Coniunctio cælestis est in ista separatione terrestri.*

39. *Bona diuisio cum mala concordia.* Num. 19. Gen. 11. Chrysost.

Corè filij colligantur in proximorum ruinam. An non à Domino inuicem separantur, sicut turris exædificatores? Num. 19. Gen. 11. Colligit hinc Chrysostomus hom 50. in Ioan. *Est ergo mala concordia, & discordia bona. Siquidem qui turrim ædificabant concordes erant in malo suo, Indè etsi inuiti, ad bonum tamen, dissenserunt. Et socij Corè male conueniebant ideo benè diuisi sunt.*

40. *Paulus curauit, Pharisæos à Sadducæis diuidere, quia exitialis illa concordia.* Act. 12. Gregor.

Pharisæi, & Sadducæi aduersus Paulum resurrectionis mortuorum veritatem asserentis conuenerant. Oportebat Apostolorum in tempus aptius reseruari. Vnde conqueritur, *Viri fratres, ego Pharisæus sum filius Pharisæorum, de spe, & resurrectione mortuorum ego iudicor.* Pharisæus frater vester sic neci tradendos? Tunc Pharisæorum, & Sadducæorum dissoluta est noxia concordia, & Paolus liberatur. *soluta est multitudo.* Act. 12. Ad quæ D. Gregorius. 3. p. Past. admon. 24. *Prædicator egregius graui Pharisæorum, Sadducæorumque persecutione deprehensus, inter semetipsos diuidere studuit, (sese Pharisæis addicens) quos contra se grauiter vnitos vidit.* Salutaris itaque Apostolo vnionis ac concordiæ illius extitit dissolutio. *Ergò & mala concordia, & discordia bona.*



LIBER NONVS.

SERMO DE BONO PASTORE.

Paraphrasis, & Commentarius literalis ad Caput decimum Ioannis.

PANEGYRICI MORALES CIRCA Literam in Iesum Concionatorem.

PROLVSIO.

Dominici vitalis ligni FRVCTVS NONVS.



HRISTVS quidem de veri Pastoris, ac mercenarij conditionibus differit. Veri Pastoris conditiones sibi adstruit competere: Iudæorum verò Principes esse mercenarios insinuat. Si Iesus Pastoris officio fungitur, necessarium nobis omibus ad Mariæ sollicitudinem accurrere proclamantis, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie? Nè vagari incipiam post greges, &c.* Cant. 1. Vbi pulchrè Martinus Del-Rius, *Dicit ergo Maria, Indica mihi quæso, ô Fili, quem plus oculis & anima diligit, vt nosti, anima mea, locum, vbi pascas, vbi cubes in meridie, quo Pastoris boni officio fungens, te cum gregibus tuis ad vitandos æstiuos calores meridiani Solis, consueueris recipere. Tecum enim sunt veræ oues tuæ, non autem alienæ. Cum tuas nouero, alienas nouero non inustas nota charitatis tuæ. Indica hoc mihi, ne vagari incipiam, id est, vt certa fiam, quibus sollicitudinem maternæ custodiæ impendere me velis; nè defatiger, vagando, & sectando erraticorum gregum vestigia,* &c. O veræ Pastoris cælestis ouiculæ, adhuc maternæ pietatis Mariæ sollicitudine indigetis, disponente Pastore,, vt socia pastoritij muneris Mater exsurgat.

Cant. 1.

Del-Rio.

IOANNES

IOANNES CAP. X.

VERS. 11. EGo sum Pastor bonus, bonus Pastor vitam suam dat pro ouibus suis.

12. Mercenarius autem, & qui non est Pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues.

13. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

14. Ego sum Pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.

15. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis.

16. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus Pastor.

PARAPHRASIS.

11. *QVI Pastores Euangelici assignamini, boni Pastoris aspicite Templum. Ego sum Pastor bonus, qui non solum ipse nihil venor commodi ex malo gregis: verum etiam mea etiam bona gratis confero, & aduersus eos, qui gregem infestant, vitam etiam meam impendo.*

12. *Contrà vero qui mercenarius est, cuius grex non est proprius, si vita ingruat periculum, id est, si lupum viderit irruentem, proditis ouibus, suæ vitæ fuga consulit, gregem lupo dissipandum, ac dilacerandum relinquens. Charitas vera non expectat mercedem. Vbi mercedis est ratio, ibi charitas aut nulla est, aut imperfecta: & si quod præstatur officium, ex veri Pastoris animo non præstatur.*

13. *Quid in causa? Nihil aliud nisi quod mercenarius est, non Pastor. Satius esse ducit gregem perire alienum, quam se in capitis discrimen deuenire. Atque hic quidem paulo melior est his, qui ipsi lupos agunt in gregem, Pastores mentiti.*

14. *Non mirum igitur, si talium Pastorem vocem non agnoscunt oues Euangelicæ. Me ergo quos Pater traxit sequuntur verum Pastorem, qui agnosco meas oues, ac vicissim ab ipsis agnoscor, & audior.*

15. *Me Pater agnoscit vt germanum Filium, suæque voluntati per omnia obsequentem: & ego vicissim agnosco Patrem, qui cupit, omnes saluos fieri. Ex illius mandato vitam meam saluti ouium mearum, quas mihi tradidit seruandas impendo.*

16. *Sunt & in aliis gentibus oues dispersæ, nec quiescam, donec hasce quoque ad communes caulas reduxero: & quanquam non audiunt vocem Moysi, ac Prophetarum: agnoscent tamen, & audient vocem meam, si quæ sunt oues saluti destinatæ. Itaque fiet omnium idem ouile, nec erit Pastor nisi vnus. Extra hoc ouile qui fuerit, saluus esse non poterit: in exitium ibit, hunc qui non agnouerit Pastorem.*

SECTIO

SECTIO PRIMA.

Pastor pro ouibus moritur.

TEXTVS.

Vers. 11. EGo sum Pastor bonus; bonus Pastor vitam suam dat pro ouibus suis. 12. Mercenarius autem, & qui non est Pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues. 13. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De quatuor Pastorum speciebus.



1. *Primum Pastorum genus.* EGO *sum Pastor.*] Qui gerunt subditorum curam Pastores per quandam metaphoram appellantur. Horum quatuor species in sacris reperiuntur. Prima eorum, qui sine legitima potestate sibi supra alios auctoritatem adrogant. *Ecce ego suscitabo Pastorem, derelicta non visitabit, nec dispersum quæret.* Zach. 11. De hisce Paulus, *Nemo assumit sibi honorem, nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Hebr. 5.

Zach. 11. Heb. 5.

2. *Secundum.* Ezech. 34. Secunda eorum, qui legitimam habent potestatem, eam tamen non administrant, vt oportet *Væ Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos,* &c. Ezech. 34. Basilius Orat. de S. Maman. *Non ouibus, sed sibi prodesse cupiunt* Augustinus Tract. 46. in Ioan. *Qui ob honorem, aut lucrum temporale aliis præsunt,*

August.

3. *Tertium.* Tertia eorum, qui & legitimam habent potestatem, & eam vti expedit, administrant: non sibi, sed gregi prodesse cupientes. *Dabo vobis Pastores iuxta cor meum.* Ier. 3. *Horum omnium Pastorum* (ait Toletus) *mentionem facit Dominus in hoc sermone. Primos appellat fures, & Latrones, secundos mercenarios, tertios bonos dicit esse Pastores.*

Ier. 3. Tolet.

4. *Quartum.* Ezech. 34. Zach. 13. Quarta denique species memoratur, sub qua vnicus est Pastor Messias, de quo Propheta, *Suscitabo super eos Pastorem vnum.* Ezech. 34. Et Zacharias, *Ira mea suscitare super Pastorem meum.* Cap. 13. *Percute Pastorem, & dispergentur oues* Ibid.

5. *De bono Pastore Christo.* His præmissis, Christus se bonum Pastorem appellat, non tantum se à furibus. à latronibus, à mercenariis discernens; sed etiam à bonis Pastoribus distinguens: dum ostendit, se esse bonum Pastorem, non quemcunque, sed illum vnicum promissum in lege, verum scilicet Christum & Messiam.

6. *Est ille Pastor, ille bonus.* *Pastor bonus.*] Duplex articulus Græcus est appositus, nempe *Ego sum ille Pastor, ille bonus,* vt significet Dominus, se esse illum verum Pastorem in Prophetis promissum. *Ego sum* itaque *Pastor ille bonus insignis,* & Pastorum omnium Princeps promissus olim venturus, de quo Petrus, *Eratis sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad Pastorem, & Episcopum animarum vestrarum.* 1. Pet. 2. 1. Pet. 2.

§. II.

De Pastoris, ac Mercenarij differentia.

BOnus Pastor animam suam dat pro ouibus suis. Probaturus, se bonum Pastorem Dominus, primo se à Mercenario discernit. Pastor bonus vitam omnibus periculis in ouium defensionem, ac tutelam exponit. Id quod non facit Mercenarius. Animam hoc loci vitam intelligit corporalem, quod sæpe in sacris. *Defuncti sunt enim, qui quærebant animam Pueri.* Matth. 2. Herodes scilicet. *Animam meam pro te ponam.* Ioan. 13. 7. *Pastoris est, periculis se pro grege exponere.* Math. 2. Ioan. 13.

8. *An liceat, ponere animam pro ouibus?* Obiicis, quomodo Pastor commendari iustè possit ex animæ pro ouibus expositione si id non liceat: Respondeo, non semper vitio adscribendum, periculo vitæ temporalis se exponere pro ouibus, & rebus temporalibus defendendis. Quando enim temporalia ad honestum finem ordinantur, & diriguntur, licet ea acquirere, conseruare, & pro eorum defensione, vitæ se discrimini offerre. Non me fugit D. Gregorij lib. 3. Mor. cap. 16. expositio. *Sæpe in scriptura rebus malè gestis bona significantur.* Villicus ille iniquitatis prudenter egisse dicitur, cum iniquè & iniustè sit operatus donando, quæ Domini erant. Ita & bonus Pastor dicitur, quia ouibus maximè consulit.

Gregor.

9. *Mercenarius fugit mortis pericula* *Mercenarius autem, & qui non est Pastor, cuius non sunt oues propriæ, &c.* Mercenarij est, vitam propriam ab omnibus periculis liberam conseruare, etiam cum ouium detrimento. Videt lupum venientem. An expectat pugnaturus? Fugit quidem, & dimittit oues absumendas. Aliquas lupus rapit, & mactat; reliquas, quas non valet abripere, dispergit; perculsæ enim timore bidentes fuga quærunt salutem. Profecto Pastor verus lupo occurrens, vitæ spreto dispendio, resistit hosti, vt oues defendat. Quid bonus Pastor Dauid? *Pascebat* (inquit ad Saul) *seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis,* 1. Reg. 17.

& per

& persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum, & illi consurgebant aduersum me: & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos. 1. Reg 17. Hoc quidem boni Pastoris noster Iesus parens agebat. An sic Mercenarius. Dominus Mercenarium descripsit: *Qui non est Pastor, cuius non sunt oues propriæ.* Verumque ad idem pertinere reor; posterius enim est explanatio prioris; idcirco sine aliqua copulatione positæ sunt particulæ.

10. *Fugit, qui quærit, sola mercede frui.* *Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.*] Quia Mercenarius quærit mercedem solam, quando oues depereunt, ipse refugit deperire. Nec afficitur defensandi cura, quia Domino perit grex, cuius est. Siue ergo oues superstites relinquantur, siue cogantur perire: nec lucrum, nec damnum mercenario referunt; quia solam mercedem ex ouium expectat custodia. Id exprimit clausula illa: *Non pertinet ad eum de ouibus.* Exponit Toletus, *Non pereunt in damnum ipsius.*

11. *Quinam Mercenariorum nomine designentur?* August. Basil. Requiris, quinam Mercenariorum nomine designentur? Pharisæi, ac Iudæorum Primores curam plebis gerentes, qui auaritia pressi, & ambitione decimabant mentam, & cyminum, & primos accubitus expetebant. Sic Augustinus Tract. 46. & Basilius Orat. de S. Maman An hisce similes aliqui in Ecclesia Euangelica? Respondeat Apostolus, *Quæ sua sunt, quærunt: non quæ Iesu Christi*, Phil. 2. Phil. 2.

12. *Difficultati fit satis.* Suboritur difficultas. Si mercenarius est, cuius oues propriæ non sunt: omnes nostri præsulari, & Pastores sunt mercenarij; quia oues ipsorum non sunt. Nec enim sunt fideles oues huius, aut illius Præsidis: sed Christi, cuius est Ecclesia. Vnde Petro, *Pasce oues meas.* Ioan. 21. non tuas. *Ædificabo Ecclesiam meam.* Matth. 16. Ioan. 21. Matth. 16. Profecto qui ouium vtilitatem requirit ex munere, & commodis propriis renunciat: non mercenarius, sed proprius est Pastor; quia etsi verè oues eius non sint, ita eas tractat, ac si propriæ existerent.

Quid Patres? Augustinus, *Ego sum Pastor ille bonus. Quomodo ille, seu vnus Pastor est, si Ecclesiæ Præpositi Pastores sunt: Omnes illi vnius Pastoris membra sunt. Pastoris nomen aliis communicauit, Ostiũ sibi propriè tenuit.* *Patrum expositiones iotius clausulæ.* August. *Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis.* Greg. Gregorius hom. 14. in Euang. *Formam, quam imitemur, adiungit. Fecit, quod monuit Christus, pro ouibus animam posuit. Qui autem non dat pro ouibus substantiam suam: quomodo pro iis daturus est animam suam?* Augustinus de verb. Dom. ser. 50. August *Non omnes, qui corpora sua in passionibus etiam igni tradunt, æstimandi sunt sanguinem fudisse pro ouibus. Si tradidero, inquit Apostolus, corpus meum ita vt ardeam: charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Non habent autem charitatem, qui non habent vnitatem. Animam suam ponit.* Chrysostomus, *Ostendit, se ad passionem venire non inuitum. Mercenarius autem.* Chrysost. Gregor. Gregorius citat. *Mercenarius est, qui plus terrenam substantiam, quam oues diligit: & ob temporales mercedes pascit. Et qui non est Pastor.* Anselmus, Anselm. *Non est Pastor Mercenarij gerens munus, & si videatur, quia veritatem prædicat, vt Pastor, quia non amore earum, sed pro sua mercede prædicat,* & docet.

IN IESVM CONCIONANTEM.

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX PASTORE PRO OVIBVS MORIENTE.

Observatio I.

Ad illa verba:

Ego sum Pastor bonus. Bonus Pastor animam suam dat.

Nihil sic boni Pastoris ingenium commendat, quam dandi, non accipiendi proprietas.

Edocentur Præsules, se subditis munificos ostentare, non lucri vllius studiosos.

13. Gregor. NTER mercenarium & Pastorem D. Gregorius id differentiæ maximè inuenit, quod mercenarius accipere ab ouibus temporalia lucra desiderat. Pastor autem nihil adeò curat quam ouibus dare, eorumque commodis prouidere. *Bonus Pastor animam suam dat.* Tam studiosus dandi est, vt postquam omnia ouibus impendit, vel vitam eis dare minimè cunctatur. *Por dar, dara hasta el alma.* 14.

Laudatur Ecclesia, quia pascit oues vt filia Pastoris summi sponte dantis. Sponsus Reginæ sponsæ gressus commendat, *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis.* Cant. 7. Aptius dixisset, *Filia Pastoris*, quæ pascendis gregibus deputabatur. *Si ignoras te ò pulcherrima mulierum, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hedos tuos.* Cant. 1. Cant 7. Cant. 1. Si pascit oues, filia Pastoris est: cur ergo filia Principis appellatur? Profectò quia Pastor ex eo Principis, seu Regis ingenium imitatur quia omnia dat, propriis commodis non studet: sed ouium lucris operam impendit. Theodoretus pulchrè legit, *Quam pulchri gressus tui in calceamentis filia sponte dantis!* Theod. Dum dirigis gressus ad pascendos hædiculos, ad oues regendas: te filiam boni Pastoris omnia *sponte dantis ostendis*; quia ouium solum modo lucris studes, vt te exhibeas verè filiam summi Pastoris, qui quidem se bonum Pastorem omnia sponte dans ostendit.

15. Celebres Israëlitici populi Pastores Eleazar, & Iosue, quibus Deus tradidit Hebræos, velut oues, regendos, iuxta illud: *Qui deducis velut ouem Ioseph*, id est, Israëlitas Iosephi filios ad terram promissam per desertum deduxisti. Vnde nam Eleazar, & Iosue boni Pastores exponuntur? *Hæc est, quod possederunt filij Israel in terra Chanaan, quam dederunt eis Eleazar Sacerdos, & Iosue filius Nun.* Ios. 14. Premo particulam, *Dederunt eis.* O Pastorum ingenium ouibus omnia dare, sibi nihil omnino retinere! De Pastore Iosue speciatim id Theodoretus adnotauit quæst. 17. *Quare Iosue, cum aliis terram dispertiret, sibi non distribuit aliquam portionem? Imitatus est in eo modestiam Domini. Docuit item eos, qui in aliquo Magistratu sunt constituti, non suis commodis sed vtilitati subditorum inseruire debere.* Premo τὸ, *Imitatus est in eo modestiam Domini*, Pastoris vtique cœlestis, *Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph.* Deus enim tribuens omnia, nihil vnquam ex ouibus accepit nisi ad earundem vtilitatem.

Eleazar, & Iosue, Pastores Israel dabant ouibus, nihil ab eis accipiebant.

Ios. 14.

Theod.

16. Pastoritium Ecclesiæ baculum sic Dominus describendum prouidit. Virgas ab arbore sectas iubet afferri, vt Sacerdos ex germinante virga designaretur. *Inuenit, germinasse virgam Aaron de domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui, foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt.* Num. 17. Hebraicè. *Et dedit amygdalas.* Nyssenus lib. de vita Mos. *Germinauit Sacerdotij virga non humilitate terrena, sed a se ipsa nucem producens.* Arbori illigatæ virgæ non à se dant fructus, sed reddunt quos a terræ accipiunt succo; virga autem ab arbore separata non à terra reddit acceptos fructus, sed à se ipsa dat. Igitur baculus Pastoris Aaron non reddit quod ab ouibus accipit, sed sponte dat; quia non proprio studet commodo, sed ouium emolumenta quærit.

Baculus Pastoralis Ecclesiæ nihil accipit, omnia dat.

Num. 17.

Nyssen.

17. Dauid cecinit celebrans cœlestis Pastoris munificentiam. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam.* Psalm. 115. Vbi Origenes lib. 2. in epist. ad Rom. *Vnum hoc inuenit solum, quod offerre oportet Deo, id est, vt crederet de eo, quod nunquam possit ab homine aliquid accipere, sed semper dare: & ideo dixit, Calicem salutaris accipiam.* Quid dabo Domino, quid retribuam Pastori? Id profectò retribuam, si profitear, nihil posse eum a me oue recipere, qui de ingenio Pastoris semper dat.

Dauid profitetur, Diuum Pastorem, nihil accipere posse ab ouibus: sed omnia dare.

Psal. 115.

Origen.

18. Premo particulam, & ideo dixit, *Calicem accipiam.* Dauid adulterio & homicidio maculatus se ouem erroneam profitetur: *Erraui sicut ouis, quæ periit.* Psalm. 118. Deum Pastorem appellat, & ideò aptè se accepturum Calicem proclamat: *Calicem salutaris accipiam.* Quid oui cum calice. Audierat Dauid a Propheta, *Pauper nihil habebat omnino præter ouem vnam paruulam, quam emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eum de pane illius comedens, & de calice bibens.* 2. Reg. 12. Ouicula mitior filiæ de calice bibit? Bonus Pastor assolet nihil ab ouibus accipere, sicut pater nihil accipit à filiis, quos nutrit. Ergo a bono Pastore, qui me requisiuit, & inuenit ouem errantem, calicem accipiam salutarem mihi; quia solum id possum dare Pastori, profiteri eum ab ouibus nihil vnquam accipere, omnia eis dare.

Ouis Dauid à Pastoris calice bibit, vt det Deo, profiteri, nihil ei posse dare.

2. Reg. 12.

19. Abrahamus, *Pater seu (vt alij) Pastor multarum gentium appellatur*; quia *Pater a pascendo.* Planè hic pastoritiæ proprietatis affectu Angelis profatur, quas sub peregrinorum aspectauit specie. *Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum: sed afferam pauxillum aquæ, ponamque buccellam panis.* Gen. 18. Particulam, *si inueni gratiam*, premo si das, o Patriarcha, & non accipis: cur te à pauperibus pascendis beneficium innuis accepturum? Ipsi gratiam accipiunt qui refectione donantur. Profectò ego, qui do gratiam a recipiente accipiam; quia nihil gratius bono Pastori, quam ouibus esurientibus dare. Chrysostomus, *Si inueni gratiam. Hoc est mirabile. Beneficium das, non accipis. Et vere huiusmodi hospitalitas est, quæ magis accipit, quam dat, qui illam promptè, & alacriter exercet.* Id dabunt Angeli Abrahamo Pastori, vt profiteantur, *nihil ab eis potuisse recipere* bonum Pastorem, omnia dedisse esurientibus.

Pastor Abraham de Pastoritia munificentia dans, asseris se accipere.

Gen. 18.

Chrys.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Ego sum Pastor bonus.

Se bonum Pastorem asserens Dominus, illustrissimum de se prædicauit elogium.

Probus enim Præsul in ipsius Dei cedit vtilitatem, eum regnare quodammodo faciens.

SE Dominus Pastorum Principem Pastorem asserens, vt Præsulum Ecclesiasticorum ac secularium Præpositorum exprimat excellentiam. Augustinus, *Quomodo ergo vnus Pastor est, si Ecclesiæ Præpositi Pastores sunt?* Certè quia difficilè vnus bonus Pastor inuenitur; vnde velut immemor aliorum, se se illum vnicum bonum Pastorem appellat. Quod ergo rarum est, ideò pretiosius in Domini conspectu ostentatur. Profectò nihil tam gratum Numini, quam Præsules boni Pastoris gerere proprietates. Ratio est; quia gregem bono Pastore gubernante Deus illius gregis Pastor est: regente autem malo Pastore, quasi Deus e grege deturbatur, ne dirigat oues. Ergo bonus Pastor vtilis Deo ipsi ostenditur. 20.

August.

Pastor Israëlitici gregis Ozias malus planè mortuus est, surrexit Ioathan, qui oues ad Dei Pastoris summi beneplacitum direxit. Illicò Deus gestans baculum Pastoralem throno hærens Isaiæ apparet. *Anno, quo mortuus est Rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum.* Cap. 6. Vbi Hieronymus, *Vt habitum regnantis ostenderet.* An non Deus semper hominum Rex throno assidet eleuato? Cur ergò regnantis habitum præ se tulit? Certè regente gregem malo Pastore Ozia, quasi Deus fuerat 21.

Deus ob malum Pastorem Oziam velut è throno deturbatus à bono Ioathan restituitur.

Isa. 6.

Hieron.

fuerat à Pastori ria potestate deturbatus. At de medio soblato malo Pastore, bonus Pastor ad thronum exurgit. Nam cum Deus *communicet omnibus Præsulibus* seu Principibus *Pastoris appellationem* (loquor cum Augustino (*qui sunt eius membra*, imo totum Dominum repræsentant, cum Pastores terreni rectè munus exerunt, Deum, cuius personam agunt, honorant, eumque dignum throno proclamant. At dum malos se Pastores exhibeot, & sese. & quodammodo Dominum throno indignum affirmant. Addit Hieronymus, *Ex quo animaduertimus, regnante in nobis leproso Pastore, nos Dominum in sua Maiestate regnanten videre non posse.*

August.

Hieron.

22\. *Tempore boni Pastoris Salomonis Dei erat Thronus Regius.* 1. Par. 29.

Dauide vita functo, Salomon baculum Pastoralem accepir, vt deduceret velut oues Israëlitas. *Seditque Salamon super solium Domini in Regem pro Dauid patre suo.* 1. Paral. 29. Preme illud: *sedit super solium Domini.* Cur solium Domini Thronus Dauidis, ae Salomonis appellatur? An hoc solium erat illud, de quo Isaias proxime aiebat, *Vidi Dominum super solium excelsum?* Profectò solium Domini appellatur Salomonis Thronus, quia cum Salomon bonum ageret Pastorem Dei gerentem summi Pastoris personam, quasi Deum simul regnantem ostentabat. Vnde defectus mali Pastoris quodammodo Pastori cœlesti, qui simul sedet in solio, tribuuntur. Dionysius Carthus. *Solium Domini appellatur, quia fuit solum Regis fidelis, qui præsidendo, ac iudicando fuit vicarius Dei, & cultor ipsius.* Ergo bonus, ac fidelis Pastor vtilis admodum summo Pastori, si eum quodammodo facit solio assidere, à quo mali Pastoris eum exturbat impietas.

Cartus.

23\. *Regnat Dominus potius in domo Iacob, quia Pastor ille egregius.* Luc 1. Salmer.

Archangelus ad Virginem *Et regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis.* Luc. 1. Cur non dixit, Regnabit in domo Abraham & Isaac, si Abraham & Isaac Patres Domini appellantur? Respondet noster sapientissimus Salmeron, *Non in domo Abraham, in qua Ismael pugnat cum Isaac; nec in Domo Isaac, vbi Esau persequitur Iacob; sed in domo Iacob, quæ sanctior cæteris.* Quonammodo domus Iacob potest sanctior cæteris appellari, si tot filij ioiquitate pressi obiiciuntur? Testor Iosephum à fratribus pretio traditum. Crediderim domum Iacobi commendari ex Pastoritio ministerio. Audi ipsum Labano profantem: *Viginti annis fui tecum, oues tuæ, & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi: ego damnum omne reddebam; quidquid furto peribat, a me exigebas. Die noctuque æstu vrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.* Gen. 31. Huic egregio Pastori Deus suum gregem commisit: *Esto Dominus fratrum tuorum.* Gen. 28. in domoque tam boni Pastoris regnare dignatur, vt ostendat, tunc Dominum regnare dici, cum boni Pastoris pietas Regnum tenet.

Gen. 31.

* * *

OBSERVATIO. III.

Ad illa verba:

Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis.

Pastoris nomine ineffabilis Dei pietas in subditas ouiculas designatur.

Monet Præsules, debere se subditis non Dominos, sed Patres, imo Matres exhibere.

AIEBAT. Ausonius, *Qui dicit Pastorem totius pietatis exposuit epilogum. Pastor enim pater, imo mater est ouium, cuius omne studium ouium commodis prouidere.* Dominus asseruit, proprium esse Pastoris, vitam pro ouibus periculo exponere. An hoc non est maternæ pietatis? Plato affirmat, *solius maternæ tenerrimæ pietatis, ac dilectionis proprium esse, pro incolumitate filiorum mortis non vereri discrimina.* Monentur ergo Præsules materno affectu ouium seu subditorum commodis operam exhibere. Præsul est Pastor, Pastor autem ouium Mater existit. 24.

Auson. Episc.

Plato.

De cœlesti Pastore ouis dilecta profatur: *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Cant. 2 Vbi Theodoretus per læuam iustitiam plectentem, per dexteram autem maternam misericordiam amplectentem intelligunt. Illa, quia ad puniendum baculo, aut fundæ iactu, breuior, contractior, subter, abscondita, & quæ vix caput attingit, describitur; hæc autem quia ad miserendum filiis, seu ouiculis, longior, patientior, & quæ totam ouem beneuolo circumdet amplexu. 25.

Deus, instar Matris, homines amplexatur. Cant. 2. Theodor.

Iudices Deus Israelitico populo constituit. *At in diebus eorum Deus misericordia flectebatur.* Iudic. 2. Vicarij namque Dei, materno affectu debebant ad commoda ouicularum flecti. Propitiatorium fabricari iussit Deus, *Facies Propitiatorium de auro purissimo.* Exo. 25. Quod quidem ex nomine, & ex auri materia maternam hominibus ostentat pietatem. An iussit exædificari Prætorium? Audi Oleastrum. *Nunquam legimus, in hoc mundo Deum instituisse domum iustitiæ, quæ nos puniret, vel saltem iudicaret. Sed cum sit Pater imo Mater clementiæ: domum, qua peccatis nostris propitiaretur, instituit, non vnicam, sed propè infinitas. Quot enim Ecclesiæ, tot sunt domus propitiationis.* 26.

Totū se Deus Matrem ostēdit, propitiationem offerens, nullam formidinis obijciens speciem. Exod. 25. Oleast.

Deum igitur benignissimimum Pastorem homines Præsulatus gerentes mutuo imitentur. Sponsa proclamatat, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridiè ne vagari incipiam post greges.* Respondet sponsus, si ignoras te ô pulcherrima mulierum, abi, & egredere post vestigia gregum, & pasce hædos tuos Cant. 1. Preme par- 27.

Se Deus ostēdit, ipsam Matrem Ecclesiam esse, impeccatores.

ticulam, *si ignoras te.* Deberet dicere, *si ignoras me*, quia vbi nam Pastor Deus commoraretur; ignorabat sponsa. Cur ergo ait, *Si ignoras te?* Ex mente Patrum eorum, qui cuncta verba Epithalamij asserunt vtique sponso conuenire, crediderim Pastorem cœlestem voluisse sponsæ pascentis assignari sub nomine; nè videretur Pater pascens, sed Mater piissima hædos petulcos benignissimè pascens obijceretur.

28. *Grex Domini periit, donec exurrexit Mater Iudex in Israel.* Iudic.5.

Erudimini ergò Præsules, *qui iudicatis terram.* Perit grex vbi Pastor Mater non exurgit. *Cessauerunt fortes in Israel, & quieuerunt; donec surgeret Debora; surgeret Mater in Israel.* Iudic.5. Desiit Israelitarum pietas, grex Dominicus periit, dùm Iudices se se Dominos rigidos ostentatunt. At surgens Iudex Matris exerens pietatem, vbera exponens natis, non minax baculo seù funda: grex mirum in modum reformatur.

29. *Pater Dominus se in Matrem conuertit, ad maiorem ouium alacritatem.* Matt.6. Chrysost.

Christus aiebat, *Pater noster, qui es in cælis, panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Mat. 6. Vbi Chrysostomus, *Qui iudicem mutauit in Patrem: amari voluit, non timeri.* Sic serm. 77. in Mat. At licet Pastor piissimus ostenditur ouibus, dum pater exprimitur: curauit adhuc teneriorem affectum exhibere, dum se Pastorem Matrem exponit. *Quomodo si cui Mater blanditur, ita ego consolabor vos.* Isa.66.

Isa.66.

30. *Deus vbera ostentat, vt edoceat Præsules fieri Matres.* Cant.1. Bernard.

Profatur sponsa, *lætabimur in te, memores vberum tuorum.* Cant.1. Vberum tuorum? An velut Mater sponsus vbera portendit? Ita planè. Ne vereremur fortasse ad Patrem accedere seueriorem: se Dominus Matris sub specie vbera filiis ostentat. Bernardus ser. 23. in Cant. hinc Præsules admonet. *Audiant hoc Prælati, qui sibi commissis ouibus semper volunt esse formidini, vtilitati rarò. Erudimini, qui iudicatis terram. Discite subditorum matres vos esse debere, non Dominos; studere magis amari, quam metui.*

Observatio IV.

Ad illa verba:

Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis.

Quam rari boni Pastores, si boni Pastoris insigne est, vitam pro ouibus vltroneè impendere.

Quonammodo animam pro ouibus dabit, qui substantiam recusat exhibere?

31. *Præsulum*

Gregorius hom.14. in Euang. *Fecit, quod monuit Christus, pro ouibus animam posuit. Qui autem non dat pro ouibus substantiam suam, quomodo pro his daturus est animam suam?*

eleemosynam illustre

32. *Aaron, quia ouibus dabat substantiam, dedit vberiori affectu & animam.* Num.16.

Flamma olim in Israelitas deseuiens admodum ostentatur, à Mose Aaron summos Præsul, seu Pastor gregis Dominici monetur, vt tanto ouium incommodo subueniret. Cur Aaron, & non alius monetur iturus ad conflagrationem extinguendam? Quia Pastorem decet vitam pro ouibus exponere. *Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium: obtulit thymiama; & stans inter mortuos, & viuos, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit.* Num.16. Illud adnota: *Et cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium.* Cur tanto se periculo implicare non timuit, qui poterat ex aduerso loco thymiama litare? Profectò bonus Pastor non timet, cum fert occasio animam pro ouibus offerre. Ambrosius lib. 10. Epist. 82. *Cum dira mors propter contumaces in plebem serperet, medium se inter morientes viuentesque Aaron obiecit, vt mortem sisteret, nè plures perirent. Verè vir mentis, & animi Sacerdotalis; qui se pro Dominico grege quasi Pastor bonus pio obiecerit affectu.* Qui dabat vitam pro grege, facilius temporaria subsidia ouibus præstaret. Audi Dauidem. *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius.* Psal.132. Accipit Aaron temporaria à Iesu Ecclesiæ capite subsidia, quæ non sibi retinet, sed munificentissimè in atritam vestimenti oram, siue in opes famescentes immittit. O Pastorem egregium! Haud dubitabit animam pro ouibus exhibere.

Ambros. Psal.132.

33. *Petrus dat ouibus substantiam prius quam animam pro eis libet.* Ioan.21.

Porrò qui substantiam ouibus egentibus non impendit, quonammodo animam impendere non recusabit. Dominus Petro, *Pasce oues meas.* Ioan. 21. Te Pastorem constitui gregis mei de boni Pastoris ingenio substantiam exhibe egenti gregi. Rursum, *Pasce oues meas, Pasce agnos meos.* At illico addidit: *Cum esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas. Cum autem senueris alius cinget te, & ducet, quo tu non vis. Hoc autem dixit, significans, qua morte clarificaturus esset Deum.* Cur prius iubet Dominus Petro, vt pascat oues, & agnos; quam significet, qua morte esset Deum clarificaturus? Certe Pastor bonus dat animam pro ouibus suis. At animam nullo modo tradet, qui substantiam gregi non exhibuerit. Ideo Dominus prius quam eum moneat debere pro ouibus animam ponere, ad impendendam ouibus temporariam substantiam hortatur. Nam *qui non dat* (ait Gregorius) *pro ouibus* substantiam suam, quomodo pro his daturus est animam suam?

34. *In Cœnaculo exprimuntur Præsulatus, quia Pastor debet temporaria dare ouibus, & si tulerit occasio pro eis mori, veluti Iesus.* Luc.22.

Cum Dominus pro ouibus neci tradendus esset, vt Ecclesiæ Pastores sui vicarios instrueret, eos ad cœnaculum immisit. *Ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum; & ibi parate.* Luc. 22. Putant graues Interpretes, Cœnaculum hoc pretiosis tapetibus, aureisque vasis fuisse ornatum. Contemplatur Abbas Cellensis lib. de Panib. Cap. 1. Hoc

Cœna

cœnaculo strato signari piæ Prælationis dignitatem. Piam dixi, quæ quidem sit cum cœna ouibus exposita coniuncta. Præsules ergo animarum Pastores prius ouibus substantiam temporariam ministrant in cœnaculo, mox, si opus fuerit, ad vitam impendendam pro ipsis accinguntur. *Et qui Cænaculum sic,* (id est dando subsidia temporaria gregi) *ascenderit Prælaturæ, non recuses post Iesum subire discrimen passionis* Recusabit autem si substantiam temporariam abneget gregi, *Qui enim non dat ouibus substantiam suam: quomodo pro his daturus est animam suam.*

35. *Pastores Ecclesiæ imitentur ad serpentem, dantes ouibus temporaria, & mox vitam, si fuerit opus.* Matth.10. Remig.

Dominus Discipulis Præsulibus futuris Ecclesiæ ait, *Estote prudentes sicut serpentes.* Mat. 10. Vbi Remigius, *Pulchrè Dominus Pastores suos serpentis prudentiam monet habere, quia primus homo per serpentem deceptus est. Ac si diceret, sic Quia hostis callidus fuit ad decipiendum, vos prudentes sitis ad liberandum.* Quonammodo igitur serpens decepit? Duo præstitit, vnum quidem hominibus cibos præsentauit, suadens arboris fructus decerpere: alterum autem, simulauit se eorum vitæ protectionem addicere. Locutus Bernardus ser. de Quadru. debi. de astu serpentis, qui decepit Euam, ait: *Sic ille insatiabilis homicida primis parentibus nostris non vrsos, non leones delegauit, Sed tortuosum, & callidum serpentem, qui per sinuosa volumina nunc caput cauda, & nunc caudam capite regere consueuit.* Quid capite caudam tegere nisi exponere se periculo caput corpus protegendum? Itanè? serpens & pascit, & se simulat proprio discrimine (si opus fuerit futurum protectorem? Imitamini serpentem) Euangelici Dominici gregis Pastores: pascite substantia temporaria gregem, & si tulerit occasio pro eo vitam periculis exitialibus exponite.

Bernard.

36. *Eligitur Dauid ad Pastorale Israëlis munus, quia ouibus sciuit dare subsidia temporaria & pro eis vitam exponere.* Psal.77. 1.Reg.17.

Accinit carmen Dauidicum. *Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium: de post fœtantes accepit eum, pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam. Et pauit eos in innocentia cordis sui, & intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Psal. 77. Quidnam vidit Deus in Dauide, vt iuuenis despectus ad Regiam dignitatem adduceretur? Ipse respondeat. *Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis: & persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum, & illi insurgebant aduersum me.* 1. Reg. 17. Duo exprimit Dauid boni Pastoris documenta; vnum, se pascere gregem, curando scilicet substantiam temporariam ei impendi; alterum autem se vitæ periculis ad gregis protectionem obiicere. O bonum Pastorem! Hic à Deo eligitur *pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam,* qui nosset pascere oues temporaria substantia, & pro eis vitam discrimini apponere. Hinc D. Basilius Seleuc. Pastores monet Orat. 14. *Dauidis more Deus vel in medio grege admiratus, regijs ornat sceptris: ac pro animantium grege Israelis turbas pascere iubet. Hunc igitur, si videtur, hinc hodie virtutum vacemus, at que virtutem discamus hic honoratam, & in cælo coronatam, simulque Dauidis imitatores, vestigiis in hærentes: vi peragamus primum ad temporariam*

Basil. Seleu.

substantiam elargiendum, mox ad vitam pro eis offerendam. Quia *qui non dat ouibus substantiam suam; quomodo pro his daturus est animam suam?*

OBSERVATIO V.

Ad illa verba:

Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis.

Non monet Dominus expresse, proprium esse boni Pastoris, subsidia temporaria ouibus impertire: quia id essentiale Præsulatus muneri est.

Edocentur præsules, ex eo, quod Pastores sunt debere ouium prouidere temporariæ egestati.

PREMO adhuc Gregorij illam sententiam: *Qui autem non dat pro ouibus substantiam suam, quomodo pro his daturus est animam suam?* Si tam necessaria est Pastoribus munificentia erga oues, cur non expressè Dominus dixit: *Bonus Pastor substantiam suam & animam suam dat pro ouibus suis?* Profectò quia verbum illud: *Pastor* id supponere, nullus est qui non notit. *Pastor à pascendo.* An Pastor dici debet, qui Dominus est gregis? Minimè sed qui eum ducit ad pascua. Tam essentiale quidem muneri pastoritio est, temporarium subsidium ouibus egentibus exhibere, vt solum sufficiat dixisse Dominum *Bonus Pastor*, vt supponatur eum ouibus prouidere temporaria subsidia. 37. *De Præsulum agnata muneri eleemosyna obligatione.*

Præsul es Ecclesiæ? debes oui balanti subuenire de Præsulatus obligatione. Discipulis Dominus, *Quando misi vos sine sacculo, & pera numquid aliquid defuit vobis?* illi autem, *Nihil. Dixit ergo eis, sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram.* Luc. 22. si iusseiat Discipulis, vt sacculum, ac peram proiicerent, nec de temporario subsidio curarent, cur nunc iubet sacculum, ac peram resumere? Profectò Discipuli oues erant Dominici gregis persequendæ tunc à Iudæis. *Percutiam Pastorem, & dispergentur oues gregis.* Christus ergo bonus Pastor qui daturus erat pro ouibus animam, ex vi officij Pastoritij curat ouibus necessaria subsidia temporaria prouidere: Vnde non est mutatio consilij, sed necessaria ouibus prouidentia. Cum aliunde poterunt oues à fidelibus refici, & nihil eis deerit: pergant sine sacculo & pera. Cum instante persecutione luporum, defuturum est eis fidelium subsidium: sacculum. & peram resumere, est necessarium. Vndenam ô Domine tanta temporum circumspectio? Certè ex Pastoralis muneris obligatione. Beda *Missis Discipulis, ad prædicandum, nè quid tollerent in via præcipit,* (*sine sacculo*

38. *Christus iubet sacculũ, & peram Discipulos deferre. vt se ostendat eo Pastorem.* Luc. 22.

Beda.

sacculo & pera.) Instante verò mortis articulo, & tota illa gente Pastorem simul, & gregem persequente: congruam tempori regulam decernit, vt tollant victui necessaria.

39. *Cum Hebræi petunt carnes, non assignato largitore: Pastor intelligit, à se efflagitare.* Num. 11.

Hebrææ oues balatu esurienti proclamitant, *Quis dabit nobis ad vescendum carnes?* Pastor Moyses affligitur, & profatur: *Vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudini? Flent contra me dicentes: Da nobis carnes, vt comedamus.* Num. 11. *Flent contra te?* Petunt à te, *Da nobis carnes?* Quomodo asseris contra te flere, & à te petere; si, nullo assignato prouisore, indifferenter clamarunt: *Quis dabit nobis carnes?* Profectò cum ouis esuriens flet, cōtra Pastorem flet, quia Pastorali muneri essentiale est, debere gregi egenti succurrere. Cum autem clamat, *Quis dabit?* ad Pastorem clamores solummodo diriguntur, quia solos Pastor tenetur ouium egestati subuenire. Dionysius Carth. *Iam dictum est, quod Hebræi dixerunt: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? In quibus verbis non videntur carnes petiisse à Moyse. Quomodo ergo Moyses ait: Flent coram me, dicentes: Da nobis carnes?* O bonum Pastorem! Sciebat voces ouium esurientium ad Pastorem necessarium respectum inducere.

Carthu.

40. *Habitum solum Pastoris gestat, qui nō succurrit ouibus esurientibus.* Gen. 41. Chrys.

Fame premente, *clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille respondit: Ite ad Ioseph, & quidquid ipse dixerit, facite.* Gen. 41. Vbi pulchrè Chrysostomus, *Ite ad Ioseph. Quasi diceret Pharao, Quid me vrgetis? Non videtis, quod ego tantum Regis habitum gesto.* Ingeniosa quidem euasio. Tantum Regis habitum gesto, ideoque non debet vestros exaudire balatus, qui verè Pastor non est. Ioseph verus Pastor à me constitutus annonæ Præpositus, debet vobis esurientibus subuenire. Mihi credite, Pastor non est, qui solum Pastoris, aut Regis, aut Præsulis habitum gestat, qui subditis famescentibus non succurrit. Vereor ne à Pastore summo in multis Diœcesibus proprius Pastor repellatur cum Mercenariis, & Pastor verus ciuis despectus appelletur, qui ex ore abstulit panem, vt esurientibus alienis succurreret ouibus.

41. *Christus acclamatur Pastor, seu Rex, quia ouores virtute panis.* Ioan. 6. Anselm.

Apud desertum quinque millia oues Israelitici gregis esuriebant, bonus ille Pastor earum egestati subuenit, quinque panibus, ac duobus piscibus multiplicatis satiauit. Porro *Iesus cum cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit in montem ipse solus.* Ioan. 6. Quare studebant eum Regem constituere? Anselmus, *Pro miraculo panum, volentes sub hoc esse, sub quo videbantur non egere.* Ast ego crediderim, ideo Regem Dominum acclamasse, quia putauerunt illum euidenter natum esse Pastorem, cui agnata erat ex virtute occulta, panum multiplicatio ad oues reficiendas.

***

OBSERVATIO VI.

Ad illa verba:

Mercenarius autem, & qui non est Pastor, videt lupum venientem & fugit.

Mercenarius, cuius non sunt propriæ oues, videt lupum cum venit. At Pastor bonus, antè quam veniat, venturum videt, & prouidet gregis incolumitati.

Illustris Præsulis est, præuidere, velut prophetico spiritu, subditis obuentura mala, vt studeat auertere.

GREGORIVS hom. 14. in Euang. *In huiusmodi necessitatis occasione cognoscitur, si ne quis Pastor, an Mercenarius.* In ipsa lupi venientis occasione ait Doctor cognosci, an sit gregis custos Pastor, vel Mercenarius. Asseruerim ante occasionem ipsam etiam dignosci. Mercenarius enim non videt lupum nisi venientem, id est, cum venit; at Pastor cuius est grex priusquam veniat lupus præuidit, vt possit gregis incolumitati inuigilare. Bonus quidem Pastor qui præuidet & prouidet mala, antè quā adueniant. 42. Gregor.

43. *Petrus ouis Dominici gregis liberatur ex prophetia Pastoris circa lupum vētu rū.*

Futurum erat, vt lupus è grege Dominico meliorem ouem abriperet, Pastor bonus præuiderat, monens Petrum: *Priusquam gallus cantet ter me es negaturus.* Irruit lupus, negat Petrus, Pastor accurrit prouidus, vt eripiat è lupi faucibus ouiculam absumptam. *Conuersus Dominus, respexit Petrum: & recordatus est Petrus verbi Domini, quod dixerat, Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus, fleuit amarè.* Luc. 22. An non iaxabimus diligentiam Pastoris: Præuiderat quidem lupum venturum, sed videtur debuisse gregem ita custodire, vt Petrus non abriperetur. Cur permisit Petrum a lupo auferri? Profectò permisit diripi, vt ipse postea summus Præsul Ecclesiæ ouiculis errantibus, compassione afficeretur, vt quæreret, & reciperet. Attamen qui præuiderat venturum lupum, & drepturum, iam ouiculæ remedium prouiderat fatus: *Priusquam gallus cantet, &c.* Petrus autem recordatus præmonitionis, aut prophetiæ Iesu, egressus foras fleuit. Igitur respexit Dominus Petrum, & ipse cognouit in oculis videntis oculos præuidentis, & ideo ad meliorem se mentem adduxit. D. Leo pulchrè, serm. 3. de Pas. *Respexit ergo Dominus Petrum, & inter calumnias Sacerdotum, inter falsitates testium, & inter cædentium, & conspuentium iniurias constitutus: illis turbatum Discipulum commenit oculis, quibus eum præuiderat esse turbandum.* Ergo præuisio venturi lupi Petru dedit à lupo non comminui.

Luc. 22.

Leo.

Paulua

44. Paulus ex Isaia è Lxx. lectione, *Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob* Rom. 2. Christus ille Pastor è Sion veniet, vt eripiat oues gregis sui à luporum faucibus. Quid nam Sion nisi specula? Porro Pastor futuris salutaris ouibus debet à longè speculari, & præuidere lupi tartarei irruptionem. Anselmus ad cap 11. Rom. ait, *Veniet ex Sion, id est, nascetur Christus ex populo speculante à longè futuram salutem, & humani generis redemptionem.* Hebræi Pastores, *Dicite* (ait Ioseph) *quia pastores estis.* Isti Israëlitæ Abraham, Isaac, Iacob, Dauid atque Diui Pastores extitere prudentissimi præinsores, prouisoresque malorum gregi obuenturorum. Ex hoc populo, seu stirpe Pastorum Christus nascitur sic præuidens luporum irruptionem, vt nulla ex grege saluandorum ouicula lupi pereat in faucibus.

Pastor Ie'us nascitur ex specula, id est, ex hominu Pastorum stirpe, qui morum aduentum, lupi præuidere. Rom. 2. Ansel.

45. Hinc reor difficilè Pastorale munus, seu Præsulatum quem posse gerere, nisi peritiam habeat præuidendi gregi imminentem calamitatem Oues Israeliticæ *clamauerunt* dum in lupi faucibus morarentur, *ad Dominum, qui suscitauit eis Saluatorem, seu Pastorem, Othoniel videlicet filium Cenez. Fuitque in eo Spiritus Domini, & iudicauit Israel, egressusque est ad pugnam.* Iudic. 3. Qui nam ille Domini Spiritus? Chaldæus, *Mansit super eum spiritus prophetiæ.* Quam aptè bono Pastori prophetiæ datur cum munere Pastorali Spiritus, vt venturi lupi præuideat irruptionem.

Qui à Deo accepit Pastorale officiu, simul accepit spiritum prophetiæ ad præuidenda gregis incommoda. Iudic. 3. Chald.

46. Elegit Moyses ad vulgus innumerabile ouiũ Israelitici gregis septuaginta Pastores seniores quidem *Cum requieuisset in eis Spiritus, prophetauerunt.* Num. 11. Eligis ne Prophetas, an Pastores? Eligo quidem Pastores, sed qui spiritu prophetico sint afflati ad ouium securitatem. Oleaster pulchrè, *Mirum valde est, quare detur Rectoribus (gregis) spiritus prophetiæ; vt scilicet futura præuoscant. Præcipuum munus Principis, (seu Pastoris) est, diuinare, vt prouideant malis, ante quam veniant.*

Septuaginta Pastores Israelitici gregis cum munere prophetiæ spiritum accepere. Num. 11. Oleast.

47. De Iosepho sic parens Iacob, *Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectu. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob; inde Pastor egressus est lapis Israel.* Gen. 49. Vbi solum adnoto vocitari Pastorem arcum præparantem, ad fundam contorquendum, brachia exerentem. An imminet hostis? Porrò Pastor semper præuisor est lupi venturi, vt gregem diripiat. *Præcipuum munus Principis est, diuinare, vt prouideat malis.* Edoctus ergo Ioseph à bono Pastore Iacob, à cuius oculis somnus fugiebat, seder speculator tenens arcum, præparans fundam, vt gregi Israelitico possit prouidere.

Ioseph se scientiam augurandi affirmat habere, quia Pastor erat. Gen. 48.

48. Arguit ille fratres, oues quidem Dominici gregis, furti, & profatur: *An ignoratis, quod non sit similis mei in augurandi scientia?* Gen. 44. Hebraicè. *An non nestis, quod diuinando non diuinat vir sicut ego?* Num humilitatis Iosephi, sese aliis præferre? Appositè respondet Caietanus, *Non sunt verba præferentis se aliis, sed dicentis, communem esse diuinationem sui similibus.* Si Pastor est, cum munere accepit diuinationis gratiam, vt malis futuris valeat prouidere? Profectò prophetiæ, aut diuinationis metaphora intendo Præsules monere, vt prudenti astu studeant futura incommoda auertere. Regis oues? Propheta non

So Pastor Ioseph asserit augurandi scientia excellere. Gen. 44. Caiet.

Prudentia Pastoru est veluti prophetia.

sum, sed scio lupum qui circuit quærens, quem deuoret, accessurum. Vnde eo ipso, quod oues pascendas assumis, quasi prophetico spiritu videres, debes de reparandis incommodis cogitare.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Lupus rapit, & dispergit oues.

Lupus, vt possit oues rapere, curat eas dispergere.

Gregis enim, seu communitatis exitium est, ouium, siue fratrum diuisio.

Ait Augustinus serm. 90. de verb. Dom. *Non omnes, qui corpora sua in passionibus etiam igni tradunt, æstimandi sunt sanguinem fudisse pro ouibus. Si tradidero, inquit Apostolus, corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Non habent autem charitatem, qui non habent vnitatem.* Id est, qui non curant oues vnitate colligari; ex cuius defectu lupus oues abripit. *Rapit, & dispergit*; non quia prius rapiat, mox dispergat; sed simul rapiendi & dispergendi exerat actionem; quia, me auctore, non abripit nisi dispergendo. Vnde Pastores diligentissimè studium impendant vnitati ouium, si se diligere eas ostendere curant. Non habet charitatem, qui ouium non custodit vnitatem, ex cuius defectu necessariò sunt diripiendæ. 49.

Memor Regularium Pastores, vnice studere communicatu concordia. August.

50. Greges Lothi à gregibus Abrahami diuiduntur, & mox lupi abripuerunt; quia post diuisionem infallibile est gregis exitium. *Acceperunt hostes omnes equos Sodomorum, & Gomorrha, & omnes commeatus eorum, & abierunt. Acceperunt quoque & Loth filium fratris Abra, & supellectilem eius.* Gen. 13. En lupum diripientem gregem Lothi, ipsumque ac familiam eius partem scilicet gregis Dominici. Profectò si grex diuisus non fuisset, luporum præda non efficeretur. Pulchrè Chrysostomus, *Ecce enim, vt diuisus est à iusto, & putabat, se in maiori esse rerum vbertate, & copia: repentè factus est seruus carens domo; vt discas, quantum malum sit diuisio.*

Vbi greges Loth, & ipse cum familia pars Dominici gregis, diuiditur à familia Abra. diripiuntur. Gen 13. Chrys.

51. Lupum equidem vocitarim eum qui in communitate iurgia seminat; dispergit enim gregem, vt diripiat. Describit Salomon iurgiorum seminatorem. *Homo apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & in omni tempore iurgia seminat.* Prou. 6. Apostatam vocitaro Religiosum irregularem à Deo cadens veluti Apostata Angelus. Hic iurgia seminat, vt gregem comminuat lupi gerens officium. Gregorius Past. 3. p. cap. 24. *Ecce quem seminantem iurgia dicere voluit; prius Apostatam nominauit, quia nisi more superbientis Angeli, à conspectu*

Seminator iurgiorum in communitate lupus est diaboli æmulator, dispergit oues, vt abripiat. Prou. 6. Greg.

conditoris prius intus auersione mentis caderet: foras postmodum vsque ad seminanda iurgia non veniret. Ergo iurgiorum seminator à Deo cadens, diabolus est, lupus est, qui oues fratres curat dispergere, vt abripiat.

52. Pastor ipse sub metaphora vineæ curat gregi prouidere. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.* Cantic. 2. *Capite nobis* sic, pulchrè pressit Bernardus serm. 64. in Cant. *Vide quam socialiter loquitur, qui socium non habet. Poterat dicere mihi; sed maluit Nobis, consortio delectatus.* Curat Dominus vineæ custos, gregis Pastor & vites & oues custodi ac Pastori colligari vnionis vinculo; quia vulpes expetunt vineam, lupi gregem demoliri. At nec vinea peribit, nec grex comminuetur, si Rector, & communitas dilectionis vinculo colligentur. Lupus enim non diripit nisi dispergat.

Curat Pastor, oues colligari, ne lupus disperdat communitas. Cant. 2. Bernard.

53. Pastorem ergo audite, Religiosæ ouiculæ. *Assumpsi mihi duas virgas: vnam vocaui decorem, alteram vocaui funiculum: & paui gregem.* Zach. 11. Gregem quidem communitatis meæ paui, & incrementa proficere feci, vsus pro baculo duplici virga. Quæ nam hæ virgæ? Profectò vna appellatur decor, significans Rectoris in cunctos subditos æqualitatem. Dominus Pastor gregis fidelis decorem induius est, id est, in oues æqualitatem. Altera virga vocatur funiculus ad oues colligandas, vt non possit lupus gregem dispersum absumere. Hieronymus, *Idcirco vocatio gentium vocatur decora & pulchra, quia nihil pulchrius est, quam vniuersitatis parentem vocare omnes æqualiter.* Communitas eorum, qui à Domino vocantur à sæculo, appellatur pulchra, & decora, cum Pastor se cunctis ouibus præstat æqualem sine acceptatione personarum. Ex quo quidem sequitur vnionis funiculum rumpi non posse à lupo irruente.

Pastor duplici baculo dirigat æqualitate, & vnione ex illa procedente. Zach 11. Hieron.

54. Fatur D. Ephrem in Prouerb. *Vt Phœnix in laudibus canens, ita charitas, & concordia fratrum in Domino.* Cur concordia fratrum Phœnici comparatur: An quia Phœnix vnicus symbolum vnitatis? Certe ideo reor, Diuum comparasse Phœnici communitatem vnitam, vt eius expenderet immunitatem. Canit Phœnix velut vacuus viator ille à latrone securus, quia nullum timet hostem venturum, non aquilam, non vulturem. Deo enim speciem conseruante, Phœnix ipse flammis sese post sæculum addicit. Ergo communitas fratrum pacis vinculo colligata potest instar Phœnicis canere, quia à nullo irruente lupo potest comminui.

Ouis colligata secura est, sicut Phœnix, minimè vulnerata. Ephr.

55. Non separetur a communitate ouicula, haud erronea singularis incedat: minimè à lupo diripietur; secus si à socijs recedere non vereatur. Exploratores sic Rahab, *Patrem tuum, ac matrem, fratresque, & omnem cognationem tuam congregaueris in domum tuam. Qui ostium domus tuæ egressus fuerit sanguis ipsius erit in caput eius.* Iosue 2. Existima ô Rahab hospita nostra, imminentem calamitatem in morem luporum irruituram esse. Pastoris gerens munus congrega totius cognationis tuæ gregem. Væ ouiculæ à communitate recedenti! Peribit omninò. Cyprianus de vnit. Eccl. *Patrem tuum, & matrem tuam, & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam. Et omnis, qui exierit ostium domus tuæ foras, reus sibi erit.*

Quolibet ouis singulariter incedens subit lupi periculum. Iosue 2. Cypr.

56. Minatur Deus gregis totius perditionem sub agni discedentis ab ouibus imagine. *Nunc pascet eos Dominus quasi agnum in latitudine.* Osee 4. Quid in latitudine Agnus? Emanuel Saa, *Vt agnum mactandum, qui libere sinitur pasci.* Mactandum planè, quia dum solitarius à communitate ouium recedit, irruit lupus mactaturus. Vt ergo Deus totius gregis perditionem exprimat, eum comparat agno ab ouibus recedente. Nam cum permittit Pastor, oues singulariter diuisas incedere, ac diuagari, citò grex disperditur. Chrysostomus hom. 51. ad Popul. *Nihil tam malum ouibus, quam solitudo, & status inconciliabilis.*

Tunc perdi tur grex, cùm disperguntur oues. Osee 4. Saa. Chrysost.

OBSERVATIO VIII.

Ad illa verba:

Mercenarius fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

Ineffabilis in Pastore cælesti, etiam cum iratus obiicitur, mansuetudo elucet; quia videlicet pertinet ad eum de ouibus.

Moneo Præsules, nunquam non subditorum ostentari Pastores benignitate affectos, etiam cum erroneis ouiculis.

57. TVTA gregis fælicitas, quod custos eius non se gerat mercenarium, ad quem de ouibus non pertineat; sed Pastorem, ad quem quidem de ouibus, operibus ipsis, constet pertinere. Gregorius hom. 14. *In eo, quod ouibus præest, non oues diligit, sed lucrum terrenum quærit: quod ne amittat, opponere se contra periculum trepidat: Ostendit ad se de ouibus non pertinere.* A Pastorali munere expungatur quisquis ex ouibus lucrum amat proprium, non ipsarum incrementa; ostendit enim ad eum de ouibus non pertinere. Qui diligit oues Pastor est. Nam de more diligentis omnia commoda procurat amato. Preme particulam, *Non oues diligit.* Tota fælicitas, inquam, gregis, quod custos amet ouiculas, quibus vel erroneis lubentissimè parcet; *charitas enim operit multitudinem peccatorum.*

Greg. *Tota gregis felicitas, amari à Pastore ipsas, non lucra.*

58. Ouicula ex grege recedens sese fugæ addixit. Iratum Pastorem contemplor, sed tamen se benignissimum præbuit ouiculæ, eam humeris tradens ad gregem deferendam. Cur non flagellis vulnerat? Pastor est. Contemplatus sum cælestem Pastorem Iudicij instantia iracundià quidem affectum. *Tunc sedebit super sedem maiestatis suæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut Pastor segregat oues ab hædis.* Matth. 25. Dies Iudicij horribilis venit, tribunal obiicitur, rei circunstant: & tamen ille seuerissimus iniquitatum vltor

Vel cum iracundiam agit Deus, se Pastorem ostendit. Mat. 25.

sicut

ficut Pastor segregat oues ab hædis. Præsules siue præmio sint donaturi probos, siue improbos volneraturi: se Pastores ostendant. Reus agnoscat illum vel in ipsius iustitiæ acie se meminisse Pastorem. Anselmus pulchre, Vel cum *segregat oues ab hedis hædos collocaturus ad sinistram, ostenditur Pastor, qui posuit animam suam pro ouibus suis.*

Ansel.

59\. David cecinit, *Ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius.* Psal. 29. Si ira in indignatione, Deus flagrabit iracundia. Profecto Iudicij horribilem diem Propheta annunciat. Tunc autem Pastor erit. Vnde ira non erit in ouibus, sed in ipsamet indignatione velut suffocabitur. Vita autem erit in voluntate, quia amor ergà oues, efficiet eum vel in hædos ostentari Pastorem, eos citra condignum supplicio committendo. Chaldæus, *Vna hora est ira eius, vita æterna bona voluntas eius.* Quonammodo potest esse æterna circa damnatos bona Dei voluntas, nisi quia miseri illi hædi citra condignum ex Pastoris pietate torquentur?

Pastor vel cælestis vel hædis ostendit se Pastorem, dū eos punit citrà condignū.

Psal. 29. Chald.

60\. Proclamat sponsa, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas; vbi cubes in meridie?* Cant. 1. Profecto ex Patrum mente, illius meridiei meminit sponsa, quo Deus peccatores è paradiso deturbarat. Cur igitur dixit, *Indica, vbi pascas in meridie*, si aptios dixisset, *Indica, vbi gladium stringas!* Quid irato Numini cum pascuæ amœnitate? Profecto Deus vel cum irascitur se præbet erranti ouiculæ Pastorem. Ambrosius lib. de Isaac. Cap. 4. Recte dicit, vbi pascis: Quia *Regale est Dei verbum.* si Verbum Dei Regale est, vel cum iratum ex sententia Ruperti vindicat in oues erroneas: se Pastorem ostentat.

Vel peccatores, primos parentes pascebat.

Cant. 1.

Ambros.

Præsules Dominum æmulentur, numquam non se Pastores subditorum exhibentes. Ex ore Isaiæ Deus, *Ego sum Dominus faciens omnia: Qui dico Cyro, Pastor meus es.* Cap. 44. Quia Deus Pastor est oues faciens, pertinet ad eum de ouibus, & Regem Cyrum cui oues tradit, monet Pastorem ostendi: *Pastor meus es.* Ne te lupum ostentes, ne mercenarium agas, ad quem de ouibus nihil: sed Pastorem te exeras, ad quem de ouibus pertinere videatur. 61.

Curat Deus omnes Præsules se ostendere gregis Pastores. Isa 44.

Ipsi gregi Dominus, *Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit Patri vestro dare vobis Regnum.* Luc. 12. Cur dat gregi fieri Pastorem? Certe vt ex iis, quæ à Pastore cœlesti accepit beneficiis, sciret quonammodo gregem Dominicum Pastoris affectu custodiret. Chrysologus serm. 23. *O bonitas effusa, ô inaudita pietas! Pastor oues assumit, atque ad consortium dominationis seruos Dominus asciscit, ad participatum Regni Rex gregem totius populi admittit.* Vndenam hîc Dei pietas inaudita ostentatur? Quia dum oues suas efficit Pastores gregi se benignissimum exhibet. Quomodo enim ouis Pastor effecta non benignè se vel cum errantibus ouiculis geret memor Pastoris cœlestis, qui oues erroneas humeris retulit ad ouile? 62.

Pastor cælestis oues suas fecit Pastores, in gregis vtilitatem. Luc. 12. Chrysol.

Fatur Iacob de Iosepho Præsule Ægypti. *Indè Pastor egressus est.* Gen 49. Vnde precor egressus, Inde id est, è carcere, vbi à Deo descendente cum eo in foueam, qui quidem *deduxit velut ouem Ioseph* refectus fuit. Inde igitur ouis facta Pastor egreditur. Rupertus lib. 9. in Gen. Cap. 36. *Ideo tempore famis vigilantissima Pastoris cura multos pauit populos.* A Pastore cœlesti ouis didicerat. 63.

Ioseph Pastoris cælestis ouis facta est Pastor. Gen. 49. Rupert.

SECTIO SECVNDA.

Pastoris cælestis Proprietates.

TEXTVS.

Vers. 14. EGo sum Pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. 15. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. 16. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere: & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus Pastor.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Pastore cælesti oues dignoscente.



1\. *EGO sum pastor bonus.*] Cur recit, se bonum esse Pastorem? Vt postquam à mercenariis & furibus distinctum se esse probauit, ab aliis omnibus etiam bonis pastoribus secernatur: seque illum vnicum, & verum Pastorem promissum ostendat.

Cur expriat, se bonum esse Pastorem?

2\. *Et cognosco oues meas.*] Probat se illum vnicum promissum esse Pastorem quatuor argumentis. Primum est. *Et cognosco oues meas.* Toletus, *Et, loco, quia, positum est*, Hebræa quidem phrasi. Pastores oues suas non dignoscunt distincte, nisi aliquo exteriori signo notentur: at cœlestis Pastor verus, & proprius suas nouit oues nullo etiam signo distinctas. Multæ apud infideles oues commorantur, nullo externo signo distinctæ, tamen à Christo & agnoscuntur, & trahuntur. *Cognouit Dominus, qui sunt eius.* 2. Timo. 2. Existimo planè

Primum argumentum, quo se probat verum esse Pastorem promissum. Tolet.

2\. Tim. 2

3. *Loquitur Christus de omnibus electis*

Dominum in præsenti non de omnibus fidelibus, gregis quidem ouibus, locutum in præsenti: sed specialiter de electis ac prædestinatis ouibus æternum futuris. Illas proculdubio Pastor agnouit; sed has modo particulari; quia & intellectu, & affectu in ipsas fertur, quæ ab eo nunquam sunt auellendæ: licet ad tempus errare permittantur.

§. II.

De ouibus dignoscentibus Pastorem.

4. *Secundum argumentum quo se verum illum Pastorem ostendit.*

ET *cognoscunt me meæ.*] Secundum exponit argumentum, quo se probat verum illum Pastorem: cognoscor ab ouibus. Certe prædestinati infallibiliter Christum Pastorem agnoscunt, quia licet ad tempus errent, tandem suum agnoscent Pastorem, sicut cognitæ sunt, Paulo adnotante. *Ex quibus est Hymenæus & Philetus, qui a veritate exciderunt dicentes, resurrectionem esse iam factam: & subuerterunt quorumdam fidem; sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: cognouit Dominus, qui sunt eius.* 2 Tim. 2. *Crediderunt* (ait Lucas) *quotquot præordinati erant ad vitam æternam.* Act. 13. Oues ergo Christi ipsum cognoscunt. An non hæc veri Pastoris est nota? Haud necessarium est, hunc, vel illum Pastorem ad vitam æternam agnoscere; at Christum dignoscere Pastorum Magistrum, est necessarium Profectò (vt Toletus adnotat) *est hæc nota effectus prioris.* Propterea enim oues cognoscunt me, quia ego cognosco eas.

2. Tim. 2. Act. 13.

Toletus

5. *Similitudo hæc non est æqualitatis, sed proportionis.*

Sicut nouit me Pater.] Quales sint cognitiones præcedentes, Dominus explicat. Cognosco oues meas sicut Pater me cognouit: & cognoscunt me meæ oues, sicut ego noui Patrem. Loquitur quidem vt homo. An similitudo hæc sit æqualitatis? Minimè, sed proportionis. Non enim dictio *sicut* semper æqualitatem indicat. *Estote perfecti, sicut Pater vester perfectus est.* Matth. 5. Quomodo igitur Pater nouit Christum, sic proportionis similitudine Christus suos agnouit.

Mat. 5.

6. *Quonammodo Pater Christum agnoscit.*

Quonammodo ergo Pater Christum agnouit? Profectò cognouit Christum vt Deum, quia intelligendo, & cognoscendo totam suam, & donauit, & communicauit substantiam, & vitam. Dignouit vt hominem, ita vt non fuerit sterilis cognitio sed simul effectiua, & factiua, quia eam humanitatem summis donis, & perfectionibus, vitaque spirituali affecit. Porrò sic Christus nouit suos, non sterili speculatione, qua etiam inimicos nouit: sed affectu, ac efficientia; quia ineffabilibus beneficiis, insignibúsque virtutibus, ac donis suos repleuit electos, eosque viuificat. Sicut igitur nouit me Pater, sic ego oues meas.

Sic Christus oues dignoscit

7. *Quonammodo Christus Patrem agnoscit?*

Et ego agnosco Patrem.] Quonammodo Filius Patrem agnouit? Vt Deus est, recognoscit quod à Patre accepit, & redamat ipsum non tamen vitam, aut aliquid ei communicat; quia Pater à Filio non accipit quidquam in se. Vt homo autem Christus nouit Patrem, eius voluntatem in omnibus implendo, ipsius honorem in omnibus conferendo, nomen eius celebrando. Sic etiam oues Christum agnoscunt, amando, reuerendo, colendo, obediendo, & celebrando. At nihil ei vitæ, aut perfectionis addunt: nihil ab eis Christus perfectionis accipit. *Postquam feceritis hæc, dicite: serui inutiles sumus.* Luc. 17. Itaq; Christus verus hinc Pastor exponitur, Messias asseritur Dei Filius. Nemo enim sic cognoscit oues, aut ab ouibus dignoscetur.

Sic oues agnoscunt Christum Luc. 17

8. *Chrysostomi, & Euthymij expositio reiicitur.* Chrys. Euthym.

Scio Chrysostomum hom. 59. & Euthymium non retulisse hanc similitudinem ad cognitiones præcedentes: sed aliam esse sententiam asseruisse, hoc sensu; sicut nouit me Pater, ita ego æqualiter cognosco Patrem. Hoc autem dicitur, ne cum præcesserit: *Ego cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ*, aliquis existimet, æqualem habere oues cognitionem cum Patre, ad quam oues non possunt peruenire. Non probo expositionem, quia non erat verisimilis huiusmodi dubitatio, nec ex verbis illis aliquis eam concipere potuit æqualitatem.

§. III.

De affectu Pastoris animam pro ouibus ponentis.

9. *Tertium argumentum.*

ET *animam meam pono pro ouibus meis.*] En tertium argumentum, quo se Dominus verum Pastorem esse confirmat. Proprij Pastores vitam pro ouibus non exponunt: fures & latrones ouium vitæ insidiantur: Christus autem promissus ille Pastor suam pro ouibus vitam exposuit.

10. *Quonammodo Christo Pastori singulare fuit, animam pro ouibus ponere?*

Requiris, quonammodo vni Christo singulare fuerit, animam pro ouibus ponere, si Martyres etiam vitam posuere? Quia primùm non quouis modo Dominus animam pro ouibus posuit, sed eo, quo nemo alius obiuit. Apostoli & Martyres pro ouibus Christi animas exposuerunt; sed eorum mors in redemptionem, ac remissionem peccatorum non profuit. Sola enim Christi potuit delere peccatum, gratiã restituere, cælũ reserare. Homo deinde vitã pro alio ponere potest, & exposuere multi; sed hi, qui exposuerũt, erãt morituri, etiamsi pro aliis non exposuissent. At Christus non sic; quia ex vnione ad Verbum caro illa immortalis erat futura, & ei impassibilitas, & immortalitas debebatur; at pro ouibus liberandis, se passibilem, & mortalẽ exposuit: dispensatiuè impediendo, ne eius gloria ad carnem se extenderet. *Propter vos egens factus est, cum esset diues.* 2. Cor. 8. Homines denique potius pro se moriuntur, quam pro aliis; quia sibi plus prosunt, quam illis. Mors enim Martyrum plus eis profuit, nam gratiæ eis & gloriæ pondus contulit. Aristoteles docuit, qui pro amico moritur, plus se, quam amicum amare, *quia sibi bonum honestum comparat, amico autem vitam temporalem, pro cuius defensione vitam exponit.* At Christus non sic: Vita enim eius pro nobis exposita nobis plus profuit, quia ad remissionem peccatorum, ad gratiæ consecutionem, ad æternam vitam nobis fuit necessaria; horum autem nihil sibi per mortem Dominus comparauit; ex vnione enim omnia sibi debita erant; nec pro se mori erat opus. Ipse igitur est, qui propriè, & perfectè animam suam pro

2. Cor. 8.

Aristot.

ouibus

Isa. 53.

ouibus exposuit, de quo solo Isaias, *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longinquum*. cap. 53.

§. IV.

De Pastore oues quærente, & reducente.

11. *Quartum argumentũ.* Ezech. 34.

ET *alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere.*] Quartum denique argumentum probans verum promissum esse Pastorem, Dominus in medium profert. Errantes oues requiro, & adduco. *Quod abiectum* (malos Pastores arguit) *erat, non reduxistis: & quod perierat, non quæsistis*. Ezech. 34. Inter Gentes cælestis Pastor multas oues errantes habebat, quæ non erant de ouili Synagogæ. Has per suos Apostolos requisiuit, ad suúmque reduxit ouile. An non hisce verbis Dominus Gentium exprimit vocationem? Asseruit D. Basilius hom. 28. ad Psal. 28. Gregorius hom. 14. in Euang. Augustinus Tract. 47. Chrysostomus 59. *Oportet, me adducere*. Illud *oportet* Patris præceptum significat. Habuit enim Christus homo Patris mandatum conuocandi, & reducendi Gentium nationes ad Dei ouile, pro quibus etiam mortuus est.

D. Basil. & alij. *Quidnam, oportet.*

12. *Oues audituros vocem Pastoris.*

Et vocem meam audient, & fiet vnum ouile.] Audient quidem oues hæ tam errantes, quam si quæ intra ouile illud fuerint: vocem Christi per Apostolos clamantis, non solum auditu aurium, sed cordium; quia fide & dilectione, & obedientia ad suum verum Pastorem conuertentur; & ex vtroque vnum ouile fiet. Ex Synagoga enim Iudæorum & Gentium Ecclesia vna vniuersalis & Catholica Ecclesia fiet, extra quam non est salus: vbi iam non est distinctio Iudæi, & Græci: sed vnum ouile, vnus populus, vna fides, vna Religio, eadem Sacramenta, vnum sacrificium.

Et vnus Pastor.] Vnum scilicet caput Religionis, & vnicus supremus Gubernator. An vnius Pastoris nomine solus Christus intelligendus? Minimè, sed etiam eius Vicarij, quos in ouili militantis Ecclesiæ habet. Vnus est enim Pastor Petrus post Christi ascensionem. Vnicus etiam Pastor est successor Petri Romani Episcopi, qui vices Christi in terris exercens, vnius ouilis Pastoris munere fungitur. Sub hoc inferiores militant multi, non toti ouili, vti ille: sed singuli singulis ouilis partibus præsidentes. 13. *De vnico vnius ouilis Pastore.*

Patres ad hæc. Augustinus ser. 57. *Erant in Gentibus aliqui prædestinati nondum congregati*. Anselmus, *Adduxit Dominus hasce oues per Apostolos*. Augustin. *Præsentiam suam corporalem non exhibuit nisi populo Israel, iuxta illud: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel; ad Gentes autem non perrexit ipse sed misit. Erit*, inquit, *vnum ouile*. Gregorius hom. 14. *Iudaicum enim Populum, & Gentilem in sua fide coniunxit*. Plura mitto.

14. *Quid Patres?* August. Anselm. August. Gregor.

IN IESVM CONCIONANTEM.

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM.

EX PASTORIS COELESTIS proprietatibus.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Ego sum Pastor bonus, &c.

Multa exprimit Dominus requiri, vt quis bonus Pastor ouium Ecclesiæ asseri possit.

Vnde datur colligere, Præsulatum onus esse magis, quam honorem validissimis humeris omninò formidandum. Idem planè est Præsulem fieri, ac neci addici.

15. Vr bis Dominus & se bonum Pastorem esse asseruit, & vitam pro ouibus litare? Certè vt Præsulum suorum corda efficacius persuaderet, difficile admodum esse Præsulatus ministerium. Quare autem non solum inculcauit, se esse bonum Pastorem; sed simul clausulam illam adiecit, *& animam mea pono pro ouibus*. Profectò vt innuat, agnatum esse Præsulatui mori. Non dixit, *Animam meam ponam, sed pono*; vt ostendatur non solum de nece futura loquutum esse; sed etiam de præsenti morte Præsulatus muneri agnata. Nam qui suscipit officium Rectoris, quasi neci ignorans addicitur.

16. *Qui ad Pastorale officiũ assumitur quasi ad crucem tollitur.*

Deus, Moysi postulanti à Domino populo Præfectum. *Tolle Iosue filium Nun, virum in quo est spiritus*. Num. 27. Cur vsus verbo illo: *Tolle*, & non *Assume*? Crediderim, quia vocabulo tollendi aliquem significatur, eum ad necem deduci. *Tolle filium tuum vnigenitum*. Genes. 22. *Tolle, tolle, crucifige eum*. Matth. 27. Sic Abulensis, *Tolle Iosue, significat enim quandam deductionem non voluntariam*, scilicet ad necem.

Num. 27. Gen. 22. Matt. 27. Abul.

17. *Idem est, Pastorem eligi ad Pastorale*

Illustro locũ Domini sententia illa ad Petrũ: *Pasce oues meas, pasce agnos meos*. Te Pastorem Ecclesiæ constituo. Mox ex muneris iniuncti proprietate

muneri ac ad crucem tolli, Ioa 21,

proprietate inseparabili,seu potius dixerim, idẽtitate,adiecit:*Cum senueris,alius cinget te, & ducet quo tu non vis. Hoc autem*(ait Ioannes) *dixit, significans , qua morte esset clarificaturus Deum.* Ioan. 21. Cur simul & eum asserit Pastorem & moriturum cruci exprimit illigatum ? Certe quia idem reputandum quem esse Pastorem, ac cruci suffigi *Tolle , tolle crucifige* dicitur Iosue Præsuli:*Tolle Iosue.* Preme verbum,*& ducet, quo tu non vis.* An non id Abulensis monebat,*Tolle Iosue. Significat quandam ductionem non voluntariam* , si naturæ repugnantiam contemplemur.

Abulens.

18. *Vita Pastoris mors diuturna.* 2.Tim. 2. Salmer.

Præsulibus Apostolus in Timotheo , *Labora sicut bonus miles.* 2. Tim. 2. Salmeron exponit ex Græco, *Mala,afflictiones imo mortem sustine more strenui militis. Est enim vita hominis militia super terram maximè iis , qui vt aliis intendant, eliguntur.* Prælati quidem vita militia est , bello, periculis,molestiis,morti assuefacta.

19. *Pastor bonum bonum certamen certat quia semper moritur , vt decet bonum Pastorem* 2.Tim. 2. Isid. Pelus.

Qui ad Pastorale officium assumitur , existimet,ablatum esse ad mortis pericula , quæ quidem ipsa morte amariora.*Porque es a morir muchas veces. In mortibus frequenter. Bonum* (ait idem Apostolus)*certamen certaui*, 2. Timoth. 4. Quam bonum ? Vt decebat bonum Pastorem, quia *bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis.* Isidorus Pelus. lib. 3. epist. 216. *Si quis ad hunc thronum euehatur , idcirco instituitur , vt legitime certet ; non autem vt citra periculum vita in luxu, aut deliciis versetur.* Superius , *Pericula conspiciat , (aduersus eum enim armis instruuntur inuisibiles, ac plerumque etiam visibiles inimici) ac non honorem suum animo perpendat ; mortes contempletur. In mortibus frequenter.*

20. *Allidetur qui Pastor hominum efficitur.* Psal. 101. Brixia.

Conqueritur Dauid,quòd è Pastore ouium ad hominum Pastorem fuerit eleuatus. *Eleuans,allisisti me.* Psal. 101. Vbi Brixianus, videris extulisse me in altum , vt grauiori casu in extremas miserias me deiiceres. Liceat vulgari vti sermone:*Hacer me Pastor de hombres , fue como estrellar me en vna pared.*

21. *Qui ad Pastorale officiũ vocatur , ad crucem adducitur,* Ioa. 21. Salmer.

Dixi , Pastorali quem munere donari , idem esse ac cruci suffigi. Id confirmo. Cum primum Christus Petrum summum fecit Pastorem,*Pasce oues meas* (vt contemplabamur) illico sui sequelam indixit:*Sequere me.* Ioa. 21. Quid sequi Saluatorem nisi eius crucis fieri participem:*Tollat crucem suam, & sequatur me.* Ad quæ noster Salmeron tom. 11. tract 31. *Obserua, eos , qui ad Pastorum dignitatem vocantur,simul etiam ad iniunctam cum Pastoratu Crucem assumi.*

22. *Præstat mori, quam Pastor fieri.* Num 11. Chrysost.

Iam ostenderim , mori præstare, quam baculum Pastorale regere. Moysem Deus suo gregi præfecerat. Prudentissimus autem Pastor post frequentes mortes ex regimine Domino profatur,*Obsecro,vt interficias me.* Num. 11. Cur necari postulas?Certè quia morte dirius, imo occisione inhumanius est,oues gubernare. Oleaster, *Mauult occidi , quam præesse. Grauior illi morte Præfectura.*Chrysostomus,*Moyses*(inquit lib. 4. de Sacerdot.) *vt explicaretur Præfectura, lubens è viuis excessisset.* Nec solum placido obitu,sed interitu violento : *Obsecro , vt interficias me.*

***

Observatio II.

Ad illa verba :

Et animam meam pono pro ouibus meis.

Se verum Pastorem ostendit,dum asserit , se ex dilectione erga oues munus gerere; non lucris propriis inhiantem.

Nihil sic impedit animorum profectum, quam Euangelij ministros temporariis lucris studere.



REGORIVS hom. 14. in Euang. *Quasi diceret, in hoc constat , quod cognosco Patrem,& à Patre cognoscor. Charitate enim , qua pro ouibus morior , quantum Patrem diligam ostendo.* Ex hoc(ait Toletus) Dominus ostendit se à mercenariis,à latronibus, imo à multis bonis alias Pastoribus distinguit; quia rarissimus est,qui purissimo dilectionis affectu se gerat circa ouium gubernationem. Væ Euangelij ministerio. 23. Gregor. Tolet.

24. *Pastor lucris studens , redditur mercenarius.* Gregor.

Pondero illam clausulam : *Mercenarius autem,& qui non est Pastor, videt lupum venientem, & dimittit oues,& fugit* Ioa. 10. Qui nam obsecro Mercenarius?An qui conducitur à Pastore, vt oues custodiat ? Profectò Mercenarium dixerim Pastorem quemlibet , qui oues non diligit, sed lanam, sed lac : quique honoris studet commodis,non ouium vtilitati. Gregorius apud D. Thom. in Cat. *Sunt nonnulli , qui dum plus terrenam substantiam , quam oues diligunt , meritò nomen Pastoris perdunt. Non enim Pastor,sed Mercenarius vocatur , qui non pro amore intimo oues Dominicas , sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est , qui Pastoris locum tenet,sed lucrum animarum non quærit,terrenis commodis inhiat.* An non periere spiritualia Euangelij lucra?

25. *Non vult Dominus, Euangelij ministros ferre, vbi possint aliquid temporarium asseruare* Matt. 10 Chrysost.

Nolite(ait Dominus) *possidere aurum , neque argentum,neque pecuniam in zonis vestris.* Matth. 10 Quando nam id indixit Apostolis?Quando eos ad prædicandum immisit. *Comedite*, inquit, *quæ apponuntur vobis.* Cur non licebit & pecunias deportare in zonis repositas ad subsidium annonæ,si fortè aliquando nullus sit qui apponat?Profectò ne studeat Prædicator zonæ prouisioni , nec habeat vbi possit quidquam temporarij lucri reponere. Chrysostomus hom. 47. in Matth. *Cum Apostolos ad prædicandum mitteret,non dixit: Ieiunate;sed quidquid vobis apponitur, comedite. De pecuniis autem , quam exactissimè mandauit,dicens: Non possideatis aurum,neque argentum,neque æs in zonis vestris. Ni vn cuarto.* Nulla enim ansa debet exhiberi Euangelij ministro,vt sibi persuadeat possibile accipere quod asseruari possit. Ideo prohibet sacculi,ac peræ asportationẽ. *Nolite portare sacculũ,neq; peram.*

Elegit

28. Elegit Dominus Matthæum ad Pastorale officium. Vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine: & ait illi, sequere me. Et surgens,se putus est eum. *Et factum est discumbente,&c.*Matth.9. Aliis electis ad ministerium Apostolis, ait: *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.* Cur non indixit Matthæo vocationis intentum. *Sequere me, faciam te fieri lucrorum spiritualium hominum studiosum*: Apostolum assignabo? Certè quia eo ipso quo despiciens pecunias secutus est Dominum, iam in Apostolum mutatus est, iam bonus Pastor esse conspicitur; quia nihil sic agnatum bono Pastori, quam temporaria lucra contemnere. Remigius apud D.Thom. *Humana etiam pericula, quæ ei à Principibus accidere poterant, parui pendit: dum officij sui rationes imperfectas reliquit. Vnde sequitur, Et surgens secutus est eum. Et quia terrena lucra deseruit, ideo ipso iure* (sine speciali Domini assignatione, aut expressione), *factus est Dominicorum, lucrorum dispensator.*

Non asseritur expresè Matthæum Apostolum factum, quia illud ipsum pecuniam contempsisse, fuit actu Apostolum esse. Matth.9.

Remig.

29. Immittuntur Discipuli ad Pastorale munus obeundum à Domino prusante: *Ite in vniuersum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ,&c. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Mar.16. Preme verbum: *Domino cooperante.* Quænam Domini illa cooperatio? An signorum expressio: Profectò hæc sequebatur Domini cooperationem: *sequentibus*, ait, *signis.* Profectò crediderim, Domini cooperationem, esse auxilium illud, quo Discipuli pecuniarum studium contempsere. Hæc planè à pecuniis abstractio eos fecit ouibus verè Pastores æstimari, & eis salutares existere. D.Chrysostomus id eleganter expressit hom. 47. in Matth. *An fortè credis, illos Angelos natura, aut de cœlo lapsos fuisse? Non, inquies; sed signis illi rutilabant. Non propter signa illi claruerunt. Vsque ita ignauiam nostram miraculorum fulgore, quæ tunc coruscarunt, quasi velamine quodam obducimus? Multi enim, qui dæmones eiecerunt, ob improbam ipsorum vitam haud quaquam clari euaserunt: sed etiam suppliciis affecti sunt. Quid igitur, inquies, fuit, quod præcipuè illos magnos effecit? Certè verus, ac non simulatus gloriæ, atque pecuniæ contemptus: & quoniam nullum sæcularium harum rerum omnino curam habuerunt.*

Apostoli totũ orbem ad Iesum adduxerunt, potius contemptu diuitiarum, quam miraculis. Mar.16.

Chrys.

30. Mittitur Moyses ad Pharaonem, & *Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis*, sese ille reuerendum obiecit. An ex miraculorum multiplicatione? Certe magis ex Domini cooperatione, qua reddidit illum velut Deum, qui diuitias despiceret. *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Ambrosius ad Psalm.118. *Fugiendo potentiam, potentior factus est; factus est enim in Deum Regi Pharaoni. Et tu si vis tanquam Deus peccatoribus esse terrori, Regibus reuerentia, vt tanquam Deo tibi videantur esse subiecti; contemne quæ seculi sunt: & Dominicæ passionis opprobrium contende omnibus præferre diuitiis.*

Moyses velut Pharaonis Deum apparuit non tam ex miris, quã ex diuitiarũ despectione. Ambros.

31. Ideo Dominus suos monuit rursùs Discipulos. *Beati pauperes, quoniam vestrum est Regnum Dei.* Luc.6. Vestrum est Regnum, quia euocti obediunt, & subiiciuntur Pastori diuitias contemnenti. Theophylactus ad cap. 6. Matth. *His, qui Apostolos viderint grati sunt futuri, cum agnouerint paupertatem tantam. Quis enim viso Apostolo, qui neque peram, neque panem, qui maximè necessarius est, tollat, non benè afficeretur?*

Cuncti subiiciuntur Pastori paupertatis amatori. Luc.6. Theoph.

32. Ab omnibus huiusmodi Euangelij ministri lucra terrena contemnentes, animo excipiũtur grato, exuberanti cordis alacritate. Quam speciosi supra montes pedes *euangelizantium pacem.* Rom.10. Hebraicè, *Quam desiderabiles, quam appetibiles,* Cum super montes incedentes à longè aspiciuntur, gestiunt omnes eis obuiam procedere. Quare precor? Certè ob diuitiarum ex corde contemptum. D. Gregorius, *Speciosi erant, quia non sua commoda quærebant, speciosi erant, quia terreni lucri inquinamenta ex ipso suæ operationis incessu non contrahebant.*

Aspectus Pastoris cõtemnentis lucra, speciosus, ac desiderabilis est. Rom.10.

Gregor.

Observatio III.

Ad illa verba:

Ego sum Pastor bonus, & cognosco oues meas: & animam meam pono pro ouibus meis.

Probat se euidenter Dominus bonum Pastorem amatorem quidem ouium, dum eas laborando visitat, & moriendo redimit.

Nec enim sine sumptu verus amor ostenditur. Et si licet vulgariter explicare:
Obras son amores.

33. INTERLINEARIS Glossa, *Ego sum Pastor bonus, diligo oues meas, quia animam meam pono pro ouibus meis.* Non diligo oues meas oretenus, quemadmodum mundiales propriæ voluptatis amatores, iactant se amare, cum tamen nullis operibus comprobent dilectionem; & nonnulli, qui se asserunt Dei amatores, dicunt quidem se diligere: sed oblata patiendi occasione desidia abnegant, quod dictione asseuerant. Verus amor operibus confirmandus est.

Anselm.

34. Deus Dauidicum illud carmen concelebrat, *Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam* Psalm.131. Ac si diceret, hominem elegi mearum deliciarum paradisum, gloriæ meæ tabernaculum; hunc amaui, huic toto cordis affectu sum illigatus. Quonam argumento id ô bone Pastor ostendes, te hominem ouiculam amauisse? Certè quia de calice meo bibit, sicut Nathanus ad Dauidem profatur. Sanguinem pro ouicula profudi. Bernardus serm.27. in Cant. *Nec mirum, si libentius inhabitat cœlum hoc Dominus Iesus, quod vtique non quomodo cæteros cœlos dixit tantum vt fierent; sed pugnauit, vt acquireret; occubuit, vt redimeret. Ideo post labores voto potitus ait: Hæc requies mea.* Nemo dicat, *Hæc requies mea*, hæc vnica

Dum Dominus pro hominibus occumbit, ostendit, verè eos dilexisse, quia opera sunt dilectio. Psal.131. Bernard.

vnica voluntatis affectio, hoc cælum, hæc spes, hic amor vnicus meus, nisi *post labores*, quia verus amor operibus non verbis probatur.

35. *Vt Christus Pastor ouibus ostendat esse diligens, prius ostendit manus operatas.* Ioa. 20. Chrys.

Oues dispersæ fuerant à lupis, ouicula Thomas a leone, qui *circuit, querens, quem deuoret:* absumpta fuerat. Pastor diligens oues, ouiculam amans, *stetit in medio eorum, & dixit eis, Pax vobis. Et cum hoc dixisset ostendit eis manus, & latus.* Ioa. 20. Ex mente Chrysologi Dominus cælestis Pastor curauit ouibus suis ostendere dilectionem cordis, ideo *ostendit eis latus*, sed simul quidem *manus* operum illustrium *ostendit*; quia opera sunt perspicua dilectionis argumenta. *Vos fortè passionis mea* (inquit Dominus ex ore Præsulis) *quam fecistis, magnitudo confundit. Non ita Crux mea non metus, sed amoris est aculeus.* Indicat enim euidenter meam erga vos dilectionem. Addit, *Claui isti non mihi impingunt dolorem, sed vestram mihi infigunt altius charitatem. Vulnera hac non educunt gemitus meos, sed magis vos meis visceribus introducunt.* O quam inseparabiliter gradiuntur opera & amor! *Ostendit eis manus, & latus.*

36. *Toti hominũ gregi se Pastorem amantem Deus ostendit, proprio labore redimens periculo.* Gen. 8. Chrysol.

Totum gregem velut pelagus obruerat, quia gregis porcorum æmulatores homines se tradiderant voluptatibus: *Omnis quippè caro corruperat viam suam.* Pastor cælestis curat vnam vel alteram ouem reseruari in Arca Noëmitica ad gregis recuperationem. O quam amans harumce ouium Pastor ostenditur, quia à diluuio iræ suæ diluuio sanguinis liberauit! *Recordatus autem Deus Noe, cunctorúmque animantium: adduxit spiritum super terram, & imminuta sunt aquæ.* Genes. 8. Ex mente Chrysologi spiritus ille est Dei dilectio, quia *sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.* Quonammodo ostendet se hominum amatorem? Quia spiritus ille, seu dilectio aquas imminuit, & e fontibus Saluatoris aquas alias educit ad criminum obrutionem. Et quonammodo poterat Deus se amatorem mundi ostendere, si operibus non confirmaret? *Videns ergo Deus* (ser. 147. ait) *mundum labefactari timore, continuo agit, vt cum amore reuocet, constringat affectu.* Quonammodo huiusmodi amorem, & affectum ostendit: *Hinc est, quod inueteratam malis terram abluit diluuio, Noe noui seculi vocat parentem, blando sermone compellat, piè de præsentibus instruit, consolatur per gratiam de futuris: & iam non iussis, sed participato labore.* Qui enim laboribus non se addicit vt liberet amatum, licet plura exhibeat ex ore indicamenta, non satis dilectio poterit confirmari.

37. *Ostẽdit Deus se ouium amatorem, dum eas periculo, sudore & sanguine acquirit.* Mal. 3. Del Rio.

Cælestis se conditor Pastorem Israëlitici gregis proclamat. *Et erunt mihi, ait Dominus exercituum in die, qua ego facio in peculium.* Mal. 3. Erunt oues meæ dilectæ admodum. Quandonam ô Domine? *In die, qua ego facio.* Non in die, qua ego loquor; quia non verba sed opera veracem ostenduot amorem. Faciam quidem, pro ouibus sudabo, ac sanguinem profundam; tunc ostendam Israelem peculium meum dilectissimum existere. Martinus Del-Rio noster tom. 1. Adag. adag. 85. *Solent charissima esse, & ostendi, quæ periculo, sudore, & sanguine acquiruntur.*

38 *Paulus, suo ipso Dei Amore, asserunt se à Deo amari, quia pro ipsis mortuus est.* Gal. 2. Carthus.

Paulus apposite ouis admodum dilecta à Pastore. *In fide viuo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Gal. 2. Non sufficeret ad tuam spiritualem vitam, ô Paule, scire te à Pastore diligi? Ita planè; sed vndenam possem ego euidenter agnoscere me dilectum, nisi Pastor operibus confirmasset? *Vere dilexit me, quia tradidit semetipsum pro me.* Dionysius Carthus. hinc probat Deiparam specialissimè fuisse ouem à Pastore dilectam. *Dignissima Virgo* (inquit ad cap. 4. Cant.) electa ab æterno sponsa charissima. *Nonne pro eius amore specialissimè crucifixus est: & ipsa verissimè dicere potuit illud Apostoli: In fide viuo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me?* Ao Pastor nec vnicæ suæ ouis Mariæ se amantem ostenderet, nisi huiusmodi opere comprobaret?

Observatio IV.

Ad illa verba:

Et cognosco oues meas.

Bonus Pastor oues agnoscit, quia eas ipse visitat, nec Vicariis (plerumque mercenariis) inuisendas committit.

Taxo Præsules, qui curiis assident à Diœcesi absentes: quique nunquam vel rarò oues curant inuisere.

38. Theoph.

THEOPHYLACTVS ait, *Mercenarius oues ignorat, raro enim visitat.* Pastor bonus oues agnoscit, quia frequenter visitat. Qui autem aliis visitandas committit oues è Pastore fit Mercenarius. Hic enim solummodo Præsulatus mercedem curat accipere, onus minimè.

39. *Pastor Iesus nobiscum semper, quomodo verus Christus seu Pastor, si aliis committeret ouium salutẽ.* Isa. 7. Zeno.

Quomodo Pastor verus est, qui Pastoris solam ostentat imaginem, alios autem immittit, per quos ouium salus perficiatur. *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Isa. 7. En Pastoris nostri proprietas agnata, Emanuel esse. Quid *Emanuel?* Certè *nobiscum Deus.* An si nobis cum non esset Pastor oues agnosceos, sed ad eas immittens Vicarium frequenter; verè Pastor ostenderetur? D. Zeno ser. de Circumc. *Non verus Christus (seu Pastor) esse potuisset, si quid prætermitteret, quod ab alio saluti hominum præstari oportuisset.* Quomodo verus Christus, aut Pastor gregis, si ouium salutem aliis commendat: nec ipse saltem aliquando eas curat agnoscere? O Mercenarium, non Pastorem!

40. *Præsul est vectis, qui semper intra diœcesis circulum debet versari.* Exod. 25.

Deus sic, *Facies & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos, duo circuli sint in latere vno, & duo in altero. Facies quoque vectes de lignis sethim, & operies eos auro, indúcesque per circulos, qui sunt in arcæ lateribus, vt portetur ab eis, qui semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis.* Exod. 25. Gregorius 2. Past. cap. 11. per vectes Pastores intelligit, circulos autem Diœceses esse affirmat. Attende illud: *Vt portetur ab eis semper erunt in circulis.* Vt onus gregis à Pastoribus sustineri possit, semper adsunt pro-

priæ

priæ ditioni; nec apud Curiam Regum commorabuntur, nec ad remotiores diœcesis oppidulos Vicarios semper immittent. Quomodo veraciter vectes portantes Præsulatus pondus dici possunt si nunquam in circulis commorantur, aut totius circuli sphæram non attingunt? Petrus Cellens. lib. de Tabernac. *Hi Pastores commutauerunt veritatem Dei in mendacium, Vt cum dixerit Dominus, semper erunt in circulis, & nunquam extrahentur ab eis: ipsi nunquam inducantur.*

Cellens. Abbas.

41. Lucas exprimit nostri Pastoris generationem, *Ipse Iesus erat incipiens quasi annis triginta, qui fuit Heli qui fuit Matat.* Cap. 3. Matthæus autem, *Filij David filij Abraham.* Cap. 1. Abulensis, *Matthæus deducit illum ad nos; Lucas deducit illum in Deum.* siue descendat, siue ascendat nunquam deserit sibi subiectos, Augustinus pulchrè, *Matthæus significat Christum vt Regem, Lucas vt Sacerdotem. Ideo Matthæus significat Christum venientem ad nos, ad sumendum nostra peccata. Lucas designat: Christum vt leuantem nostra peccata, quod pertinet ad Sacerdotem* Venit enim ad nos Pastor cœlestis nonaginta nouem oues relinquens, vt erroneam inueniat, & humeris appositam cœlesti referat ad ouile. Verus Pastor nunquam ab ouibus separatur.

Christus Rex & sacerdos siue ascendat, siue descendat, nunquam recedit à grege. Mat. 1. Luc. 3. Abulen. August. Apud Abul.

42. Rupertus lib. 11. de Vict. Verbi cap. 25. requirit, *Vt quid Deus Dei Verbum venit per semet ipsum, & homo factus est ad saluandum gregem humanum: cum hoc idem fieri potuisset per alium*, nempe Angelum aut hominem? Cur non potius misit legatum? Cur non misit Angelum, siue *Archangelum?* Respondet acutè, *Quia natura, vel substantia Diuinitatis tanto subtilior est anima rationali, vt eam penetrare possit.* Non satis erat bono Pastori cum ouibus commorari, nisi eorum animis intimè resideret, occultaque gregis penetraret arcana.

Verus Pastor non immisit vicarium, sed ipse ad oues inuisendas venit. Rupert.

43. Pastori Iosepho causa absentiæ breuis sese obtulit, vt parentis cadauer transferret in patriam: & Ægyptiis profatur: *si inueni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis: eo quod pater meus adiurauerit me, dicens: En morior; in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaam, sepelies me.* Gen. 50. Cur Pastor ipsas oues intercessionem gerere postulat? Certe ne eas querulas vel de breui Pastoris absentia relinqueret; seque non verum fuisse Pastorem ouium amatorem innueret. Belle Rupertus, *Hoc vtique intendit, vt in transferendo patre vitaret inuidiam, præcludendo os obloquentium, qui forte dicerent: Quia non diligit terram nostram.* Licet enim posset vicarium relinquere qui oues regeret, qualibet absentia Pastoris à ditione, vel diœcesi ingerit suspicionem: Non diligit oues, sed Mercenarius est, propria solum commoda ex Pastorali munere aspectans.

Pastor Iosephus tamen, ob breuem absentiam iussit ab omnibus rogari. Gen. 50.

Rupert.

1827

Observatio V.

Ad illa verba:

Et cognoscunt me meæ:

Oues, seu subditi perfecti agnoscunt Pastorem, seu illi obediunt quasi cognitionis, non operationis externæ velocitate.

Indicitur subditis prompta obedientia ad nutum siue signum superioris voluntatis.

44. Pulchre Anselmus, *Cognoscunt me meæ, id est obsequuntur.* obedientia cognitionis nomine designatur? Profectò vt obediendi promptitudo signetur. An non cognitionis velocitas superat operis externi executionem? Ita plane. Oues igitur meæ sic obsequuntur, sic obediunt vt non tam operatione externa, quam velocissima cognitione imperium perficere videantur. Hæc est planè illa intellectus obedientia, quam D. Ignatius Iesuitis iodien obed. Epist.

Intellectus obedientiam, quam D. Ignatius Iesuitis indicit.

Anselm.

45. Deus Abrahamo *Exi de terra tua. Egressus est itaque Abraham sicut præceperat ei Dominus.* Gen. 12. Preme particulam *sicut præceperat Dominus.* Dominus præceperat non vocis sono, sed interna inspiratione At Patriarcha obedijt non externa actione quodammodo, sed ipsa interna ac mentali cognitione. Tanta vsus velocitate, vt magis mente auolare, quam pedibus gradi videretur. Belle Origenes hom. 1. in Cant. *Abraham tanquam moralem declarat philosophiam per obedientiam. Tanta nimirum fuit eius obedientia, & obseruatio mandatorum, vt cum audiret: Exi de terra tua, non sit cunctatus, sed statim fuerit, imo & aliquid amplius fecerit.* Quid amplius potuit facere quam in instanti proficisci? Certe imperantis mentale imperium executione velut cognitionis æmulari. Amplius erat alis cognitionis auolare, quam pedibus velocissimis proficisci.

Obedientia Abrahami quasi cognitione perficitur Tam velox fuit. Gen. 12.

Origen.

46. Verbum Dei imperantis velocissimum est iuxta illud, *lingua mea calamus scribæ velociter scribentis* Psal. 44. Basilius Epist. 178. *Verba naturam elatam habent* Quid Dei verba? Profecto Abrahamus tam velociter quodammodo obediuit, quam velociter Deus imperauit. Pulchre Bernardus serm. de grad. obed. *Velociter currit sermo Dei, & velocem desiderat habere sequentem! fidelis obediens nescit moras, fugit crastinum, ignorat tardidatem, præripit præcipientem, parat oculos visui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itineri pedes, totum se colligit, vt imperantis colligat voluntatem. Abraham igitur primus primum suis facultatibus renuncians, & obedientiæ viam indefessa velocitate percurrit.* Profectò colligens imperantis voluntatem, quasi velocissima gressus vincente obedit cognitione. Non potest velocior

Abraham tã velociter quodammodo obediuit, quã velociter Deus imperauit. Psal. 44. Basil. Bernar.

Oo

locior excogitari obedientia, quam illa, quæ verbi imperantis se velocitati accommodat.

47. *Agni imperantis naturam velocem imitatur obediens perfectus, ipsum verbum imperans simul sequitur.* Exod.12. Bernard.

Assumptoris Agnum typicum lex indicit, *Comedetis festinanter; est enim Phase, id est transitus Domini.* Exod.12. Agnus velocissime transit, Verbum velocissime imperat: obediens perfectus imperantis se se velocitati accommodat. Bernardus citatus, *Festinanter, inquit, veri Agni comestio signatur implenda; quia verba illa, quæ per legem dedit, quæ per se metipsum præsens exhibuit, quæ per Ecclesiæ Præpositos tradenda reliquit: veloci sunt obedientia consummanda. Quia si velociter currit sermo Dei, velocem desiderat habere sequentem.* Quando, precor? Quando currit sermo, quando exprimitur, non postquam auolauit irreuocabile. *Velocem desiderat habere sequentem.* Obedientia sit velut cognitionis alis auolans vt cum imperij voce simul incedat.

48. *Perfectus obediens præcurrit imperium.* Luc.1.

Preme verba illa Abbatis: *Fidelis obedientia præripit præcipientem.* Id est, sic præcipienti paret, vt non iam præceptum comitetur, sed præueniat. *Missus est Angelus Gabriel à Deo, &c. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum.* Luc. 1. Si legatio hæc instituitur, vt venturus Dei Filius ad Virginem prædicatur, quomodo iam cum illa esse asseritur? Qui debebat fieri obediens vsque ad mortem mira obediendi velocitate quasi præuenit Patris imperium, & quodammodo iam in vtero Virginis residet priusquam post consensum Deiparæ residere imperaretur. Sophronius ser.de Assump. *Dominus tecum Mira res, & iam cum Virgine erat, qui ad Virginem mittebat Angelum, & præcessit nuncium suum Deus: factus obediens vsque ad mortem.* (Sophron.)

49. *Perfectus obediens certat diuinare præcipientis voluntatem.* Gen.22.

Abrahamo Deus, *Tolle filium, tuum Vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum super vnum montium, quem monstrauero tibi. Igitur Abraham de nocte consurgens, &c. Die autem tertio, vidit locum procul.* Gen. 22. Quonammodo locum vidit, si Deus adhuc non monstrauerat? Certè perfectus obediens præuenit præcipientis imperium quasi prophetica cognitione. Lipomanus, *Solicitè expleras, qui properat implere. Quamuis senilem studio celeraret gradum: tamen hoc serum putans, præcedebat oculis.* Sic ex Ambrosio. (Ambros.) Porrò oculis præcedebat, vt quasi diuinaret præcipientis indicendam voluntatem.

50. *Qui præuenit imperium diuinæ potentiæ est æmulator.* Mat.12.

Vis Domini potentiam æmulari? Stude vt citiùs quam tibi sit constitutum, imperium exequaris. Imperatum à Patre Christo Domino, vt post tres dies resurgeret. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit Filius hominis in corde terræ.* Mat. 12. At tres dies integros in tumulo non expectauit implere præcipiens potentia Deitatis vaticinium. Euthymius, *Nam quod citius, quam sit constitutum, efficitur, potentia diuina est: quod autem tardius, humana imbecillitatis.* (Euthym.) Ergo si curas imperium præuenire, te ostendes diuinæ potentiæ æmulatorem.



LIBER



LIBER DECIMVS.

SERMO

DE DVOBVS MAGNIS MANDATIS.

Paraphrasis, & Commentarij literales ad Caput vigesimum secundum Matthæi.

PANEGYRICI MORALES CIRCA Literam in Iesum Concionatorem.

PROLVSIO.



ITERVM deuicti Pharisæi pugnam repetunt aduersus Iesum alium subornantes legis Doctorem, qui de primo, seu magno legis Mandato quærat. At responsum liuore, odio, & maleuolentiæ istorum non indignum, de proximo videlicet post Deum diligendo accepit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus Mandatis vniuersa lex pendet.* O Mariam vniuersæ legis accuratissimam obseruatricem! Ineffabili illa erga Deum dilectione succenditur, ex qua ergà nos incredibili afficitur charitate. Richardus Laurent. lib. 4. de laud. Virg. *Charitas Mariæ ergà Deum fortis fuit vt mors, imo fortior morte. Charitas eius erat ille ignis, de quo Prou. 20. Ignis verò nunquam dicit, sufficit; gustauerat enim, quam suauis est Dominus. Quid de dilectione eius ad proximum? Dilexit proximum sicut se ipsam, id est, gratis; se ipsum enim diligit homo gratis, non propter aliquam vtilitatem. Sic enim diligit nos Mariâ, quæ bonorum nostrorum non eget. Etsi enim diligit seruientes sibi, non tamen intorquet dilectionem illam in proprium commodum: sed in commodum ipsorum. Et idcircò desiderat ipsa, vt ei seruiatur, vti in nobis inueniat meritum, quod retribuere teneatur.* Sic Doctor.

Domini viralis ligni FRVCTVS DECIMVS.

Richard. Laurent.

MATTHÆVS CAP. XXII.

VERS. 35. PHARISÆI conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex eis legis Doctor, tentans eum:

36. Magister, quod est mandatum magnum in lege?

37. Ait illi Iesus, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.

38. Hoc est maximum, & primum mandatum.

39. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.

40. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ.

41. Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus,

42. Dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius Filius est? Dicunt ei, Dauid.

43. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens:

44. Dixit Dominus Domino meo: sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

PARAPHRASIS.

35. *CVM viderent Pharisæi Sadducaos obmutuisse, rursum veluti recepto spiritu se se conglomerant, ac nouum quendam legisperitum suborhant, qui docta quæstione Christum adoriretur; quò vel illum inscitiæ argueret, vel ipse laudem eruditionis auferret.*

36. *Magister, inquit, quodnam est præcipuum, ac maximum præceptum in lege? Quàm ineptè de maximo dilectionis præcepto disserunt, qui longissimè ab eius obseruatione aberant!*

37. *Id curans Dominus exponere, respondit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.*

38. *Hoc primum, & maximum præceptum.*

39. *Quod tamen nemo verè seruat, nisi seruet & secundum illi simile: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Siquidem quidquid docent Prophetæ, quidquid tota in lege præcipitur: hoc totum in his duobus præceptis comprehenditur.*

40. *Vis ostendam, esse hæc duo præcepta totius legis epilogum? Quisquis Deum toto pectore diligit, nihil negliget, quod ille præcipit; & qui proximum diligit tanquam se ipsum, nec furabitur, nec adulterium committet, &c. nihil alteri, in summa faciet, quod sibi fieri nolit.*

41. *Vbi verò iam maior Pharisæorum frequentia conuenisset, Iesus tot ab illis tentatus quæstionibus, proposuit & illis vicissim quæstionem.*

42. *Quid vobis, inquit, de Messia videtur? Cuius filius est? hoc est, è cuius stirpe progenitus, aut progignendus? Respondent incunctanter, Dauid.*

43. *Tunc Iesus, quid igitur sibi vult quod Dauid in Psalmo spiritu cœlesti afflatus, vocat eum Dominum, cum sit Filius.*

44. *Ita enim scriptum est: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec reddam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

45. Si

45. Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quo modo filius eius est?

45. Qui consistit, vt si Filius est Dauid, Pater Filium appellet Dominum. Certè vt secundum corpus humanum erat filius Dauid, ita secundum naturam diuinam Dominus Dauid, & omnium erat.

46. Et nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

46. Nec erat quisquam illorum, qui posset hunc dissoluere nodum, propterea quod de diuina Messiæ natura nihil adhuc suspicarentur. Neque quisquam posthac ausus est, illum adoriri quæstionibus, cum viderent, insidias in illum intentas in suum ipsorum caput recidere.

SECTIO PRIMA.

Dilectio Dei, & proximi.

TEXTVS.

VERS. 35. PHARISÆI conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex eis legis Doctor, tentans eum. 36. Magister, quod est mandatum magnum in lege? 37. Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. 38. Hoc est maximum, & primum mandatum. 39. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. 40. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Pharisæo Doctore Christum tentante.

1. *Contextus*

PHARISÆI *autem audientes, quod silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnum.*] Postquam Dominus Sadducæis mirabiliter respondit, subiicit Lucas: *Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei: Magister, bene dixisti. Et amplius non audebant eum interrogare.* At scribit Matthæus noster, post interrogationem Sadducæorum, vnum ex legis Doctoribus interrogasse, quodnam esset magnum in lege Mandatum. Quonammodo igitur Lucas asseruit, non ausos fuisse, amplius eum interrogare? Respondeo, Lucam de Sadduceis locutum, quibus silentium Saluator imposuerat; non de Pharisæis, quorum vnus legis Doctor adhuc Dominum interrogauit.

2. *Pharisæi Doctoris interrogatio.*

Interrogauit eum vnus ex eis legis Doctor.] Ex silentio Sadducæorum occasionem Pharisæi arripuere loquendi, vt doctiores exponerentur. In vnum multi conuenerunt non in Concilium aliquod, sed venerunt ad Christum. Vnus verò ex illis à cæteris electus & iussus, quodnam esset magnum legis Mandatum rogitauit. Marcus ait, *Et accessit vnus de Scribis.* Hinc constat apertè, Scribas legis fuisse Doctores, & Iurisperitos; & aliquos Scribas fuisse Pharisæos: aliquosque Pharisæos Scribas extitisse. Adfuerat quidem Scriba ille (quem Matthæus Pharisæum Doctorem appellat) cum Christus Sadducæis respondit, Pharisæis nunciauit, Christum illis imposuisse silentium. Pharisæi ergò simul cum illo ad Christum conuenêre, petieruntque à Doctore illo, vt qui interfuerat Sadducæorum confusioni, Christum confundere tentamine procuraret, in Pharisæorum doctrinæ, ac sapientiæ commendationem. *Aliqui Scriba Pharisæi*

3. *Approbatur sensus Scribæ. Quomodo tentator, si laude dignus? August.*

Tentans eum.] Huic tentatori Scribæ, aut Pharisæo Doctori, Dominus ait: *Non es longe à Regno Dei.* Si non erat longe à Dei Regno, ergo Christum tentaturus non accesserat. Nam Christi tentatores longe erant à Regno. *Quid me tentatis hypocritæ.* Augustinus respondet lib. 2. de Cons. cap. 73. *Fieri potuit, vt quamuis tentans accesserit, Domini tamen correctus sit] responsione. Aut certè ipsam tentationem non accepimus malam, tanquam decipere volentis inimicum; sed cautam potius, tanquam experiri amplius volentis ignotum.* Euthymius, *Apud Matthæum hic legis Doctor tentator dicitur, apud Marcum verò potius laude dignus habetur; quia primùm certè tentauit, à Pharisæis directus; animaduersa autem responsione, suscepit* Euthym.

  eam,

eum, & conuersus, rem ita se habere confessus est; & deinde Dominus intuitus eum, quòd adhibita mentis ratione responderet, ait illi: Non longe es à Regno Dei. Habent Chrysostomus, & Theophylactus. Chrys. Theoph.

4. *Auctoris sapientia.* Crediderim, legis illum Doctorem nec initio sermonis Christo fuisse aduersarium, neque animo infenso tentasse. Moueor ex illa Marci particula: *Videns, quoniam bene illis* (Sadducæis) *responderit, interrogauit eum.* Interrogauit quidem tentans, seu periculum faciens de ignoti sapientia, quam iam responsione ad Sadducæos ex parte dignouerat. Tentatio erat: Aliorum nomine tentauit.

5. *De magno mandato.* *Magister, quod est mandatum magnum in lege.*] Mandatum magnum per excellentiam dicitur, siue maximum; omnia enim Dei mandata magna sunt. Pro superlatiuo *Maximum*, *Magnum* ponitur; carent enim Hebræi superlatiuis. Sensus est, *Quod est mandatum maximum in lege.* Marcus ait, interrogasse scribam, quodnam *esset primum omnium mandatum?* Vtrumque rogauit, vt ex Christi responsione colligitur, *Hoc est maximum, & primum mandatum.* Primum scilicet dignitate, non enim cum reliquis Exodi, aut Deuteronomij annumeratur.

---

§. II.

De dilectione Dei.

6. *Cur præcepta hæc cum decem non annumerentur?* D. Thom. **D**Iliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Cur de dilectione Dei & proximi præcepta cum decem non annumerentur? D. Thomas 2.2.q.44.art.1. *Omnia præcepta Decalogi ordinantur ad dilectionem Dei, & proximi, & ideo præcepta charitatis non fuerunt connumeranda inter præcepta Decalogi; sed in omnibus includuntur.* Profectò maximum mandatum de dilectione Dei hisce verbis expressum reperi in sacris. Deut. 6. *Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus vnus est. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Deut. 6.

7. *Quonammodo Deum diligere debeamus?* Quonam modo Deum diligere debeamus? in toto corde tuo, in tota anima tua, in tota fortitudine tua. Hebraicè particula hæc: *In omni fortitudine tua*, dicitur וּבְכָל מְאֹדֶךָ, *vbcol meodecha*, id est, *In toto valde tuo, seu in tota fortitudine, siue potentia tua.* Quid est Deum toto ex corde diligere? Imperfectus. *Quid, ex toto corde diligere? Impref.* *Diligere Deum ex toto corde, est, vt cor tuum non sit inclinatum ad vllius rei dilectionem amplius, quam ad Dei. Neque delecteris in aliqua specie mundi amplius, quam in Deo.* Quid autem in tota anima, & in tota mente diligere? *Quid, in tota anima, & in tota mente?* Adiicit Doctor, *In tota anima diligere, est, certissimum animum habere in veritate, & firmum esse in fide. Cordis amor sentitur in corde, quia quodammodo carnalis est. Amor animæ intelligitur, quia amor animæ iudicium eius est. In tota mente diligere Deum, est, vt omnes sensus tui, qui pertinent ad se, Deo vacent. Cuius intellectus Deo ministrat, cuius sapientia circa Deum est, cuius cogitatio ea, quæ sunt Dei, tractat; cuius memoria, quæ sunt bona, recordatur: tota mente diligit Deum.* *Aliæ expositiones.* Haymo. Haymo, *Diliges Deum in toto corde, id est, in tuo intellectu; & in tota anima, id est, in tota voluntate; & in tota mente, id est, in tota memoria.* Theophylactus, *Tres in anima dicimus esse vires, plantatiuam, animalem, & rationalem. Diliges Dominum in toto corde tuo: hæc est brutalis animæ pars. Et in tota anima tua: hæc est plantatiua virtus; animotæ enim sunt plantæ. Et in tota mente tua: hæc est vis rationalis. Et sic oportet Deum diligere tota anima, hoc est, omnibus partibus, & virtutibus animæ ei adhærere.* Theoph. Habet Nyssenus lib. de homin. Opif. cap. 8. Alij aliter. Nyssen.

8. *Auctoris sententia.* Maldon. Cum Maldonato nostro assero, haud esse hæc subtiliter distinguenda; sed vnum, idémque significare, *ex toto corde, ex tota anima, ex tota virtute, ex totis viribus, ex tota mente.* Multis enim modis eadem res exponi, & exaggerari assolet. Sic Bellarminus Card. tom. 1. lib. 2. de Monach. cap. 13. Bellar. Diligere Deum *toto corde, tota mente, &c. idem est, ac diligere super omnia, diligere valde, ita vt Dei amorem corde animáque, & mente rebus omnibus anteponamus.* Iacob ait, *Scitis, quod totis viribus seruierim patri vestro.* Gen. 31. *Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalon.* 2. Reg. 15. Gen. 31. 2. Reg. 15.

9. *An possit impleri hoc mandatum.* Num in hac vita hoc maximum mandatum possit impleri? Augustinus lib. de spir. & lit. August. *Ad illam vitam iam immortalem pertinet, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Ad hanc autem, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore.* Rom. 6. Bernardus serm. 5. in Cant. Bern. hoc præceptum in mortali hac vita minimè posse ab aliquo homine affirmat impleri. D. Thomas 2.2.q. 44. art. 6. asserit perfectè non impleri. Thom.

10. *Affirmat Auctor, impleri posse.* Profectò posse impleri haud difficile, Deo opem ferente ex Deuteronomio ostendo. *Et nunc Israel, quid Dominus Deus tuus requirat à te nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & diligas eum, ac seruias ei in toto corde tuo, & in tota anima tua.* Cap. 10. Deut. 10. Petit hoc à nobis Deus? ergo possumus implere. Non enim petit impossibilia. Testor Iosiam præceptum implentem. *Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxtà omnem legem Moysi.* 4. Reg. 23. 4. Reg. 23. Ergo Deum ex toto corde, in tota anima, in tota fortitudine, in totis viribus suis amauit. *Reuertentur ad me in toto corde suo.* Ier. 24. Ier. 24. Ergo in toto corde amabunt. Non enim in toto corde reuertitur, qui toto corde non diligit. Do tertium testem Regem Asa. *Intrauit, ad corroborandum fœdus, vt quæreret Dominum in toto corde, & in tota anima.* 2. Par. 15. Inferius, *In omni corde suo iurauerunt, & in tota voluntate quæsierunt eum, & inuenerunt.* 2. Par. 15. Quartum testem rationem. *Ratione probatur.* An non hæc duo ingerunt repugnantiam: *Est præceptum, & Impleri non potest.* Augustinus lib. de nat. & gra. August. *Non iubet Deus impossibilia, sed iubendo admonet, & facere, quod possis: & petere, quod non possis.* Et Psalm. 56. *Non imperaret hoc Deus, vt faceremus: si impossibile iudicaret, vt ab homine fieret.*

11. *Sententia expenditur.* Respondeo igitur, posse nos in hac vita præceptum dilectionis implere, & posse ex toto corde, anima, & viribus, hoc est, valde, & super omnia amare Deum, ita vt eius amorem rebus omnibus præferamus. Perfectissimè autem in

patria

patria perpetuo actu, atque firmissimo omne peccatum excludente, diligitur.

12. Expono Doctores. D. Thom.

[illegible] Augustinus. Bernardus, & Doctor Angel. non possunt dissentire. Quantum praecepto implendo satis est; amare posse homines non inficiantur; perfectissimi, perpetui, atque ardentissimi actus dilectionem beatitudini reseruant. Vnde D. Thomas 2. 2. q. 44. a. 4. ad 2. *Dupliciter contingit, ex toto corde Deum diligere. Vno quidem modo in actu, id est, vt totum cor hominis semper actualiter in Deum feratur: & ista est perfectio patriae. Alio modo, vt nihil contra Dei dilectionem cor hominis recipiat, & hac est perfectio viae. Cui non contrariatur peccatum veniale, quia non tollit habitum charitatis, cum non tendat in oppositum obiectum: sed solum impedit charitatis vsum.* Hoc primum mandatum.

§. III.

De Dilectione proximi.

13. *Cur appellat secundum mandatum?*

SEcundum autem simile huic.] Secundum appellat non numero Decalogi, sed secundum dignitate post primum, & maximum dilectionis Dei. Est enim eiusdem virtutis maximae videlicet charitatis. Eodem quippe charitatis habitu Deum amamus & proximum. Ideo *simile huic* vocitatur.

14. *Ratio diligendo proximum & modus.* Thom.

Diliges proximum tuum sicut te ipsum.] Ratio diligendi est proximitas, quia proximi sunt homines & secundum naturalem Dei imaginem, & secundum capacitatem gloriae; vt docet D. Thomas 2. 2. q 44 art. 7. Modum autem dilectionis illa indicant verba: *Sicut te ipsum.* Particula *sicut* significare potest *aequaliter*, vel *similiter*. Hoc loci non significat aequaliter, sed similiter. D. Thomas, *Non est intelligendum, sicut teipsum, quantum ad hoc, quod aliquis proximum sibi aequaliter diligat: sed similiter sibi.* Caietanus, *Non dicit, diliges proximum quantum te ipsum; quia quadrat ordini naturae, moris, ac charitatis, vt plus diligam me, quam proximum. Sed dicit, sicut, id est, eo modo, quo diligis te ipsum.*

15. *Quid proximum diligere, sicut te ipsum?*

Quaenam, quaeso, haec similitudo? Tribus in rebus sitam esse crediderim. Prima, vt diligat homo proximum sicut se debet diligere ex parte finis, id est, propter Deum. Secunda, vt diligat sicut seipsum iuste, nihil iniuste agens propter proximi dilectionem. Tertia, vt proximo bonum velit, sicut sibi debet velle, non amans proximum propter suam vtilitatem, aut oblectationem. *Haec tria* (cum D. Thoma loquor) *proximi dilectionem sanctam, iustam, verámque efficiunt.* Sancta est, cum proximus propter Deum sancte diligitur. Iusta cum nihil iniuste propter proximum agitur. Vera, cum propter diligentis vtilitatem, aut dilectionem non diligitur. *Nam cum quis* (ait ille) *diligit proximum propter suam vtilitatem, aut delectationem: non verè diligit proximum, sed seipsum.* Gregorius hom. 38. in Euangel. *Sciendum est quod dilectio proximi in duobus praeceptis subdiuiditur. Cum quidam sapiens dicat, omne, quod tibi odisti fieri: vide, ne ipse alteri facias.* Tob. 4. *Et Dominus, quae vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.* Mat. 7. Idem, *Si quod impendi nobis rectè volumus, hoc aliis impertimur: & quod nobis fieri nolumus, hoc aliis facere ipsi deuitamus: charitatis iura illaesa seruamus.*

Thom. Greg. Tob 4. Mat. 7.

16. *Quisnam noster proximus?* August. Thom.

Quisnam noster dicatur proximus? Assero & homines, & Angelos. Augustinus epist. 52. *Proximus non sanguinis propinquitate, sed rationis societate pensandus est, in qua socij sunt omnes homines.* Et lib. 1. de Doct. Christ. cap. 30. *Manifestum est, hoc praecepto, quo iubemur diligere proximum, etiam sanctos Angelos contineri.* D. Thom. ad Mat. *Sub nomine proximi continetur homo, & Angelus.* Profectò ab huiusmodi dilectione excludo homines & Angelos, qui aeternis sunt flammis addicti. Vt docet D. Thomas 2. 2. q. 25. a. 11.

§. IV.

De vniuersa lege ex duobus hisce pendente Mandatis.

17. *Quomodo ex charitatis duplici praecepto lex pendeat, & Prophetae?* Rom. 13. August.

IN his duobus Mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetae.] Quonammodo, quaeso, ex charitatis duplici praecepto pendeat lex, & Prophetae? Quoniam qui Deum amat, & proximum, vniuersam implet legem, & quidquid Prophetae agendum praedixere. Deum qui amat, primae tabulae praecepta complet. Qui proximum diligit, praecepta secundae tabulae, quae ad proximum attinent, implet. Vnde Paulus, *Qui diligit proximum legem impleuit.* Probat manifestè. *Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces; & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Plenitudo ergo legis est dilectio.* Rom. 13. legit Augustinus pro *Instauratur, recapitulatur.* Epist. 29.

18. *Christus & Paulus conciliantur.* Gal. 5. Mat. 22.

Ad Galatas fatur idem Apostolus, *Omnis lex in vno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* cap. 5. Videtur à Christo dissentire asserente: *In his duobus mandatis tota lex pendet.* Profectò facilè conciliantur, quia Paulus de omni lege secundae tabulae loquitur, Christus autem de lege omni tabulae vtriusque verba gerit. Augustinus lib. 8. de Trin. cap. 7. *Cum duo sint praecepta, in quibus tota lex pendet; non immerito plerumque scriptura pro vtroque vnum ponit.* En aliam solutionem, positum scilicet à Paulo vnum praeceptum de dilectione proximi pro vtroque. Quia qui proximum diligit propter Deum, plus diligit Deum; & ipsum mandatum de diligendo Deo in mandato de amando proximo continetur. Scio Augustinum lib. 1. de quaest. Euang. cap. 33. aliter exposuisse. Pendet lex, & Prophetae ex his duobus praeceptis, id est, illò referuntur, ibi habet finem. Omnia enim praecepta finem habent charitatem iuxta Paulum. *Finis praecepti est charitas.* 1. Timoth. 1. Hoc est, ad charitatem omnia praecepta referuntur, & tendunt, veluti ad finem.

August. *Alia solutio.* August. 1. Tim. 1.

19. *Alia adhuc solutio.*

Alij sic exponunt: lex & Prophetae ex his duobus mandatis pendent quo ad intelligentiam. Cum enim charitas sit finis legis, & Prophetarum: is legem, & Prophetas intelliget, qui duo haec praecepta rectè nouerit, & praestiterit. Primum sensum praeferendum duxi. Loquitur

Primus sensus praefertur.

enim Dominus de obseruatione legis. Lex, & Prophetæ à dilectione Dei, & proximi pendent quo ad obseruationem; adde (si lubet) & quoad intelligentiam. Non enim rectè legem, & Prophetas is intelligit, qui eorum scopum ignorat esse charitatem.

IN IESVM CONCIONANTEM

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX DILECTIONE DEI, & proximi.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.

Deus ex toto corde amatur, & si non amatur ex toto corde, verè non diligitur.

Nam vbi Dei verus amor est, nec particula affectus creaturæ relinquitur.

20. *Orig.*



SIc exposuit Origenes, *Diliges Deum ex tota corde, id est, secundum totam recordationem, operationem, & cogitationem. Ex anima, vt paratus sis eam ponere pro pietate in Deum. In tota mente, vt nihil aliud proferas, nisi quæ Dei sunt.* Itaque Dei amor cunctas abripit potentias, omnem animæ operationem, adeò, vt nihil reliquum adsit amori creaturæ litandum. Etenim in conspectu veri Dei amoris nihil apparet dilectione dignum, creaturarum pulchritudo vilescit. Vnde necessarium est, Dei amori totam vim hominis litari.

21. *Tota animi vis dilectioni Dei litanda, nec particula reseruanda creaturæ.* Ps. 1. Foleng. Terent.

David cecinit, *In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Psalm. 1. Folengius, *Die ac nocte, id est, sine cessatione.* An non aliqua temporis particula creaturæ dabitur dilectioni? Minimè, quia si verus Dei amor est, nec recordatio aderit, quia memoria Deo omnino sacratur: *Secundum totam recordationem.* Addit Doctor pulchrè, *si amanti* illi Terentiano vsque eo insanire licuit, vt suæ Thaidi diceret, Eunuch. Act. 1 scen. 2.

Dies noctésque ames me: me desideres,
Me somnies, me expectes, de me cogites,
Me speres, me te oblectes, mecum tota sis
Meus fac sis postremò animus: quando ego sum tuus.

Si sic insano amanti tam licitum fuit, tam ardentis amoris notas in amicam exprimere; quid à nobis tepidioris ignis putemus exigi ab ipso legis Auctore, qui adeo feruida in suis amat, vt ignis consumens non grauetur appellari.

22. *Amanda vt Hero ex toto corde, & ex parte Christus Studi.*

Tepidus Theodorus Stud. Cat. 3. taxat Dei amatores, qui non se totos ei litare curant. Cuius habet amor attonitum amatorem, haud suum esse permittens, sed amati. Nam cum fœminam vir amat, totum se amasiæ præbet, eam spirans, eam cogitans, seu Solem dicas, nec Solem videre velit, sed amasiam; seu mensam proponas, non gaudebit, ea frui, sed amasia. Arguit hinc efficacissimè, Ecquid est autem Hero Christo formosior? Ecquid beato eius amore suauius. *Nonne dulcedo, & totus delicia.* Ergo toti dulcedini, & deliciarum omnium fonti totum cor, totus animus, totus est litandus affectus.

23. *Qui Deum amat, non habet, vnde creaturæ possit litare vel affectus particulam.* 1. Cor. 13. Zeno.

Audi feruidum Dei amatorem, *Charitas non quærit, quæ sua sunt.* 1. Corinth. 13. Quare? Quia Deum habens in corde, totum cor adeò Deo adhærescit amando, vt nulla illius particula possit exire ad quæritandum aliud bonum, imo non iudicat aliud bonum existere posse extra Deum vitice dilectum. D. Zeno serm. de fide, spe, & char. Qui Deum verè amat, *nulla re indiget; quia ei præter id, quod est, nihil est necessarium.* Nam cum cor totum, tota anima, tota virtus Deo amato replentur, nulla relinquitur cordis, animi, virium particula, quæ possit à creatura possideri.

24. *Magdalena verè diligens Deum, nec particulam affectus dat creaturæ. Non sic Rahab.* Ios. 2. Luc. 7.

Rahab exploratoribus hospitio exceptis dicebat, *Irruit terror vester in nos, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Iurate mihi per Dominum, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei.* Ios. 2. Porro Magdalena, quæ, instar Rahab, *Erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod Iesus accumberet in domo Pharisæi attulit alabastrum vnguenti*, pedes Domini inungit, lacrymis irrigat, tergit coma, nec vllum circa salutem, seu incolumitatem verbum profert. Luc. 7. Quare meretrix Magdalena non studet saluti velut meretrix Rahab? Certè quia amatrix illa sæcularis multis litat affectum. Magdalena autem Dei iam amatrix vera vni solummodo potest se totam addicere: nec ei necessum est ad multos accurrere gratia incolumitatis; quia Deum diligens omnium bonorum

possessione

Chrysost. possessione potitur.Chrysostomus ser.de Peccat. & Phari. *Rahab* (ait Magdalena) *ad se admisit exploratores : ego vero retinere eum conor, quem desideraui;non quidem vt illa exploratores multos, sed hunc tanquam Episcopum omnium animarum.* Si Deum habeo, potest ne creatura vel particulam mei affectus allicere? Si nullo bono indigeo cuncta possidens: frustra ea toto corde Deum amante particulam detraham.

25\. *Prodigo verò amanti sufficit pater, cui se totum addicit,non verò amanti omnia extra Deum traduntur,& non sufficiunt ei.* Luc.15. Chrys.

Inuido filio, qui hædum sibi dari expetebat, cum vidit fratri redeunti vitulum præparari, Pater ait:*Fili,omnia mea tua sunt.* At iunior frater proclamat, *Fac me sicut vnum ex mercenariis tuis.* Luc. 15. Cur senior filius studet temporalium rerum acquisitioni,& libenter accipit omnia creata: iunior autem,nullius rei creatæ meminit: Certè quia hic, non ille verè Patrem amabat. Veraciter diligenti Deus sufficit, quem toto ea corde amans,nulla affectus particula subest,quæ creaturæ possit impendi: nec causa obiicitur propter quam impendatur, si toti cordi Deus totus, omnia exhibentur, Chrysologus ser.4. *Nec ille aliud quam Patrem quæsiuit, qui veniens non filij, sed loco mercenarij voluit collocari. Sint alteri fratri omnia, illi sufficit Pater.*

26\. *Sponsa verò amans non vult scindere cordis affectū, nec subest ei cum quo possit partiri.* Cant.3. Gill.b.

Clamat sponsa,*Tenui eum,neque dimittam,donec introducam illum in domum matris meæ, in cubiculum genitricis meæ.* Cant.3. Preme verbum, *Donec introducam.* An non foris poterat dilectus possidere? Certè ad cubiculum properare curat,quia toto ex corde studet amare, ne cordis pars creaturarum impendatur affectui: vnde Deum minimè diligat;quoniam verè non amat, qui toto ex corde, ac tota anima non diligit. Gillibertus ser.11.in Cant. *Nouit illa, dilectum suum non posse foris securè possideri, nec integrè quidem amare. Et quam durum est amanti animum dimidiare cum Christo,& mundo? Quam durum est, in dilectionis cura peregrinas admittere curas?*

27\. *Qui scindit cor, peior est militibus suffixoribus, qui tunicam non sciderunt.* Idiota.

Suffixo Domino milites Christi in consutilem tunicam scindere noluerunt. Quare precor? Ex Idiotæ mente Iesu dilectio in tunica indiuisa signatur. Induitur anima tota indiuisa dilectione Iesu,& audebit se diuidere in particulas? Audiat Doctorem lib.de Amo.diu.cap.24. Amor neque diuidi debet,neque scindi.Et qui eum diuidunt,vel scindunt,peiores videntur, quam milites te crucifigentes, qui tuam dilectionis tuæ tunicam *diuidere noluerunt.* Vis totum Deum tuo cordi velut tunica accommodari, & curas tua secari ac diuidi præcordia?

28\. *Non verè amat,qui particulam à corde resecat.* Psal. Idiota.

Vide Vates, *Quid mihi est in cælo,& à te quid volui super terram* Psal. Ac si diceret, nihil præter te potui expetere,quia te toto ex corde, tota ea anima amaui Idiota cap.9. *Anima te,Domine,veraciter amans aliud præter te sui amoris præmium non requirit. Aut si aliud requirit, profectò non te amat.* Quia scilicet à corde & animo, & viribus secabit partem illam, qua requirere alia gestit. Vnde amor verus non erit,quia tuto non procedit ex corde.

29\. *Dei charitas non dulcescit nisi in corde integro* August.

Apostolus ad hæc. *Nolite diligere mundum, nec ea,quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo.* 1. Ioa.2. Quare non est charitas Patris in eo, qui diligit mundum? Profectò quia ex toto corde, quo Deum debet amare,particulam illam detrahet, qua mundum diliget;vnde non verè amat Deum,quoniam toto ex corde non diligit. Belle Augustinus, *Fuge creaturas,si vis habere creatorem. Omnis creatura vilescat,vt creator toto in corde dulcescat.* Si integrum non est cor, haud dulcescet charitas conditoris:*Toto in corde dulcescat,*

OBSERVATIO II.

Ad illa verba :

Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, &c. & proximum tuum,&c.

Deus primùm amandus toto ex corde : proximus autem propter Deum.

Vnde vt Dei geras voluntatem, omnia debes contemnere, patrem, filium,vxorem.



I Deus ea toto corde amandus,ex tota anima,ex tota mente diligendus;quonammodò præcipimur proximum amare:*Et proximum tuum:*Potest ne pars superesse proximo amando *sicut te ipsum*, si totum cor, & anima tota Deo diligendo impenditur? Certè amandus proximus propter Deum, & in Deo: vnde cum proximum diligimus nihil à Deo alienum amamus. Vnde amorem illum non secundum dixerim, sed primi extensionem vocitarim. 30.

31\. *Cum amamus proximū quasi Deum amamus.* Mat.22. Anselm.

Premo illam Domini sententiam: *Diliges Dominum, &c. Hoc est maximum, & proximum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum.* Mat.22. Vbi Anselmus,*Hoc præceptum Diliges proximum tuum sicut te ipsum,secundum est, licet in executione sit primum.* Si secundum est,quonammodo primum in executione appellatur? Certè quia non potest rectè impleri nisi primum existat. Ratio est,quia mandatum primum præscribit Dei dilectionem,cum autem diligimus proximum in Deo & per Deum amare debemus; vnde non tam operam damus secundi præcepti impletioni, quam primum extendimus.

32\. *Filius in Deo diligatur, & extra Deum minime.* Matth.11. Hieron.

Patres diligendi, filij amandi. Attamen Dominus monuit, *Qui amat patrem, aut matrem, aut filium,aut filiam plusquam me:non est me dignus.* Matth.11.Particulam plusquam sic expendit Hieronymus.*Ordo in omni affectu necessarius est.Ordinauit in me charitatem. Ama post Deum, patrem,aut matrem,aut filios.Si necessitas venerit, vt amor parentum,aut filiorum Dei amori comparetur: & non possis vterque saluari; odium in suos pietas in Deum est.* Ergo particula *plusquam* innuit creaturas minus quam Deus, & post Deum amandas. *Ama post Deum.* Ego autem aduerbium plusquam eandem vim habere reor in præsenti ac præter. Vulgariter expono,*si mas que*

amé

ami o fuera de mi amaresa tus padres, hijo, o hija: no seras digno de mi amor. Cur ergo præcipimur patrem, filios, imo proximum quemlibet amare? Quia si in Deo illa diligimus, nihil præter Deum seu à Deo alienum diligemus.

33. Obiicite, quæso, Iobum patientissimum veræ admodum dilectionis exemplum à Deo cunctis amatoribus expositum. *An putas* (Deus ait) *me aliter respondisse tibi, quam vt appareas iustus:* Iob 40. Theophanes exposuit, *Quàm vt tua iustitia, amorque erga Deum ipsi diabolo, omnibusque hominibus, qui erunt vsque ad consummationem mundi, manifestetur?* Ostende, precor, dilectionis Iobi præstantiam. Filiis orbatur, spoliatur diuitiis, & proclamat, *Dominus dedit, Dominus abstulit. Sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum.* Cur patet ac Dominus non afficitur mœrore aut tangitur impatientia ex filiorum ac diuitiarum amissione? Certè quia nec filios, nec fortunæ bona amabat extra Deum, sed in ipso, ac per ipsum diligebat; vnde accidentarium quemlibet euentum filiorum aut diuitiarum deputabat. Ideo, auctore Chrysostomo, *Iobi vxor ex inordinato rerum amore, quo omnia extra Deum diligebat, impatientissimè omnia tulit.*

Iobus filios, & diuitias in Deo diligebat, ideo, ablatis, patienter sustinet.
Iob 40
Theoph.
Chrysost.

34. Iam clamet sponsa. *Ordinauit in me charitatem.* Cant. 2. Ex Græco legit Augustinus, *Ordinate in me charitatem.* Tribuit sponso monenti nos, *Facite gradus, & cuique quod debetur restituite, nolite anteriora posterioribus subdere.* Ac si diceret, Diligite quos debetis diligere parentes, vxorem, filios sed ordinatè in me dilectionem, extra me neminem diligatis, sed in me, & per me dilectionem iuxtà gradus debiti restituite.

Ordinata charitas, filios, & omnia nostra in Deo diligere.
Cant. 2.
August.

35. Abrahamo Deus: *Tolle filium, quem diligis Isaac, &c.* Gen. 22. Hebraicè, *Tolle nunc filium tuum, vnicum tuum, quem dilexisti Isaac.* Da mihi tuum Isaac, tuum risum, tuum gaudium, futurum Abel, & Benoni; tolle nunc, non cras, hac nocte, hac hora. Augustinus, *Quid ergo nos docet Abraham:* Certe perfecti amoris in Deum prærogatiuam. Angelus inclamat, *Abraham, Abraham,* id est, *Pater, Pater.* Recordare te patrem multarum gentium, & non vulneres filium tot filiorum genitorem. Philo. *Oblitus erat pro Deo, quod erat Pater.* Quia scilicet nec filium extra Deum diligebat, sed pro Deo, & in Deo, iuxta Dei placitum diligebat. Deo placet vt moriatur: Percutiam. Patet Conditori libenter parcam; quia mea erga filium dilectio est primi præcepti charitatis extensio.

Abrahamus in Deo amabat filium, extrà Deum minimè.
Gen. 22.
August.
Philo.

* * *

Observatio III.

Ad illa verba:

Ex toto corde tuo, in tota anima tua, & in tota mente tua.

Totas animæ vires impendendas diuinæ dilectioni Dominus prædicat. An absumptis totis viribus homo deficiens, aut imbellis.

Profectò fortissimus ostentabitur; quia Dominus amatores suos reddit inexpugnabiles.



APud Marcum, *Diliges Dominum, &c. ex tota fortitudine tua.* Lucas autem, *Ex omnibus viribus tuis.* Si tota animi fortitudo, si omnes vires Deum amando impenduntur, homo fragilis remanebit, imbellis ostentabitur. Imò inexpugnabilis obiicietur. Deus enim amatorem suum omninò reddit inexpugnabilem. 36.

Dei nomine Gedeon. *Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis seorsum* Iud. 7. Præcepit ergo Gedeon militibus, qui supererant decem millibus, vt omnes è fonte biberent: addens, velle Deum huiusmodi signo, discernere pugnaturos. Igitur alij flexis genibus, ad fontem procubuerunt; alij stantes cauis manibus aquam sumpsere & more canum carptim lambere curarunt; quos tantum probauit Deus cæteris dimissi iussis. Quænam tanti discriminis causa? Tradunt Hebræi apud Lyranum, eos, qui curuatis genibus biberant, ideo exclusos, quia assueti curuare genua coram idolis. Vnde Brixianus, *Voluit Dominus solos suos fideles amatores habere in hoc prælio.* Profectò si quæras, quonammodo fideles amatores ostentarentur, qui more canum vndam lamberent? respondet Origenes hom. 7. Ideo *hos trecentos more canum dictos bibisse, quia hoc animal super cætera animalia mortem dicitur proprij Domini seruare, nec tempore, nec iniuriis obliterari in eo fertur affectus.* Igitur is qui indelebilem fouet dilectionem canum in morem, aptissimus ad prælium; quia verus Dei amator qui nunquam genua coram idolis curuauit, inexpugnabilis hostibus obiicietur.

37.
Diligens perfectè Deû, vt fortissimus eligitur ad bellum.
Iudic. 7.
Lyran.
Brixia.
Canis dilectionis imago
Orig.

Cum audisset Abram, *captum Loth fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo:* & persecutus est vsque Dan, & diuisis sociis, irruit super eos nocte, percussitque eos, reduxitque omnem substantiam, *& Loth fratrem suum.* Gen. 14. AD temerarius Abrahami ausus trecentorum virorum exiguam manum aduersus quinque potentissimos Reges exercitumque instructissimum, qui quatuor Regum potentiam debellarant? Prudentissimè

38.
Pauci Abrahami fortiores cum diligentes, fortiores quinque Regum exercitu potentissimo.
Quid Deo amatori
Gen. 14.

tissimè quidem, quia elegit pusillam quidem manum sed vernaculorum, qui amore in dominum flagrabant. Et quonammodo veri amatores poterant à potentissimis pene innumeris hostibus comminui. Pulchrè Chrysostomus, *Ter centos illos vernaculos elegit Abram, vt vltionem spontè, & beneuolè facerent, vtpote serui pro domino certantes.* Si tam inexpugnabilis dilectio in hominem, quid in Deum charitas?

Chrys.

39. Fortissimum Gedeonem legisti hostium debellatorem. Vndenam illi inexpugnabilis fortitudo? *Spiritus autem Domini induit Gedeon.* Iudic.6. Lxx. *Spiritus Dei fortificauit Gedeon*, metaphora sumpta ab armis, quibus induimur. Porrò Spiritus sanctus ille, amor est in Deum inexpugnabilem reddens amatorem, vt placet aliquibus asserentibus per Spiritum Domini omnes virtutes Spiritus sancti comites assignari.

Gedeon fortissimus ex spiritu diuina dilectionis. Iudic.6. Septuag.

40. Huiusmodi armatura curauit Dominus Apostolos indutos progredi ad hostes horribiles comminuendum. *Sedete in ciuitate, quoad vsque induamini virtute ex alto.* Luc.24. Vbi Maldonatus, *Milites erant, Christi Regnum expugnaturi.* At Spiritus sanctus instar erat armorum. Chrysostomus, *Noluit ergo, milites suos inermes in aciem prodire.* Sic apud D.Thom. in Cat. Spiritus sancti armatura hæc quænam? Certè, erga Deum ex omnibus viribus dilectio. Bernardus ser.3. de Spir.sanct. *Ipse est, qui Virgini obumbrauit, Apostolos roborauit, vt indueret eos virtute ex alto, feruentissima scilicet charitate. Hac nimirum Apostolicus ille chorus lorica sese induit, sicut gigas ad faciendam vindictam in nationibus*

Dilectione armatura Apostoli roborantur. Luc.24. Maldon. Chrys. Bernard.

41. Strabo in Carm. de S. Mammete, audiens Tyrannum pyram succendi iubentem, qua fortissimi amatoris Dei constantia debellaretur; canit,

Martyres amoris flamma ignem extinxere. Strab.

Regnare in pectore flammam
Sanctorum ignorans, ignes adhibere caducos
Non timuit, cum restingui non ignis ab igne,
Sed magis augeri soleat.

An Laurentij, an Vincentij flamma potuit à flamma craticulæ superari? Cum sponsa omnibus viribus Dei amori litatis, poterant inclamare, *Quia amore langueo.* At dum tyrannus existimat Christi amatores imbelles, videt ignem dilectionis inexpugnabilem ostentari.

42. De Iacob egregio Dei amatore profanit Oseas *Ab vtero supplantauit fratrem.* Profectò mirabar infantulum in vtero tanto militari robore pollere. At D Paschasius lib.1. in Mat. me ab admiratione liberauit asserens potentissimum infantem symbolum dilectionis exposuisse. *Et inde est, quòd charitas procrenta iugiter inardescit, & contra omnia carnalia dimicans* lo Esau *vitia supplantat.* Quam pulchra Abbatis cogitatio. Videns infirmitate pressum infantem tanto robore pollere eum illicò asseruit agere dilectionis simulachrum. Dilectio enim omnes suas vires litans rei amatæ, instar infantis, imbellis obiicitor; sed tunc inexpugnabilis certamini præsentatur:

Vtero infans Iacob ab vtero, quia erat dilectionis Dei imago. Pasch.

43. Petrum ter Dominus interrogat, *Diligis me plus his? Diligis me?* Ioa.21. Proculdubio ex toto corde, ex omnibus viribus diligebat. Apparet Dominus supra fluctus, *Simon autem Petrus, cum audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus, & misit se in mare.* Ibid. O imprudentem amatorem! Si Christum plus omnibus diligebas, & consequenter ex omnibus viribus amans, langues amore: cur audes cum pelagi fluctibus dimicare, indutúsque te mittis ad vndas si deberes, etiamsi indutus fuisses, te à vestimentis expedire? Porrò qui verè diligit aduersus omnia pericula validissimus ostentat?

Petrus ex dilectione robustissimus ad vndas super andas. Ioa.21.

Laurentius Iustin. de triumph. Christ. ago. cap. 27. existimat Petri tunicam typum gerere dilectionis. *Tali tunica si præcinctus fueris, amore ignito in tribulationum vndas ingredi non expauescas: vt ad Præceptorem tuum stantem in littore valeas properare. Nequaquam patieris naufragium charitatis pallio coopertus. Aqua enim multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Sic Pater. 44.

Quid mirum si indutus est dilectionis tunicam? Laur.Iustin.

OBSERVATIO III.

Ad illa verba:

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, in tota anima tua, in tota mente tua.

Hæc verborum aceruatio indicit vehementiam, ac feruorem circa Dei dilectionem.

Qui enim nos vehementer diligit, vult fideles flagrantissimo affectu succendi.

IDIMVS in comment. multos existimasse, aceruationem illam: *Ex toto corde, ex tota anima, ex tota fortitudine, ex omnibus viribus*, haud esse subtiliter distinguenda; sed vnum idemque significare. Multis enim modis eadem res assolet exaggerari. Barradius, *Diligere Deum toto corde, tota anima, tota mente, totis viribus, est diligere Deum super omnia, diligere valdè.* Deus enim flagrantissimus hominum amator à nobis feruentissimum exquirit amorem. 45.

Barrad.

Zelotes Deus merito vocitatur. Exod. 20. Quare, precor? Respondet Theodoretus q.34. in Exod. *Deus se ipsum appellat Zelotem humano more loquens, vt terreat homines. Sicut enim vir ignauam habens vxorem admonere solet illam his verbis: Zelotypus sum, videre non possum te cum alio viro loquentem: ita Dominus.* An non hoc vehementis dilectionis documentum? Aptè Herodotus. *Aliquis dixit, zelotypiam ab inuidia profluere; ego existimo vehementis dilectionis esse affectum.* Dum Deus se Zelotem proclamat nos ad flagrantissimam allicit, seu attrahit dilectionem. 46.

Zelotes dicitur, quia vehementer amat, exigit à nobis amorem vehementem. Exod.20. Theod. Herod.

Belle Theodoretus adiicit, *Quod autem tam ardens* 47.

ardens sit amoris zelus, Deus ipsemet demonstrauit. Oseæ ex ore, *Non visitabo filias vestras, cum fornicatæ fuerint, & sponsas vestras cum fuerint adulteratæ.* cap. 4. Frigescit in corde cælestis sponsi zelotypia: Languescit affectus. *Quod autem tam ardens sit amoris zelus, rursus Deus demonstrauit. Propterea auferetur zelus meus à te.* Ezech. 16. *Est igitur zelus amoris index.* Ausonius, *sub Iudicelis, an vxor iustè querelas exciter, dum zelotypi mariti iniuriis vrgetur. Certè crediderim, haud posse affici iniuria, quæ tam perspicuo amoris verbere vulneratur. Vnde iniustè queritur, vnde ardentius debuisset sponso charissimo colligui.* Pulchrè. Deus ergo dum zelo succensus vulnerat ardentiorem requirendus affectum.

Iam indicat zelotypia. Theodor. Ose 4.
Ezech 16.
Zelotypus Deus vel vulnerans ardentius amandus.
Auson.

48\. Profatur sponsæ, *Caue, ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam. Sed aras eorum destrue, confringe statuas, lucósque succide. Dominus Zelotes nomen eius Deus est æmulator.* Exod. 34. Ad quæ Dionysius de diu. nomi. cap. 4. *Deus zelotes appellatur propter multum amorem, quem habet. Quemadmodum vir, qui vnicè, ac vehementer diligit vxorem suam, eam zelo quodam, ac studio, & solicitudine prosequitur, timens, & cauens, ne ab aliis adametur.* Et Hieronymus ad c. 1. Soph. *Nisi Deus amaret humanam animam, nunquam zelaretur eam; & in similitudinem mariti, peccatum vlcisceretur vxoris.* Profectò dum te Dominus zelatur sponsam, velut sponsæ ardentissimum requirit amorem; nam adolescentulæ sponsæ dilexerunt eum nimis. Cant. 1.

Deus amat vehementer velut zelo succensus erga sponsam: amet ergo intimo, sponsa affecta.
Exod 34.
Dionys.
Hieron.
Cant. 1.

49\. Audi Paulum, *Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed & supportate me. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* 2. Cor. 11. *Æmulatio Dei, zelus Dei* est Augustino. Paulus ergo zelo zelatur Christi sponsam, id est, expetit, vt totam sese vni viro cælesti litet, vehementer amans eum, qui ex zelo sese ostentat ardentissima affici dilectione. D. Thomas lect. 1. *Æmulor vos Dei æmulatione, id est, diligo vos feruenter,* sicut Christus feruenter suam amat sponsam. Æmulatio enim aut zelus illius est amor intensus non patiens consortium in amato. Ergo *despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Si dilectus meus mihi, & ego illi.*

Apostolus quæret, animam amare dilectam, sponsam in mirum, dum vehementem Christi ostendit affectum.
2. Cor. 11.
August.
Thom.

50\. Abrahamum Deus vehementer diligebat. Vnde æmulatione affectus, amorem Patriarchæ studet probare, an sit vehemens erga Deum. Videns itaque Abrahamum in filium affectum, fatur: *Tolle filium tuum, quem diligis Isaac.* Gen. 22. An amor tuus in me meum erga te amorem imitatur? Quam vehemens Dei erga Patriarcham dilectio? Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret, qui quidem Abrahami filium effectus: *Filii Dauid, filii Abraham.* Matt. 1. Ergo zelatur Deus Abrahami amorem, an sit adeo vehemens, vt filium vnigenitum Deo amato litet. Augustinus lib. cont. Adim. cap. 13. *Qui non zelat, non amat.*

Zelatur Deus Abrahamum, an [illegible]

Observatio V.

Ad illa verba:

Diliges proximum tuum sicut te ipsum,

Dilectio in proximum vera ostentatur, cum eum velut nos ipsos amamus.

Nam opera, quæ in illam conferimus, veram comprobant charitatem.

QVARE iubet Dominus nos proximum sicut nos ipsos diligere? Quia expetit nos operibus dilectionem ostentare. Quis audet sibi nocumentum inferre? Quis non velit sibi omnia bona ab hominibus egenti præparata? Ergo à me diligendus sic proximus. Recolo Gregorij hom. 38. in Euang. sententiam, *Sciendum est, quod dilectio proximi in duobus præceptis subdiuiditur. Cum quidam sapiens dicat: Omne, quod tibi odisti fieri: vide, ne tu ipse alteri facias. Et Dominus, Quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.* Amas proximum? Ergo erga illum te exeris, vti experis circa te alios experiri. 52.

Gregor.

Ad septem Episcopos Asiæ Christus mittit Epistolas. Ephesio Præsuli sic: *Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua: qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum. Habeo aduersus te, quod charitatem tuam primam reliquisti.* Apoc. 2. Cur Ephesino Præsuli septem ostentat sydera? Erat hic erga proximos valde munificus, præcepti illius, diliges proximum tuum sicut te ipsum, obsequentissimus, sed intepuerat; quia non sicut heri & nudius tertius proximis litabat obsequia. Edocet eum Dominus quonam modo charitatis erga proximum sit implendum præceptum; *Hæc dicit qui habet septem stellas in manu sua, & ambulat in medio septem candelabrorum aureorum. Sum præcinctus ad mammillas zona aurea* ex dilectione in homines, quam quidem ostendo dum sydera seu Planetarum influxus impendo, occurrens corporis egestati: & eos candelabra quidem aurea salutaribus documentis emungo, auctore Alcasare. Id exigit vera erga proximum dilectio, eum operibus subleuare. Sic Dominus proximum diligebat. 53.

Qui proximum amat, debet illi spiritualia & temporaria opera præbere.
Apoc. 2.
Sic Iesus se proximi amatorem ostendit.

Profectò Petrum Christus vehementer amabat. Quodnam ais exhibuit huiusce dilectionis documentum? Prouidit eius spirituali incolumitati, eum edocens, quid ipse erga proximos præstare deberet. *Ego rogaui pro te, Petre, ne deficiat fides tua; & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Luc. 22. Dilectissimo Petro excidenti manum exhibuit vt surgeret: & statim idem petit dilectis fratribus a Petro præsti... Theodoretus orat. de charit. *Sicut ego te amans non despexi, cum fluctuares: ita tu sis quoque sustentaculum proximis, qui circumaguntur, & id, quod es assecuturus, imperti auxilium.* 54.

Petro Christi diligentia proximum æmulator, du... proximum ostenditur ...
Luc. 22.
Theod.

Paulus

55\. *Deus te amãs sibi donat: amans proximum dona illi.* Colo. 3.

Paulus aptè, *Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatẽ supportantes inuicẽ, & donantes vobis met ipsis.* Col. 3. Preme duplicẽ particulã, *sicut Dei dilecti & donantes vobis met ipsis.* Dilecti à Deo estis, & Deus donauit vobis, vt dando se exhiberet amantem; vera enim dilectio erga proximum ex operibus comprobatur. Ideo addit Apostolus *sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos.* Ergo donantes vobis met ipsis eritis Dei æmulatores, veréque præceptum diligendi proximum sicut vos ipsos implebitis. D. Anselmus, *sicut Dominus donauit vobis, ita & vos donate vobis, semper ad inuicem omnia, debetis enim proximis* non negare, quod à bono Domino gauderis percepisse. (Anselm.)

56\. *Qui dedit vulnerato medicamen, is illum proximum ostentauit.* Luc. 10.

Vidistis hominem illum à latronibus vulneratum, quem clamantem non audiuit Sacerdos, quem saucium leuita contempsit, quem denique samaritanus curandum excepit, & infudit vinum, & oleum, & vulnera alligauit, & stabulario tradidit, & pecunias impendit. Rogitat Dominus, *Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones. At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum.* Luc. 10. Ad quæ vnico verbo Beda, *Dilectio proximi rebus ipsis designatur.* Rebus quidem non verbis. Augustinus, *Dominus se proximum nostrum dici voluit; opitulatus est enim semiviuo relicto.* Chrysostomus apud meum Antonium in Melissa, Cap. *Quid cum pauperes à te petunt, indignaris?* An proximus pauperis verè vocaberis, si non das? Minimè. (Beda. August. Chrysost.)

57\. *Angeli sunt proximi nostri, quia amant nos & impendunt nobis pietatis officia.* Luc. 10. Thom. August.

Dixit Dominus apud Lucam, *Diliges proximum tuum sicut te ipsum,* quidam legis peritus (cum ab ipso Domino rogaretur in lege quid scriptum esset?) Dominus autem *Hoc fac,* inquit, *& viues.* Roget autem ille, *Quis est meus proximus.* Cap. 10. Respondet D. Thomas nostrum proximum esse hominem, & Angelos in proximorum numero annumerandos esse. Quare precor? Certe quia nos diligunt, & suum ergà nos amorem operibus manifestant. Sic pulchrè Augustinus de doct. Christ. Cap. 30. *Continentur ergò etiam Angeli hoc præcepto, quo iubemur diligere proximum. Ipsi* enim nos proximos reputant, *impendunt enim nobis misericordiæ officia.* Dando enim se proximi ostendont amatores

58\. *Abram proximo Loth operibus amorem ostentauit.* Gen. 14. Bachiar.

Abram olim ex mente Bachiarij dilectionis in proximum extitit documentum. *Cum audisset, captum Loth fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos trecentos & octo, & persecutus est eos vsque Dan.* Gen. 14. Cur fratrem appellat, si fratris erat filius? certè eo sensu hic appellatus est frater, quo Petro Dominus, *Confirma fratres tuos,* & Discipulis & turbis, *si peccauerit in te frater tuus. Confirma proximos tuos, si peccauerit proximus.* Ergò videns Abram proximum suum captiuitati addictum, amans eum sicut se ipsum operibus ostentauit. *Ille Princeps Patrum,* (ait Doctor Epist. ad Ianu.) *qui primus credidit, & reputatum est ei ad iustitiam, captum ab hostili legione filium fratris: assumpta vernaculorum turba eripuit: quem postmodum de Sodoma plaga orationis suæ meritis liberauit. Et tu ergo assume vernaculorum turbam, hoc est, opere tuo proximo auxilium præsta captiuo.*

Observatio VI.

Ad illa verba:

Diliges proximum tuum sicut te ipsum.

Eadem commoda debemus desiderare proximo, quæ nobis expetimus.

Hoc enim est, proximum vt te ipsum amare. O quam ab huiusmodi præcepto abstractus, qui cuncta sibi commoda adscribit, nullum proximo!

59\. Thom.

EX D. Thoma, *sicut te ipsum dilige proximum, id est, spiritualiter, desiderando ei bona gratiæ, ac virtutum in via; bonáque gloriæ, in patria; imò cooperando ei ad ista pro posse. Cætera quoque misericordiæ opera tam corporalia, quam spiritualia ei impertiendo pro viribus, tempore opportuno, exigente rationabili causa.* An non tibi hæc omnia expetis? Ergo idem debes proximo desiderare.

60\. *Dauid flebat, quia proximi malum suum esse disputabat.* 2. Reg. 18. Bernard.

Mortuo Absalone, Dauid fleuit, *Fili mi Absalon, Absalon fili mi. Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? Absalon fili mi, fili mi Absalon.* 2. Reg. 18. Quare Diuus parricidam à Deo exitialiter vulneratum est lacrimis prosecutus? Certe quia vel in impudenti filio proximum diligebat, vnde commonem expetebat esse calamitatem, & quasi damnatio communis esset irremediabiles lacrymas profundebat. Bernardus Epist. 12. *Fundebat Lacrymas Dauid filio parricidæ, & si non profuturas, pias tamen. Respicit enim charitas rationem proximi, non odij causam contemplatur.*

61\. *Quidquid tibi cupis, proximo debes expetere.* Iac. 2. Nazian.

Iacobus ait, *si tamen legem perficitis Regalem secundum scripturas, Diliges proximum tuum sicut te ipsum: benefacitis.* Cap. 2. Ergo quidquid tibi cupis, proximo debes expetere. Nazianzenus Orat. con. Iulian. *de fidelibus, apud quos lex, norma amicitiæ quisque est, eadem proximis velle, quæ sibi ipsi.* Et Orat. 16. *Nec magis gaudendũ nobis est, quod cõmoda valetudine vtimur: quã lugendũ, quod fratres misera, & afflicta.*

62\. *Qui non cupit proximo euenire, quæ sibi desiderat non eum sicut se ipsum amat.* Mat. 7. Greg.

Dominus ad hæc, *Quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Mat. 7. si non cupis proximo tuo commoda obuenire: ab eo incommoda ablegari: sicut te ipsum minime diligis. Gregorius lib. 10. Mor. Cap. 14. *Dilige proximũ sicut te ipsum. Scilicet, quod ab alio tibi odis fieri: vide ne tu alteri facias. Et ipsa veritas, Quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Quibus duobus, & malitia compescitur per vnum, per aliud benignitas propagatur: vt malum, quod pati non vult quisque, non faciat; & bonum, quod sibi fieri appetit impendens erga vtilitatem proximi exerceat.*

63\. *Homines solũ se ipsos amãt se solũ reputantes sibi proximos esse.*

O tẽpora! An non homines putantes nihil sibi proximius, quã se ipsos, legem de diligendo proximo obseruasse contendunt, dum se solúmmodo

studẽt amare. Vnde de proximis possent interrogari: *Vbi est proximus tuus?* & cũ Caino respondere: *Nescio; numquid custos fratris mei sum ego?* Gen. 4. Imo cum stultissimo Nabal dicunt: *Tollam panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis: & dabo viris, quos nescio vnde sint?* 1. Reg. 25. Si proximi tui sunt, haud opus vnde sint exquirere. Chrysostomus hom. 20. in epist. ad Ephes. *Execrandum hoc verbum meum solum, & sceleratum à Diabolo est inuentum.* Non *meum solum, sed meum, & tuum;* dum proximo cupio, quod mihi expetere, & procurare studeo.

Gen. 4. 1. Reg. 25. Chrys.

64. Vulgaris illa sententia Chrysostomi Orat. de S. Philog. tom. 3. Sed apprime thesi conueniens: *Meum, & Tuum frigidum illud verbum, & quidquid est malorum vitam nostram inuehent, innumeraque gignent bella.* Cur frigidum verbum, *Meum, & Tuum?* Certè quia ardori dilectionis proximi opponitur. Dum proximus sibi soli omnia bona requirit: non me diligit sicut se ipsum, quia mihi abnegat, quod sibi soli adscribit. Dum autem ego mihi soli accommodari cupio cuncta bona, proximo eadem ablegare videor: vnde non possum præcepto illi satisfacere: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.*

Frigidum verbũ, id est, contra amoris præceptum est, mihi soli expetere bona. Chrys.

65. Militat directè (ex D. Thomæ mente) inuidia contra præceptum charitatis in proximum; quia cupit proximum spoliare eis bonis, quæ sibi soli desiderat. Quomodò ergo inuidia homo saucius propria bona volet proximo esse communia? Gregorius hom. 5. in Euang. *Quidquid in hoc mundo nobis solis concupiscimus, hoc proximis inuidemus.* Ergo si inuidia militat directè contra dilectionis proximi præceptum, solis nobis expetentibus adscribi bona, præcepti erimus violatores.

Nostra inuidia violat ex præcepti diligendi proximum sicut nos ipsos. D. Thom. Gregor.

66. Ait D. Maximus Cent. 5. Cap. 14. *Diligere proximum supra se ipsum, maximè proprium est legis gratiæ. Maiorem* enim (ait Dominus) *charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Id est, pro proximis. O quam alienus ab huiusmodi charitatis lege est, qui non supra se, sed se solum diligit, nec gestit sua bona vel desiderio saltem proximo communicari. Profectò se ipsum non amat, sed odit manifestè, qui se solum amare entat; quia præcepti violator est. Vnde si amator tui veraciter esse cupis, stude Deum, te, ac proximum simul amare. Tunc enim te amas, si proximum velut te ipsum diligis. Pulchrè ait Augustinus Tract. 50. in Ioan. *Qui malè se amat, proculdubio odit se.* Et lib. 50. homil. cap. 37. *Primum disce, amare Deum, deinde te ipsum, post hæc, dilige proximum sicut te ipsum.* Si proximus amandus est à me sicut ego ipse à me amor: Cur non dixit Doctor, *Deinde te ipsum, & proximum sicut te ipsum dilige,* sed *Deinde te ipsum, & post hæc dilige proximum sicut te?* Certè vt dum me ipsum amo, norma obiiciatur mihi quonam modo debeo proximum amare. Amo me ipsum ardenter? Ergo diligenter attendam vim amoris huiusce, quia talia me oportet proximo præparare. *Si sederis ad mensam Principis, vt comedas Principem* (ex aliquorum lectione) *diligenter attende quæ apponuntur tibi: & statue cultrum gutturi tuo.* Quia scilicet dum vides Principem Dei Filium Agnum pro te iugulatum: debes te iugulo (si tulerit occasio) addicere, vt te gratũ possis exhibere. Haud aliter cum te amaueris vehementer, diligenter attende huius vim dilectionis; quia talia te oportet tuo proximo præparare.

Non solum supra nos, sed sicut nos proximum non amamus. Maxim. August.

Meus amor in me ipsum norma est mei amoris in proximũ.

Paulus eximius dilectionis in proximum Magister. *Volo autem*, inquit, *omnes homines esse sicut me ipsum.* 1. Cor. 7. Quia si amans me ipsum, cupio me Dei præceptis addici, ne me tentet Satanas; idem debeo de proximis expetere, Ne tentet vos Satanas. Augustinus ad Psal. 33. *Pedes tui charitas tua est, duos habeto pedes, noli esse claudus.* Claudus plane est, qui se ipsum solummodo amat, nec proximum sicut seipsum diligit. An hic ad superos properabit? Minimè, quia claudus obiicitur. *Amor iste* (ait idem Doctor ad Psalm. 140.) *tartareus est, viscum habet, quo deiiciat in profundum, non duas pennas, quibus leuet in cœlum.* Si viatorem altero pede spolies, citò cadit à via: si volucris vna penna mutiletur, non ascendet ex alterius adminiculo. Peribit è salutari via qui se ipsum amans, contempserit proximi dilectionem. 67.

Cupiamus, omnes homines esse sicut nos ipsos. 1. Cor. 7.

Dũ me amo, & non proximum sicut me, claudicat charitas. August.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Sicut te ipsum.

Mandatum diligendi proximum sicut te ipsum est secundum, & primum. Debes enim proximum amare, vt Dei consequaris amicitiam.

Vt ergo amicus sis Dei, proximum diligere satage; Deus non amatur, si proximus non diligitur.

PVLCHRE aiebat Anselmus ad illa verba: *Diliges Dominum Deum tuum, &c. hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Est secundum hoc mandatum amandi proximum, sed primum est in executione.* Cur *primum* ait esse *in executione*? Profectò, quia nisi amauero proximum sicut me ipsum, Dei amicitiam inire non potero; est enim velut præmium illius. 68.

Ansel.

Dominus ipse expressit nos docens orare. *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Matth. 5. Quid debita dimitti nobis à Deo, nisi inire cùm Domino amicitiam? Cur autem non dixit, Dimitte nobis debita, & mox proximorum debita dimittemus? Certè quia licet primum & maximum mandatum sit, *Diliges Dominum*: & secundum sit *Diliges proximum*; at *in executione* primum debet esse, *Diliges proximum.* Deus enim hominis amicus est, vt muneret nostram erga proximum amicitiam. Pulchrè Hilarius ad caput 5. Matth. *Transitum sumus ad charitatem Dei ex charitate hominum. Nos dimittimus* proximo debitori: ergò *dimitte nobis debita nostra.* 69.

Dimittimus primũ debita proximo, quã Dei amicitiã, dimissis nostris debitis, ineamus. Matth. 5 Hilar.

Audi

70. *De charitate proximi pergimus ad Dei charitatem.* Mat. 5.

Audi Magistrum, *si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te; relinque ibi munus tuum ante altare; & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Matth. 5. Munus hoc dirigitur ad Numen placandum, vt nos ei reconciliemur, vt amicitiam post culpam ineamus. Cur ergo Deus munus suscipere non vult: sed iubet prius nos ad proximum properare? Certè quia dilectio in proximum prima *in executione* debet existere; quia non transitur ad charitatem Dei nisi de charitate proximi. Qui enim præceptum non implet proximum diligendo, quonammodo verum Dei se ostendet amatorem? Hilarius citatus. *Altario munera offerentis reconciliata humana pace reuerti in diuinam pacem iubet, in Dei charitatem de charitate hominum transituros.* Non transituri sumus de Dei charitate in proximi dilectionem: sed ex charitate proximi in Dei amicitiam.

Hilari.

71. *Vel post initã cum Deo amicitiam, prius vult, nos proximo occurrere, quam ad se fundere preces.* Act. 3.

Porrò vel post initam cum Domino amicitiam, vult ipse de charitate proximi ad arctiorem cum ipso vnionem deueniamus; quid ante peccatum remissum? Oraturus Petrus cum Ioanne pergebat ad Templum, petituri à Domino: claudus petit ab eis, *vt eleemosynam acciperet.* Mox Petrus, *In nomine Iesu Nazareni surge, & ambula.* Act. 3. An non decentius Apostoli prius Templum inirent, & orarent, quam claudus sanitati restitueretur? Petant prius, & postea dabunt. Profectò vt ratos se Deo possint præsentare, prius se gerunt amantes in proximum, vt à charitate illius in Dei charitatem arctiorem valeant deuenire. Chrysostomus serm. ad cap. 3. Sapi. tom. 1. *Accedunt Apostoli Dominum deprecaturi, sed preces claudi non poterant aspernari. Praeueniuntur precibus preces: rogantem claudum rogaturi ante audiunt, quam precarentur: nec permittit claudus, orare illos, quos petit: nisi prius acciperet, quod optauit; vt ante ab eis, quod voluit, impetraret; quam ipsi à Domino, quod volebant, expeterent.* Se se claudi voluntati Apostolus accommodat, nec prius oraturus ingreditur; nè in conspectu altaris munus orationis offerens, audiret: Relinque ibi munus tuum, & vade prius claudo impertiri sanitatem.

Chrysost.

72. *Vt ascendatur in candelabro dilectionis Dei lumen, prius renouanda opera charitatis in proximum.* Apoc. 2.

Angelo Ephesi ait Dominus, *Prima opera fac. Sin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo* Apoc. 2. Ex extinctione fulgoris charitatis in proximum Episcopus ille aderat velut candelabrum sine lucerna iuxta illud Cypriani de zelo, & liuo: Quid inuidiæ cæcitate omne pacis, & charitatis lumen extinguis? Dominus expressit Præsulis Ephesini charitatis in proximum luminis extinctionem, *Tuam primam charitatem reliquisti.* Ergo curat Dominus prima opera ab Episcopo fieri, ne candelabrum tanquam quid inutile ab eius conspectu abstrahatur, sicut candelabra luce vacua assolent abscondi. O Domine, priusquam prima ab eo opera fiant, parce pœnitenti. Porro prius debet opera charitatis erga proximum gerere, quam lux gratiæ ex Dei amicitia succendatur.

73. *In tenebris est, Dei amicitia extincta, qui non diligit proximum.* 1. Ioan. 2.

Hinc Ioannes, *Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit, quo eat; quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.* 1. Ioan. 2. Ex charitate proximi: & ex defectu huius extinguitur. Ergo si cupis lucem charitatis diuinæ & dilectionis in te accendi, prius stude operam dare succensioni charitatis in proximum.

74. *Impleamus charitatem in proximum, præceptum, vt Dei simus amici.* Ioan. 15.

Dominus id docuit nos cum profatus: *Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis.* Ioan. 15. Quid præcipit Dominus? *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: & proximum tuum sicut te ipsum.* Ergo amicus Dei ero, si Deum diligo ex toto corde huic solum modo præcepto satisfaciens, in quo (vt in Comment. expressi) includuntur primæ Tabulæ præcepta? Adnota particulam: *si feceritis, quæ ego præcipio.* Non dixit, *Quod præcipio*, sed, *Quæ præcipio.* Instat præceptum de diligendo proximo, quod implendum prius est, vt possimus Dei amicitiam inire. Quia licet *sit primum* mandatum de Deo diligendo, & præceptum de dilectione proximi *secundum*: tamen *in executione* hoc primum est.

SECTIO SECVNDA.

Pharisæorum confusio.

TEXTVS.

VERS. 41. CONGREGATIS autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus. 42. Dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius Filius est? Dicunt ei, Dauid. 43. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in Spiritu vocat eum Dominum, dicens: 44. Dixit Dominus Domino meo: sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? 45. Si ergò Dauid vocat eum Dominum, quomodo Filius eius est? 46. Et nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam, ex illa die eum amplius interrogare.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De quæstione à Domino Pharisæis proposita.



1. *Quæstio à Domino obiecta.* CONGREGATIS *autem Pharisæis, &c.*] Summus Theologiæ Magister quæstionem difficilem Pharisæis congregatis ad eum proposuit. *Quid vobis videtur de Christo*, seu de Messia, quem expectatis? *Cuius Filius est.* Facilè quæstioni responderunt. Filium fore Dauidis. Obiicit Dominus,

2. *Obiectio contra Pharisæorum responsionem.* *Quomodo ergo David vocat eum Dominum?* Ac si diceret, Filius præsertim nondum natus non assolet vocari Dominus à Patre præsertim Rege: Messias nondum natus *Dominus* à Dauide Rege vocatur: ergo vel non est eius Filius, vel aliquam habet naturam multo præstantiorem natura Dauidis, propter quam ab illo Dominus appellatur. Profectò si illis nota fuisset Messiæ Diuinitas, facile argumenti nodum soluissent, fantes: Messias homo ac Deus simul futurus est: eaque de causa meritò à Patre Rege Dominus vocitatur. Obmutuere, quia hominem tantummodo futurum putabant.

3. *Concordantur Euangelistæ.* Operæpretium Euangelistas concordare. Noster Matthæus ait Christum Pharisæos congregatos interrogasse, *Quid vobis videtur de Christo? Cuius Filius est?* Deinde illis subiecisse: *Si Dauid vocat eum Dominum, quomodo Filius eius est?* At Marcus indicat, obiectionem populo esse propositam: *Et respondens Iesus dicebat docens in Templo, Quomodo dicunt Scribæ, Christum Filium esse David? Ipse enim David dicit in Spiritu sancto: Dixit Dominus Domino meo.* Et Lucas, *Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt, Christum Filium esse David; & ipse David dicit in libro Psalmorum. Dixit Dominus Domino meo?* Aliter ergo Matthæus, aliter Marcus, & Lucas locutus est. Respondeo, nihil esse dissidij, Marcus & Lucas interrogationem illam Christi: *Quid vobis videtur de Christo? cuius Filius est?* Pharisæorúmque responsionem silentio prætericrunt, soliusque obiectionis meminerunt de more quidem. Multa enim silet vnus Euangelista, quæ alter memoriæ prodit, absque vllo veritatis, seu concordiæ detrimento. Obiectionem significat Marcus, omnibus auditoribus esse propositam; quoniam concionando, tam Pharisæis, quam populo Dominus dixit: *Quomodo dicunt Scribæ, Christum Filium esse David, & ipse David vocat eum Dominum.* Postea (vt noster Matthæus) congregatis in Templo Pharisæis quæstionem proposuit: *Quid vobis videtur de Christo?* Cumque dixissent, Filium esse Dauid, addidit obiectionem, *Quomodo David vocat eum Dominum?*

4. *Approbatur Augustini sententia.* August. Approbo Augustini sententiam lib. 2. de Cons. cap. 74. asserentis, Christum Pharisæis Psalmi obiecisse verba, vt populum edoceret, Messiam hominem tantummodo non esse: atque ideo Marcum, & Lucam ita obiectionis meminisse, ac si populo proposita fuisset. *Ideo de Pharisæis (ait) errantibus Dominus ad populum sermonem faciens, quem volebat ab eorum errore liberari, secundum duos Euangelistas commemoratur. Vt quod illis dictum est, quomodo dicitis (sicut Matthæus narrat) sic accipiatur, non tanquam ad Pharisæos; sed tanquam de illis ad eos potius dictum sit, quos volebat instruere, id est, ad populum.*

---

§. II.

De Domini obiectione.

QVomodo David in spiritu vocat eum Dominum?] In spiritu sancto. Sic Marcus. Prophetæ enim Spiritu sancto afflati loquebantur. *Qui locutus est per Prophetas*, cantat Ecclesia in Symbolo. *Non voluntate humana allata est aliquando Prophetia; sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.* 2. Pet. 1. David, *Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam.* 2. Reg. 23. *Lingua mea calamus Scribæ velociter scribentis.* Psal. 44. Scribentis, quæ Spiritus sanctus dictat. Theodoretus, *Lingua mea calamum imitatur, gratia vero Spiritus velocem* imitatur *scribam, per hanc* linguam seu calamum, *qua vult ipse, scribens.* Philo lib. de præm. & pœn. *Propheta interpres est Dei, dictantis intus oracula.* 5. *In quanam spiritu locutus David.* 2. Pet. 1. 2. Reg. 23. Psal. 44. Theod. Philo.

Dixit Dominus Domino meo. Hebraicè diuersa sunt nomina. Priori loco nomen est Dei *Tetragrammaton*, יהוה posteriori *Adon*, quod significat *Dominum*, ארון. Tota clausula Hebraicè sic: נאם יהוה לארני שבלימיני. *neum ADONAI tetragrammaton ladoni schebliminі. Dixit Dominus Tetragrammaton Domino meo Messiæ, sede à dextris meis.* Porrò David Messiam Dominum suum vocat. Vnde colligitur, non hominẽ tantummodo esse: sed aliã etiam præter humanam habere naturã, propter quam à progenitore suo Rege sit *Dominus* appellatus, antequam ex Virgine nasceretur. Porro hæc natura est Diuina. 6. *Hebraice diuersa sunt nomina: Domine, Domino.*

An Dominus sit appellatus à Dauide Messias propter Diuinam solùm naturã? Profectò etiam secundùm humanam cum Diuina copulatã. Est enim Christus tum Dauidis, tum omnium hominum, atque Angelorum Dominus etiã secundum humanitatem; quia est cum Diuinitate coniuncta. Christus homo Deus, Rex & Dominus. & Iudex est, ac Pontifex summus omniũ hominum; quas dignitates illo Psal. 109. Vates cecinit, Messiam enim celebrat in cœlum ascendentem, Regem orbi dominantem, Dei Filium, Pontificem maximum secundùm ordinem Melchisedech, mortuorum, viuorúmque iudicem. 7. *An appellatus sit Dominus solùm ob diuinam naturam?*

Sede à dextris meis.] Metaphoricè loquitur David. Nam Deus spiritus est, caretque dextera. Quia tamen præstãtior manus hominis dextera est, præstantior quoque dexteræ locus: ideo hoc loquendi modo significat, Patrem Christo in cœlum ascendenti præstantissimum cœli locum tribuisse. Paulus ad hæc, *Cõstituens illũ ad dexterã suam in cælestibus, supra omnem Principatũ, & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem, &* 8. *Quid sedere à dextris Dei.* Eph. 1.

omne

omne nomen, quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro. Eph. 1. Decantatur Messiæ Regia dignitas.

9. *De Regno Christi, cui subijciuntur hostes.*

Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.] Vt Rex sede in Regio solio ad dexteram meam; & regna ad iudicij vsque diem, in quo sic subiiciam tuos inimicos potestati suæ, quemadmodum scabellum solet pedibus subiici. *Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius.* Hebr. 2. *Eius* ponitur pro suis: Iudæi, Mahometani, Ethnici, Hæretici, impij Christiani, & Dæmones in die iudicij velut scabellum Christo Domino addicendi sunt, iudicandi, & flammis mancipandi æternis. Anselmus, Non enim ad horam, sed perpetuo subiiciendi. *Heb. 2.*

Et nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.] Debuissent profectò illi argumenti expeditionem requirere. At adeò fuere vel inertes, vel arrogantes, vt ignorare maluerint, quàm interrogando ediscere. D. Augustinus ser. 134. de Temp. *Miseri superbi, cum respondere non possent, vtique debuerunt respondere: Nescimus nos, Magister, dic nobis. Obmutuerunt in propositione, nec os aperuerunt ad inquisitionem.* Si humiliter cogitassent, & ad discendum, & credendum parati essent: eos Dominus docuisset. Cur Dominus vltrouè Psalmi carmen Messiæ Dictatoris manifestans non enucleasset? Diuinitatis propalandæ nondum tempus aduenerat. 10. *Debuissent Pharisæi interrogare argumenti solutionem.* *August.*

IN IESVM CONCIONANTEM

PANEGYRICVS SECVNDVS MORALIS CIRCA LITERAM.

EX PHARISÆORVM CONFVSIONE.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, &c.

Particula *donec* innuit supplicij tarditatem. Cur tam sero Deus ad inferendum supplicium exsurgit?

Certè quia permittens homines addere peccatis peccata, eos seuerissimè punit. Peccantium enim crimina supplicia horribilia existunt.

11. REMIGIVS, Ex particula *donec* significantur aliquando tarde scilicet subiiciendi Domini pedibus. Cur tam tardum Dei supplicium exponitur? An non conuenientius illico peccatores addicerentur igni, tartaro amandarentur? Profectò nihil horribilius peccatori, quàm vltimum supplicium differri; quia dum permittitur peccata peccatis addere, grauiori admodum supplicio afficitur.

12. *Deus valde iratus in Hebræos idolis immolantes. tradidit eos in manus multiplicati criminum. Iudic. 2.*

Olim quidem *fecerunt filij Israel malum in conspectu Domini. Iratusque Dominus contra Israel, tradidit eos in manu diripientium, qui ceperunt eos, & vendiderunt hostibus.* Iudic. 2. Quænam hæc diripientium manus? Interpres è Societate Lusitanus grauis, & ingeniosus Ioannes Freire respondet ex Patrum mente. *Ab hac similitudine tradi à Deo dicuntur peccatores in flagitia.* An non qui idolis sacrificium litarant, quod quidem malum in conspectu Domini tam horribile, vt malum per antonomasiam appelletur: aptius sicut Dathan & Abiron viui ad tartara transferentur? An hoc irati Numinis documentum? Certè si iratus non esset, agens initiis eos tartaro tradidisset. At *iratus Dominus contra Israel* iterum eos punit, dum permittit eos peccata addere peccatis.

13. *Dum Deus valde punire homines vult, omnia crimina perpetrare sinit, permittit, in noua peccata incidere. Rom. 1.*

Paulus recenset Dei horribilem in peccatores egregios iram; & illatum eis supplicium. *Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Proh hominum pene immensam malitiam! Iratus Deus quodnam supplicium tam insignibus addicet iniquis? An tartarus suos sinus extendet? An gehenna horribiliora præparabit incendia? *Propter quod* (addit Apostolus) *tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, & in immunditiam.* Rom. 1. porrò peccatorem permitti, vt addat peccatis peccata, horribile admodum supplicium est vincens gehennæ diritatē D. Thomas. Iratus Deus inducit homines in desideria cordis eorum sicut in manus dominorum crudelium. Non ita crudeliter tartareæ flammæ discruciant damnatos, quam crimina (insensibili D Thom.

fibili heu peccatore) homines dilacerent voluptate.

14. Prodigus inobedientiæ crimine reus à Patre optimo non carceri addicitur puniendus, sed permittit eum luxuriei crudelissimis manibus tradi, à quibus *viuendo luxuriosè* tam miser efficitur, vt porcis conuiuere cogeretur. Luc. 15. Supplicium ne, permitti filium voluptatibus irretiri? Anselmus, *Culpis culpa feriuntur dirius; quatenus supplicia fiant peccantium ipsa instrumenta vitiorum.*

Inobedientia, & impudentia prodigi puniuntur, dum permittitur pa-rere libidini. Luc. 15. Ansel.

15. Audi Theodoretum ad locum Pauli Rom. 2. *Quæ nullus vnquam hostis, in eos perpetrauit, ea libentissimè, & promptissimè amplectuntur: & quod nullus vnquam Iudex in eos supplicium statuerit: ij illud in se ipsos attrahunt.* Dum scilicet permittuntur cordis sui noxiis admodum tradi desideriis. Quia si vni peccato lethali vnus præparatur infernus: multiplicatis criminibus gehennæ (horribile cogitatu!) ineffabiliter incendia multiplicantur.

Nullus immanissimus Iudex aut tyrannus posset excogitare inuenire eam dirum supplicium. Theodor.

16. Isaias apposité, *Allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.* Isa. 64. Perpende vim verbi *Allisisti.* Vulgariter, *Estrellas tenos en los peccados nuestros.* Sumpta metaphora ab eo qui nimium iracundia affectus pueri caput parieti (seu lapidi) allidit. Sic David, *Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.* Contemplatur igitur Isaias Deum nimium ira affectum in peccatores. Cur igitur eos non deturbat in tartarum? Certè horribilioris iræ documentum, dum ipsis peccatis nouis peccatores allidit. Quidam Scholiastes, *Allisisti nos in manu iniquitatis, tanquam tortoris, & carnificis.*

Alliditur homo peccato suo irato nimium à Deo. Isa. 64.

Schol.

17. Pondero illam particulam: *In manu iniquitatis.* Ac si diceret, Permisisti nos sic peccata multiplicare, vt ex prauo habitu penè impossibile quodammodo esset, ad frugem meliorem adduci; vnde damnationis nostræ tanta peccatorum multiplicatione gehenna mirum in modum succenderetur. D. Hieronymus, *Allisisti* seu (vt LXX. vertunt) *tradidisti nos in manu iniquitatis. Ex quo discimus, quod iniquitas manus habeat, & omnia peccata, quæ nos fortiter strictos tenere desiderant,* postmodum dirius puniendos.

Peccatorum manus, ad tenendum peccatores, dicitur postmodum puniendos. Hieron.

18. O peccatorum crudelissima vindicta peccati patratio! Exclamat Isaias, *Væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala.* Isa. 3. Cur væ animæ hominum canitur? Quia tradita est gehennis peccatorum tartaro horribiliori. Hinc crediderim, Dominum exclamauerit. *Væ homini illi, per quem Filius hominis tradetur; melius illi esset, si natus non fuisset:* non tam respexisse Iudæ damnationem æternam, quam ipsius peccati patrationem, cui quidem traditus ab irascendo Domino, quia *fur erat, & loculos habebat.* Pulchrè Hieronymus ad Isa. *Iuxta Hebraicum, & cæteros Interpretes hunc habet sensum: Væ illis, qui sua scelera receperunt! Quasi dicat, Nullam aliam illis opter crudeliorem, quam sua scelera, carnificinam. Nullam crudeliorem optet carnificinam.* An non crudelior carnificina tartaris? Minimè. Finge, obsecro, gehennas innumerabiles nouis plenas horroribus, vbi miser homo torqueatur. Nullam planè carnificinam optet eximiè affectus iracundia in hostem, quam sua scelera.

Væ illis, quos Deus punit, nouis criminum permissione. Isa. 3. Hieron.

Observatio II.

Ad illa verba:

Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Perpetuo contemptu afficiuntur impij, quia Deum contempserunt delinquendo.

Peccator enim hic auctor est æterni supplicij, quo torquendus æternùm est in gehenna.

Pœnam peccatis respondere in tartaro probatione non indiget. Quænam quæso pœna hæc indicta Christi inimicis? *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: Contemptum minatur eis, qui Christum, eiusque sanguinem contempserunt,* ex mente Ghislandi Inquisitoris ex Dominicana familia. *Contemnentes, & ostentui habentes* Iesu sanguinem æterno contemptu torquendi sunt. O miserum peccatorem, qui supplicij tui author existis! Edocemus Deum, quonam modo nos punitutus est. 19.

Ghisl.

Fatur Dominus, *Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* 1. Reg. 2. Non dixit, contemnentes me dedecore afficiam, sed *erunt ignobiles.* Quare, precor? Quia Deus ostendit, se quodammodo ignorare quomodo supplicium sit inferendum: peccatores sunt inuentores æterni contemptus, dum Deum contemnere non verentur: *Qui contemnunt me, erunt ignobiles.* Ambrosius lib. de Parad. cap. 15. *Honorificantes me honorificabo* (inquit) honorem bonorum operationis suæ esse declarans. *Et contemptores* (inquit) *mei, non dixit honore priuabo; sed honore priuabuntur, Non suæ operationi deputans eorum inopiam.* 20.

Peccator auctor est sui æterni contemptus, edocens Deum, dum illum contemnit. 1. Reg. 2. Ambros.

Alibi Deus, *Glorificantes me glorificabo: qui autem me despiciunt, ad nihilum deducentur.* Deut. 18. Cur non dixit, Ad nihilum deducam, siue despectos ac viles æternùm ostentabo? Crediderim, quia homo auctor est sui contemptus dum despicit Dominum. Vnde deductio illa ad nihilum, siue contemptus potius est despectionis ipsius Dei consequentia, quam diuini supplicij inflictio; Deus enim præmio donare scit, & velut punire ignorat, nisi ab homine delinquente edoceatur. Hieronymus ad cap. 5. Ezech. *Tale quid in maledictis Deuteronomij inuenire possumus, præcipuè in illo loco: Glorificantes me glorificabo: qui autem me despiciunt, &c. Hos enim, qui se glorificant, ipse glorificat; qui autem eum despiciunt, non à Domino despicientur, vel deducentur ad nihilum: hoc enim sequebatur, vt diceret; sed absolutè deducentur ad nihilum non à Deo, sed pro meritis suis, atque peccatis.* 21.

Homo despiciens Deum, despectus fit æterni normandus. Deut. 18. Hieron.

Igitur

22\. Igitur dum Deum contemnimus delinquendo, eiusque sanguinem proculcando: Deum edocemus nos æterno conculcare despectu. Iratus populo, clamat: *Quis dabit me spinam, & veprem in prælio.* Isa.27. In prælio spina Deus An spina apta certamini gerendo? Minimè. Cur ergo Deus se futurum minatur spinam ad peccatorum punitionem? Ait Hieronymus, *Quis me docebit, vt spina sim? vt durus sim, & meam vincam clementiam; & in prælio atque certamine truculentus incedam?* Porrò illa particula: *Quis me docebit, vt spina sim?* meum illustrat argumentum. Respicit enim Deus tempus, quum peccatores contemnendi Dei Filium modum adinuenerunt *plectentes* scilicet *coronam de spinis*. Vnde edoctus iam Dominus à contemnentibus dat operam eorum contemptui, dum eis æterna fit spina aduentante die vltionis & prælij.

Deus peccatorum Deū spinis illis æterni contemptus spina, dum Ipsū despiciēt spineā contexentes coronam. Isa.27. Hieron.

23\. Dominus totiens à Pharisæis, & Scribis contemptus, ait: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi.* Matth. 23. Vbi Chrysostomus hom.43. in Matth. *Male viuendo Deum instruis, quomodo te debeat condemnare.* Aptè thesi Adamus, *Doctrinam despicit, & eam se nihili ducere ostendit, qui aliud ore, aliud vita docet.* Ergo despiciendo Dei doctrinam edocent Deum quonam modo æterno eos contemptu punire debeat. Vt qui sedentes in cathedra Deum in doctrina contempta despiciunt, è cathedra in scabellum prouoluantur. *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

Qui despiciūt Dei doctrinā in cathedra edocent Deū, quonammodo eos despiciat. Mat.23. Chrys. Adam.

OBSERVATIO III.

Ad illa verba:

Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Ostenditur impiis supplicium, esse differendum: non quidem propitio, sed irato Numine.

Supplicio enim non cohiberi peccatorem, aut mox non puniri maxima condemnatio: quo enim tardiora supplicia, eo grauiora.

24\. SEdere à dextris Dei Filius à Patre monetur, donec inimici eius sub eius pedibus deieuati collocentur. Cur non illicò inimici Domini puniuntur? An magnum misericordiæ documentum? Certè maximum est irati Numinis indicium, præpropero supplicio aut non cohibere delinquentem: aut non impedire grauioris supplicij illationem; quia quo tardiora supplicia, eò quidem grauiora ex criminum acerbatione.

25\. Olim Dominus *suscitauit Iudices, qui liberarent eos* (Israëlitas) *de vastantium manibus. Sed nec eos audire voluerunt, fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos. Cumque Dominus Iudices suscitaret, in diebus eorum flectebatur misericordia, & liberabat eos de cæde vastantium. Postquam autem mortuus esset Iudex, reuertebantur, & multo faciebant peiora.* Iudic. 2. Proh Hebræorum pertinacia in delinquendo! Nec Dei misericordia prouocati feriebantur: sed peccata peccatis addere, retróque abire, per damnata parrum vestigia pergebant. An magnæ misericordiæ Dei documentum, non eos illicò vulnerasse? Minimè, sed iræ horribilis admodum indicium. Suppliciis enim non cohiberi errantem maximum proculdubio supplicium est. Vel Gentilis agnouit, dum cecinit,

Deus ... differt *Iratum bercle tum agnosce Iouem,*
Cum fulmina Titio contorquere differt.

sic Comicus Periander.

Deus Hebræorum delinquentium supplicium, se magis iratum ostentat. Iudic.2. Periand.

26\. Hisce peccatoribus haud supplicio mox affectis væ Isaias cecinit. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum: & qui dicitis, Festinet, & citò veniat.* Isa. 5. Alij sic: *Væ qui trahitis peccata tanquam funiculo longo.* Preme particulas, *Trahitis peccata tanquam funiculo longo, & dicitis Festinet, & citò veniat.* Si trahunt peccata funiculo longo, hoc est, ex dilatione supplicij peccata addunt peccatis: quonammodo dicunt, *Citò veniat* Iudex scilicet ad puniendum? Profectò dum peccata peccatis addunt, ipsa peccatorum multiplicatione instant iudicem punitorum aduentare cito. At væ illis, cum punitionis differtur instantia; quia quo supplicium tardius est, eo ex peccatorum multiplicatione grauius existet. Procopius, *Funiculus longus ipsa sunt peccata; quo longè remota scelera scelerumque pœnas grauiores in nostrum caput attrahimus.* Nam eo grauior præparatur pœna, quo ex longa supplicij mora, peccatorum cumulus amplius increscit.

Væ canitur peccatoribus, quibus differtur supplicium. Isa.5. Procop.

27\. Audiendus Dominus ex ore Prophetæ. *In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum: & occidet cetum, qui in mari est. In die illa vinea meri cantabit ei: Ego Dominus, qui seruo eam, repentè propinabo ei: ne fortè visitetur contra eam.* Isa.27. Profectò peccatores insignes in Leuiathan designati, incorrigibiles, instarque cetorum viuentium, impunè deuorantes fragiliores: ad Iudicij diem reseruantur, id est serò puniuntur acerrimè. At Vineam electam, quam Dominus custodit, repentè, id est, citò Deus punit, propinans ei laborum calicem; ne in die nouissimo cum Leuiathan visitetur, id est, ne dilatum supplicium immanius existat. Hieronymus, *Dicit se Dominus multo vineam suam tempore custodisse, sed quia conuerti noluerit, subito inebriandam.* Vt scilicet præpropero supplicio affecta, ad meliorem sese mentem excipiat.

Inimici visitantur in die iudicij diriùs planè, Vinea punitur nunc ne in illa die cum Leuiathan visitetur. Isa.27. Hieron.

28\. An Leuiathan, id est, peccator egregius iam se liberum à pœna debet adiudicare, dum videt se impunè delinquere? O dilationem diram! *In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan.* Non visitat mox calice amaritudinis veluti vineam: sed visitabit in gladio duro, grandi, & forti. Quia supplicium mox illatum assolet eo

Supplicium non dilatum assolet esse medicum potius; serum autem exitiale vulnus. Isa.27.

differre à supplicio fero: quòd nunc sic medica, amara licet, potio; tunc autem gladij duri, grandis, fortis exitiale vulnus. D. Cyprianus de Lapsi. (Cypri.) *Nec euasisse se credat, si eum interim pœna distulerit, quem sibi Dei Iudicis censura seruauit.* Cum illico punit Deus, se Medicum præstat sanaturus: cum differt supplicium, se Iudicem seuerissimum planè damnaturum peccatores exponit.

29. *Supplicium dilatum thesaurus iræ.* Paulus ad hæc; *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ.* Rom. 2. (Rom. 2. Ansel.) ybi Anselmus, *Iram sibi reprobus thesaurizat, quia dum ad pœnitendum tempus accipit, & ad peccandum expendit: ipsum remedium gratiæ vertit in augmentum culpæ.* Ergò si mox ira in peccatorem desæuiret, thesaurus iræ non efficeretur; quia supplicij inflictio assolet (ex Augustini sententia) peccatores ab exitij æterni reuocare periculo.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Dominus ideo quæstionem eis difficilem proposuit, vt interrogarent, qui solutionem ignorabant: & posset Dominus ineffabilem eis dilectionem ostendere.

Documentum est enim dilectionis magnæ, insipientes homines edocere. Vbi Societatis Iesu institutio circa docendos pueros interim celebratur.

30. Orig. FATVR Origenes in Cat. D. Tho. *si interrogatio eorum fuisset ex voluntate discendi, nunquam eis talia proposuisset, vt amplius non ausi eum interrogare.* Rogitare Pharisæus accessit. *Quod est mandatum magnum in lege?* Certe non vt disceret, sed vt tentaret Dominum, rogitauit. Quare Dominus difficilem ei, reliquisque Pharisæis, quorum ille nomine quæsierat, quæstionem proposuit ex argumento illo: *Quomodo Dauid in spiritu vocat eum Dominum?* Profectò si accessissent affectu discendi, Dominus ita locutus esset, vt à quæstionibus eos non deterruisset. Magister enim à cœlo venerat, & suam nimiam dilectionem ostendebat, semper rudes instruendo. Societatis hinc gloria fulgurat, quæ tam speciali institutione puerulis edocendis studet.

31. *Iesuita illu-* Iesuita ille illustrissimus Paulus, *sæpe, ait, proposui, venire ad vos, vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut & in aliis gentibus: Græcis, ac Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum.* Rom. 1. Proxima verba expende. Debitorem se Paulus asserit & sapientibus, & insipientibus. Vndenam sapientibus debitor est? Ex eo quod sapientiam à Deo accipit. Nihil enim sapienti magis agnatum, quam inter sapientes expetere suam eruditionem ostentare. Vndenam autem debitor est insipientibus? Profectò ex flagranti dilectionis erga Deum & proximũ affectu. *Ideo Paulus debitor erat sapientibus, ex sapientia accepta, insipientibus autem ex maxima erga Deum & proximum dilectione.* Rom. 1. Nihil enim sic cordis charitatem enunciat, sicut cum videmus virum sapientem, qui rudiores instruere gratis non dedignatur. Sedulius in Collect. ad Epist. Rom. (Sedul.) *Sapientibus efficitur Paulus debitor, per hoc quod accepit sapientiam in mysterio, quam perfectis, & sapientibus loqueretur. Quomodo autem & insipientibus? In hoc patientiæ gratiam, & charitatis accepit summa etenim patientiæ, &* dilectionis, *ferre insipientium motus.* Coram sapientibus concionari, docere iam instructos, debitum est ex ipsa accepta sapientia. Omnes enim sapientes cupiunt suam peritiam coram æstimatoribus euulgare. At rudes puerulos instruere viros sapientia præditos, eximiæ in Deum, & proximum dilectionis est documentum. Nullum enim temporarium emolumentum obiicitur.

Audiendus Iesuitarum Magister & Rector. 32. *Se Christus ostendit benignissimum Iudæorum patrem, quos amantem, dum docuit eos rudes.* Chananeæ mulieri petenti filiæ suæ sanitatem, respondit: *non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Et rursum, *Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus.* Mat. 15. (Matt. 15) Hereticus Marcion hæc verba à suo Euangelio expunxit, ne ostenderentur Christum Iudæos filios appellasse: *Panem filiorum.* Eius, Tertullianus (Tertull.) lib. 3. cap. 7. acutè refutat errorem, asserens Marcionem debuisse delere etiam ipsas Iesu docentis actiones Quibus quidem innuitur Christum docuisse Iudæos fidei mysteria, rudesque instruxisse. Instruxit Dominus rudes, docuit ignorantes? Ergo actione ipsa ostendit se Iudæorum dilectissimorum planè patrem esse. Eximium enim est charitatis documentum, ignorantes instrui, rudes à sapientissimo edoceri Magistro. *Marcion*, inquit, *aufert illud de Euangelio: Non sum missus nisi ad oues perditas Domus Israel, & Non est bonum auferre panem filiis, & dare eum canibus. Ne scilicet Christus Israelitarum charissimus Pater esse videretur. At sufficiunt mihi facta pro dictis. Detrahe voces Christi mei, res loquentur. Ecce venit in synagogam: certè ad oues perditas domus Israel. Ecce doctrina sua panem prioribus offert Israelitis; certe vt filios* charissimos *eos præfert.* An non Iesuitæ se se puerorum vere patres ostentant, dum muneri docendi eos student? O eximium in Deum & proximum dilectionis documentum!

Fatur Ioannes, *Ante diem festum Paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Cap. 13. 33. *Vehementer se ostendit diligere suos, dum eos edocet.* Ioan. 13. Quid est *in finem diligere*, nisi illustriora dilectionis documenta exhibere. Quænam illa? Duplex equidem amoris ardentioris tunc signum exposuit. Vnum scilicet pro eis vitam impendere, alterum autem, eos adhuc circa mysteria rudes edocere. Pulchrè D. Eligius (D. Eligius) hom. 14. de vtriusque Agni Pasch. Esu. *Quod*

sti,

est, In finem dilexit eos? Vt se ipsum pro eis traderet, & præsentem vitam finiret. Vt; nos de vitijs ad virtutem, de terrenis ad cœlestia, de caducis ad æterna transire doceret. Cur si sermo Domini mortem ipsam præcessit (siquidem post cœnam concionatus est) non prius, Eligius, ad Christi dilectionem maximam commendandum, doctrinæ, quam mortis documentum expressit? Certe vt oratio videretur crescere. Sic Deus homines dilexit, vt pro eis mori dignaretur. Imo (quodammodo) sic dilexit, vt rudes sacratissima salutaria dogmata edoceret. sic exaggero quam egregium sit dilectionis signum, ignorantes instruere.

An morieus se tam vehementem ostēderit amatorem, quam edocens rudes?

34. Cum Dominus hominum Magister deberet de hoc mundo ad Patrem transire, è superis promittit immittendum in ludo literario submonitorem. Vulgariter expendam. *Prometio immiarìa en ausencia suya en Repetidor celestial.* Qui quidem scholam à se traditam rursum exprimeret, aut recoleret. *Paraclitus autem spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis, quæcumque dixero vobis.* Ioan. 14. Vbi Tertullianus lib. de veland. Virg. Cap. 1. *Hic erit solus à Christo Magister dicendus, & verendus.* Cur solus Paraclitus Magister dicendus? Quia solus spiritus sanctus, qui ipsa est dilectio, ac fons charitatis potest docendi rudes ministerio incumbere.

Ipse spiritus dilectionis necessarius ad docendū ignorantes. Ioan. 14.

Tertul.

35. Dixit Christum, quodammodo vberius suam dilectionem expressisse dum docuit rudes, quam dum morti se tradidit. Id confirmare intendam. Cum Iesus ad cœlos ascenderet, spiritus superni quæritabant: *Quare rubrum est vestimentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?* Isa. 63. si iam Angeli sciebant ex passione & morte Iesu indumentum, id est corpus rubricatum sacro cruore: cur velut ignorantes interrogant? Respondet pulchre Dionysius lib. de cœl. Hierar. Cap 7. voluisse Angelos accipere à Domino erga se eximium dilectionis documentum, quod quodammodo mortis vehemens studium superaret. Ideò se ignorantes exponunt, vt Dominus eos edoceret. Ac si instruere ignorantes sit quodammodo egregius dilectionis indicium, quam vitam tradidisse. Audi Doctorem. *Quosdam introducunt ad Iesum hæsitantes aspectus, diuini operis, & pro nobis assumpta carnis scientiam discere cupientes; quos ipse Iesus per se doceat: eximiámque benignitatem suam primo ipsis insinuet.* Ac si dicerent, Christus ostendit hominibus suam incredbilem benignitatem, & flagrantissimam dilectionem, dum pro eorum salute Cruci est addictus. Experiamur & Angeli, an etiam nos ineffabili prosequatur amore. Ei nos velut ignorantes exponamus vtique instruendos, edocendos. Si edocet, si instruit, si non dedignatur rudes informare; vehementissimo plane nos amore prosequitur. Vnde possumus proclamare. Pro hominibus mortuus est, sed pro Angelis rursum obiit molestissimum rudes docendi ministerium. Sic ludere liceat in muneris edocendi rudes commendationem.

Quodammodo se amatorem efficacius ostendit, dum docuit Angelos, quam dū suffigi voluit. Isai. 63.

Dionys.



LIBER



LIBER VNDECIMVS.

SERMO
DE ORATIONE.

Paraphrasis, & Commentarij literales ad Caput decimum sextum Ioannis.

PANEGYRICI MORALES CIRCA Literam in Iesum Concionatorem.

PROLVSIO.

Dominici vitalis ligni FRVCTVS VNDECIMVS.



AD orationem, cuius ope cuncta à Deo impetrantur Dominus excitat auditores. Miror vos, ô Discipuli, tot pressos tribulationibus in nomine meo nihil Patrem æternum petiisse. Oratio est omnium malorum præsentissimum medicamen. Attamen non solum
Isa. 62. Pater meo est nomine rogandus, sed & Mater Maria. *Qui reminiscimini* (ait Isaias) *Domini, nè taceatis, & nè detis silentium*
Richard. Laurent. *ei.* Cap. 62. Exponit Richardus lib. 2. de Laud. Mar. *Qui reminiscimini Domini Iesu, ne detis silentium Patri, sed in nomine Filij petite. At debemus Mariæ sacrificium deuotæ orationis, vt dicatur de Matre, quod de Filio, & Patre dicitur: Qui reminiscimini, &c.* Sic ille.

IOANNES CAP. XVI.

VERS. 23. AMEN amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

24. Vsque modo non petistis quidquam in nomine meo: pe-

PARAPHRASIS.

23. *CREDITE mihi, postea quam fuero sublatus à vobis in cælum, nihil est vobis defuturum. Quid enim facilius, quam à Patre petere? Quidquid autem ab illo petieritis in nomine meo, dabitur vobis. Quid vobis alijs opus præsidijs?*

24. *Hactenus obstitit vobis præsentia corporis, quo minus petieritis aliquid ab illo dignum meo nomine. Postquam auolaro in* cælum

ite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

cælum, sublatis petite in cælum animis, vbi scitote me præsentem fore patronum: quidquid postulaueritis impetrabitis, vt gaudium vestrum fiat plenum, & perpetuum.

25. Hæc in prouerbiis locutus sum vobis. Venit hora, cum iam non in prouerbiis loquar vobis, sed palam de Patre annunciabo vobis.

25. Hæc interim obscurius, ac veluti per ænigma locutus sum vobis, nondum quid dicam ad plenum intelligentibus. Sed veniet tempus, cum, hoc corpore mortali sublato, vobis iam firmioribus loquar de Patre meo palam absque parabolarum inuolucris. Nunc enim vobis quod palam etiam dicitur ob animum imbecillem veluti parabola est.

26. In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis.

26. Tum quidem tacitè loquar, sed aperta loquar, si modò vos petieritis; sed tum quoque suggeret vobis spiritus cælestis, quid petendum sit, aut quomodo in meo nomine petendum. At nunc non dico hoc, quasi sic meo interuentu sitis impetraturi quemadmodum ab homine Principe patrocinio cuiusquam homines assolent impetrare.

27. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exiui.

27. Imò Pater, tametsi amat rogari per Filium, per quem omnia vult largiri mortalibus: tamen lubens vestris votis annuet, non solum ob amorem, quem habet erga Filium, sed etiam ob amorem erga vos. Amat autem vos, quia vos me diligitis, & creditis, quòd ab ipso sum profectus.

28. Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

28. Antequam venirem in mundum iam eram apud Patrem: vestra causa veni in mundum, vt vos ad cælum eueherem. Nunc obitis his, quæ mandarat Pater, iuxta corporis præsentiam relinquo mundum, & ad Patrem redeo.

29. Dicunt ei Discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis.

29. Tunc Discipuli, Ecce, inquiunt, quod imposterum te facturum pollicearis, hoc iam nunc præstas. Nunc enim absque parabolarum inuolucro palam loqueris, quid sis facturus.

30. Nunc scimus, quia scis omnia, & non opus est tibi, vt quis te interroget: in hoc credimus, quia à Deo existi.

30. Nec opus est, vt te quid præterea rogemus; profitemur enim te omnia scire. Et in hoc denique verè credimus, quod à Deo profectus sis, quod arcana cordium nostrorum penitus habes perspecta.

SECTIO PRIMA.

In nomine Iesu Oratio.

TEXTVS.

VERS. 23. AMEN amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. 24. Vsque modo non petistis quidquam in nomine meo: petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. 25. Hæc in prouerbiis locutus sum vobis. Venit hora, cum iam non in prouerbiis loquar vobis, sed palam

palam de Patre annunciabo vobis. 26. In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis. 27. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego a Deo exiui.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Quid sit, in Iesu nomine petere?

1. *Postulare, quæ ad salutem pertinent, est petere in nomine Christi.* Gregor. August.



I quid petieritis Patrem in nomine meo.] D. Gregorius hom. 27. in Euang. asserit in nomine Christi petere idem esse, atque ea, quæ ad salutem spiritualem pertinent, postulare. Nomen enim Christi Iesus seu Saluator est. Qui ergo quæ contra propriam salutem sunt, precatur, haud in Iesu nomine petit. *Qui autem, quæ sunt salutis conuenientia, petit, in nomine Christi, qui Iesus vocatur, petit.* Augustinus Tract. 102. adiicit, *Vt in fide Christi petatur.* Qui igitur quæ salutis spiritualis propriæ sunt, rectam fidem Christi habens petit: in eius nomine dicitur postulare. Aliud addit Cyrillus lib. 11. Cap. 7. & Chrysostomus hom. 78. nempe vti mediatione Christi apud Patrem.

Cyril. Chrys.

2. *Duo in petitione concurrunt, quod petitur, & ratio impetrandi, quod petitur.*

Legitimam reputo Cyrilli ac Chrysostomi expositionem in cuius robur subiicio, duo in petitione concurrere (præter eum, qui petit, & illum, quem petit) scilicet quod petitur, & ratio, quod petitur, impetrandi. Accedit pauper ad diuitem eleemosynam postulans propter Deum; pecunia est, quæ ab homine petitur; Deus est, qui vt ratio, & causa impetrandi proponitur. Addo, Christum & esse eum, quem petimus, quando orationes nostras ad ipsum dirigimus profantes: *Domine Iesu, respice in nos, & adiuua nos*; & esse etiam eum, propter quem petimus, quando orationem ad Patrem dirigimus, & rationem impetrandi Christum facimus precantes: *Domine, adiuua nos propter Filium tuum Christum Iesum.* Vtroque modo oramus, & orat Ecclesia, sed modo hoc posteriori dicimur Christi in nomine petere. Loquimur autem de Christo vt homo est, & Mediator, ac Redemptor noster. Vt autem est Deus, is est, quem petimus vnà cum Patre, & Spiritu sancto Porro Ecclesia in nomine Christi, vt homo Mediator, ac Redemptor est, quotidie precatur: *Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.* Nouum iam statum à veteri distinctum suis Christus insinuat. Antiqui enim propter Abraham, Isaac, & Iacob orabant Deum, & sperabant impetrare; quia Deo grata in amicorum nomine deprecatio. At sublimior noster status, quando propter vnigenitum Filium Dei Mediatorem nostrum in cœlis regnantem exoramus.

Christus & est quem petimus, & propter quem petimus.

Legis nouæ orantium præstantia.

3. *Sententia expenditur ex profatis.*

Expendo sententiam ex præfatis. Non me, inquit, semper præsentem habebitis, sum ad Patrem rediturus: ideo tamen aliquid vobis defuturum ne timeatis. Certissimam enim rem affirmo, quidquid Patrem petieritis mei ratione, & propter me vos ab eo impetraturos. In nomine Christi orare Patrem non aliud est, quam petere à Patre, pro ratione, & causa impetrandi ipsum Christum proponentes. Vt enim Deus propter Christum nobis bona tribuit, quia ratione iustitiæ, & meriti ipsius nobis benefacit: ita & nos propter ipsum petimus, quando non merita nostra, nec aliquid nostrum tanquam causam, & rationem obtinendi: sed ipsum Christum, ipsiusque iustitiam, & meritum proponimus. Hæc causa impetrandi efficacissima est apud Patrem. Quidquid itaque aliquo modo petierimus ad salutem animæ attinens in fide Iesu & vsi Christi mediatione modo indicato, procul dubio consequemur.

4. *An pro aliis orantes sic exaudiamur.* Basil. 1. Ian. 5.

Num pro aliis sic orantes exaudiamur? Negat Augustinus Tract. 102. propter illam particulam: *Dabit vobis.* At cum Basilio. Regul. breu. reg. 261. affirmo. Probo ex illo Ioannis nostri: *Hæc est fiducia, quam habemus ad Deum, quia quodcumque petierimus secundum eius voluntatem, audit nos. Qui scit, fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem.* 1. Ioan. 5. Basilius addit aliquos non exaudiri petentes pro aliis, ob malitiam eorum, pro quibus petunt. Ieremias non exauditus est ob populi crimina. Cap. 15. Et Samuel ob malitiam Saul, 1 Reg. 16. Porrò Augustini argumentum reputo inefficax; quia quando aliquis pro altero orat, & exauditur: quamuis quod petit ei conferatur pro quo orat; tamen ipse qui orat, est qui dicitur exaudiri, & qui impetrat, & cuius fructuosa petitio. Idcirco dicitur, *Fiet vobis.* Id est quod vos petitis, consequemini, siue id sit pro vobis, siue pro aliis. Ideo absolute Dominus alibi promisit: *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.* Ioan. 14.

Ier. 15. 1. Reg. 16.

5. *Deus dum negat, quæ petimus in nomine Iesu, concedere.* 3. Reg. 2.

Obiicis, multos petere in nomine Christi, & non exaudiri, non solum pro aliis, sed nec pro se. Respondeo, Deum dum negat, nostræ consulere vtilitati, & re vera exaudire non quidem voces, sed animum, & intentionem. Accessit Bersabee ad Salomonem petens Abisag Sunamitidem dari Adoniæ vxorem, arbitrans ea ratione Regnum Salomonis amplius confirmari. At sapiens Salomon id potius in perniciem Regni sui verti cognoscens, abnegauit, profatus: *Da ei regnum.* 3. Reg. 2. Ac si diceret, Postulas id ad mei Imperij confirmationem; at si tuæ annuam petitioni potius infirmabitur, quod tuæ est contrarium intentioni. Ergo matrem Salomon abnegando exaudiuit.

6. *Bona aliquando postulantur, sed male.* Iacob. 4. Oecumen.

Profecto nonnunquam bona postulantur, sed male. *Petitis, & non accipitis: eo quod male petatis.* Iaco. 4. Non dixit *Eo quod mala*, sed, *Eo quod male petatis.* Bona enim aliquando male petuntur. Exemplo id explicat Oecumenius, Quidam Grammaticæ Præceptor paciscitur, intra breue tempus grammaticam ad se ventitantes edocere. Quis negligenter

incumbit

incumbit studio, & queritur, quod grammaticem promisso tempore non didicerit. An non iniusta querela? Ita planè, quia ipse in causa fuit, quod non didicerit. Non ergo accipimus, quia non rectè petimus.

7. *Quenam petenda, & quomodo.* D. Basil. August.

Denique ex Patrum mente, quæ requirantur in petente, vt à Deo exaudiatur, quæque sint in nomine Christi petenda ad compendium adduco, secutus præcipuè Basilium, & Augustinum. Dominus dixit, *si quid petieritis.* Res temporales in se non ordinatæ in honestum, & spiritualem finem, non dicuntur *Quid*, quia modici, ac exigui valoris sunt. Magna, & eximia sunt ab infinito & omnipotente postulanda. Petit bene qui quæ ad salutem pertinent, & quæ ad eam referuntur, petit. Hæc quidem perseueranter fide & spe, & deuotè: à peccato animum auertens. Hic exauditur à Domino, quando vtile est illi exaudiri. Differuntur enim aliquando petitiones in maiorem precantium vtilitatem. Quando autem pro aliis petimus, ex parte eorum, pro quibus petimus, necessaria est (vt vidimus) dispositio.

§. II.

Hortatio ad Discipulos, vt in Iesu nomine exorent.

8. *Vsque modo non petierant quidquam.*

VSque modo non petistis quidquam in nomine meo.] Noua res hæc est, quam vobis trado: quod si hactenus omnia, quæ petiistis à Patre, non estis consecuti: ne miremini; quia in nomine meo non petiistis.

9. *Omnia olim ex meritis Christi à Deo exhibebantur.*

In difficilis admodum sententiæ expositionem præmitto, à mundi principio nihil à Deo ad salutem pertinens impetratum esse, quod non fuerit virtute ipsius Christi, & propter iustitiam eius olim futuram concessum. Virtus enim passionis eius etiam quam pateretur, apud Deum operabatur. Profectò hoc non erat petere in nomine Christi, sed dare. Multis enim Deus beneficia olim largitus est propter Christum, qui Christi notitiam non habebant.

10. *Quonam modo olim non petierant Iudæi quidquam in nomine Iesu?* Basil. Cyril.

Duabus ergo de causis Iudæis non fuit hic modus petendi concessus, prior est, quia fidem Trinitatis distinctam non habuerunt, hæc enim fides est Christianorum propria, vt docet Basilius lib. 2 cont Euno. & Cyrillus lib. 9. cap. 30. Non ergo poterant petere in nomine Filij Patrem, qui nondum Patris notitiam habebant, & Filij. Posterius est, quia erant in statu seruorum, & nondum adoptionem filiorum perfectam receperant. *Quandiu hæres paruulus est, nihil differt à seruo.* Gal.4. Non ergo petere poterant à Patre, sicut nos docuit Dominus, *Pater noster, qui es in cælis.*

Gal. 4.

Obiectioni fit satis.

Obiicis aliquos, antequam Christus veniret, in eius nomine Patrem petiisse, qui fidem Trinitatis, & venturi Christi, & mortis ipsius habentes Deum orabant propter illum, qui venturus, & propter salutem hominum moriturus erat. Sic Cyrillus lib. 1. cont. Iuli. & Augustinus de fide ad Petr. cap. 1. Profectò nos in nomine Iesu non vt illi petimus. Petimus enim tanquam filij Patrem, & in nomine eius, qui iam regnat in cœlis: & interpellat actu pro nobis: idcirco addimus semper, qui tecum viuit, & regnat. Qua ratione nemo tunc potuit orare,

Cyril. August.

quia nondum caro factum erat Verbum.

Petite, & accipietis.] Petite ergo Patrem in nomine meo, & impetrabitis. Præceptum enim Iesu nos reddit impetrandi certiores: *Petite*, ego moneo, ego iubeo, vt petatis. Sic canit Ecclesia. *Præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere; Pater noster, &c.* 11.

Moniti à Iesu petimus

Vt gaudium vestrum sit plenum. Augustinus Tract. 102. illud, *Vt gaudium vestrum sit plenum*, coniungit priori verbo, *Petite, vt gaudium vestrum sit plenum.* Scilicet beatitudinis consecutione. At Cyrillus lib. 11. cap. 7. verbo posteriori copulat, *Accipietis, vt gaudium vestrũ sit plenũ*, ita accipietis, vt gaudium plenũ consequamini, scil. præsenti in seculo, ex remissione peccatorũ, ex gratia ac reliquis bonis spiritualibus. 12.

De gaudio pleno petentis in nomine Iesu. August. Cyril.

Sic expono: Petite in nomine meo, & sic abundanter accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum, & integrum in nullo deficiens. Hoc gaudium est, de quo dixerat, *& gaudium vestrum nemo tollet a vobis.* Sic Ioannes, *Spero me futurum apud vos, & os ad os loqui, vt gaudium vestrum sit plenum.* 2. Ioan. Proculdubio non solum ad beatitudinem, sed etiam ad hoc seculum refertur. Illudque, *Vt*, non causam, sed consecutionem significat. Vndenam autem gaudij illius plenitudo? Cyrillus, *Quia de rebus est spiritualibus, & perfectis.* Nimiùm genericè dictum. Aptius crediderim referri ad illud: *Gaudium vestrum nemo tollet a vobis*, quod gaudium erat de Christo resuscitato. Factum est autem plenum quando ipsi fructum resurrectionis sunt consecuti; gauisi enim sunt de Christi resurrectione, suáque propria qua cum Christo resurrexere. Hactenus, inquit, gaudium vobis de mea resurrectione promisi; at si petieritis in nomine meo, adeò vberem fructum percipietis, vt hoc gaudium impleatur, & de me, ac vobis integrum exponatur. 13.

Sententia expenditur Ioan. epist. 2.

§. III.

Summ monitum de precibus in eius nomine proferendis, amplius declarat.

HÆc in prouerbiis locutus sum vobis, venit hora, cum iam non in prouerbiis loquar vobis; sed palam de Patre meo.] Quænam sit hora, quando palam annunciaturum se Dominus de Patre promittit? Gregorius lib. 30. Mor. cap. 5. statum beatitudinis & gloriæ esse dicit. Probat aduerbio *Palam*, quod apertam, & distinctam significat visionem. Augustin. Tract. 102. ad tempus aduentus Spiritus sancti refert, quando Apostoli, ac Discipuli sine vmbris, ac parabolis mysteria nouerunt. Probat illo verbo sequenti: *In illo die petetis in nomine meo*, Cyrillus vtramque lib. 11. cap. 8. refert expositionem, & posteriorem magis approbat. Chrysostomus hom. 78. ad tempus illud post resurrectionem, quando ipse Discipulos docuit. *Aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas.* Luc. 24. *Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de Regno Dei.* Act. 1. subscribo Chrysostomo, Augustini & Cyrilli simul explicationi hærescens. 14.

De quanam hora loquatur Greg. August. Chrys. Luc 24. Act. 1.

Itaque Dominus, scio, inquit, me vobis subobscurè locutum, & velut sub ænigmatibus: venit tamen, & propè est iam tempus, quando 15.

Auctoris sententia

palam sine vmbris, & ænigmatibus de Patre meo loquar: nempe mysteria omnia missionis, & aduentus mei reserabo. Hoc quidem fecit Dominus post suam resurrectionem quadraginta diebus illis Discipulos erudiens, perfectius autem Spiritus sancti aduentu.

16. *Expositio loci.* *In illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem; ipse enim Pater amat vos.*] Post meum discessum Patrem in nomine meo precabimini: & non dico vobis, me rogaturum, id est, non dico vos indigere precibus meis, ipse enim Pater adeo vos diligit, vt etiam si ego non rogem, sitis impetraturi, quidquid efflagitaueritis. An dicit se non rogaturum? Minime, sed eos non indigere, vt ipse roget, si in ipsius nomine petant; amor enim Patris ad concedenda omnia quæ peti aptè possint, sufficientissimus.

17. *Exorat Christus in cœlo pro hominibus* An Christus vt homo est, in cœlis pro hominibus exorat? Aliqui abnegarunt improbabiliter, quia vt in hoc sæculo Patrem orabat pro nobis vt homo: ita & hinc in cœlis donec Redemptionis effectus omni ex parte compleatur. Sic Nazianzenus Orat. 4. Theol. Ambrosius Rom 8. Augustinus Tract. 102. Paulus, *Qui interpellat pro nobis.* Rom. 8. *Ego rogabo* (inquit Dominus) *Patrem*, Ioa. 14. Et Ioannes, *Aduocatũ habemus apud Patrem Iesum Christum.* 1. Ioa. 2.

N. 21. Ambros. August. Rom. 8. Ioan. 14. 1. Ioa. 2.

18. *Obiectioni respondeo.* Sic insurgis: si Pater ita nos amat, vt Christus asseruit: quare rogari expectat? sic Basilius de Const. Monast. c. 2. Respondeo primò, multa & magna Deum etiam non rogatum nec petitum tam temporalia, quam spiritualia concedere. Quis petiit, vt Christianus fieret? Quis animam, corpus, & alia multa naturalia efflagitauit? Deinde affirmo Deum rogatum plus concedere, quam homo postulat. Petiit à Deo Ezechias vitam, Deus autem quindecim vitæ annos adiecit, & non petitam contra inimicos promisit victoriam, vt D. Hieronymus ponderauit. Isai. 38. Tertio denique liquet, multa Deũ velle rogari a nobis non ex ignorantia, sed ex amore magno, quo nos prosequitur. Porro Hieronymus aliam rationem adhibet ad illud Iere. 29. *Orabitis me, & ego exaudiã vos. Vult*, inquit, *Deus orari, vt tũ merito donet; Deus enim dignos nos suo dono facit ipsa bona ac debita petitione.* Aliter Chrysostomus, Basilius, & alij respõderũt; Hieron. Iere. 29. Chrys. Basil.

19. *Videnam Patris erga nos dilectio* *Quia vos me amastis, & credidistis, quia à Deo exiui.*] Amat vos Pater, sed propter me; quia vos me amastis, & credidistis, me a Deo exiuisse, id est, Dei esse Filium, qui in mundum carne assumpta peruenit. Cyrillus lib. 11. Cap. 9. asserit, idẽ significare exisse à Patre, ac Dei Filiũ esse a Patre procedentẽ: quod iã Discipuli crediderãt.

20. *Obiectioni satis* August. Augustinus Tract. 102. obiicit verba, *Quia vos me amastis*, pugnare cum illis: *Ipse prior dilexit nos.* Ioa. 4. Quonammodo igitur dici potest, *Amat vos, quia vos me amastis?* Si enim hoc ita, iam ipsi priores in diligendo fuere. Respondendum, à Patre amatos fuisse Discipulos, quãdo eos venire fecit ad Christum; nemo enim potest venire ad Christum nisi à Patre tractus; neque vero huius amoris est causa ex parte hominum, nam quia eos amauit Deus, propterea ipsi amarunt Christum, & crediderunt, eum à Patre exisse. Profecto Pater amat & nos amore consequenti multa alia nobis conferens beneficia, quos suo amore ad Christum trahere dignatur. De qua consequenti dilectione dicitur, Amat vos Pater, & promptus est, ad conferendum vobis multa bona, & postulata elargiendũ; quia vos me amastis & credidistis, quia ex Patre cœlesti processi.

IN IESVM CONCIONANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.
EX ORATIONE IN NOMINE IESV.

OBSERVATIO I.
Ad illa verba:
Si quid petieritis Patrem in nomine meo.

Ille in Christi nomine precatur, qui nihil terrenum consequi curat, sed soli Deo placendo litat intentionem.

Vbi ostendo, orare, & non orare eum, qui terrenis postulat commodis donari. Non orat, quia nihil petit.

21. *Ansel.* ANSELMVS premens particulam *si quid petieritis. Scilicet, ait, quod sit aliquid, non si petieritis nihil.* Bona enim temporalia nihil prorsus nisi spiritualibus tuendis necessaria sint. Igitur cum in nomine Christi petimus omnino à terrenis cõmodis debemus mẽtem abstrahere, Deique solum gloriam requirere spiritualibus scilicet studentes commodis.

22. *Pharisæus orans non orat quia non petit quid.* Luc 18. Pharisæus & Publicanus ad Templum accurrerant precaturi. Porro Pharisæus profabatur, *Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum raptores, iniusti, adulteri: velut etiã hic Publicanus Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium, quæ possideo.* Luc. 18. Fatur Euangelista orandi causa Templũ iniisse: *Duo homines ascenderunt in Templũ, vt orarent.* At nullũ verbum Pharisæus exposuit, quod precũ speciem præ se tulerit: quomodo ergo oraturus ascẽderat? Ascẽdit certè vt oraret, sed nihil ad animi salutẽ expectãs proferẽs sed solũmodo procurans apud homines æstimationem, nihil orasse est asserendum, quia quidquam nõ postulauit. *Quid enim non est, quod nihil est.* Anselmus inquit,

Profectò

23\. *Publicanus vere orabat, quia compunctioni studebat.* Luc. 18. Theoph.

Professò Publicanus verè orabat, quia non solum quidquam, sed multum admodum petebat. *Publicanus a longe stans, nolebat, nec oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens; Deus propitius esto mihi peccatori.* Luc. 18. Vbi Theophylactus, *Publicanus docuit Phariseum percutiendo pectus, quid in actu orandi curandum, nimirum cordis compunctionem, & affectum. Percutit ergo pectus, quasi manu designans, vnde oratio vera procedat, & vt cor suum, quod obdormierat, excitet Deo.* Certè vera oratio solummodò procedit ex affectu à quolibet terreno commodo repurgato. Nam si terram sapiat intentio, vera oratio non est.

24\. *Qui non eleuat manus ad cælum, sed ad terrestria extēdit, nil petit quidquid est, non orat.* Isa. 1.

Quid non petentibus Isaiæ ex ore Dominus, *Cum extenderitis manus, auertam oculos meos a vobis.* Cap. 1. *Oratio quidem est eleuatio mentis in Deum.* Vnde manus mentis vicariæ deberent ad superos eleuari. Non dixit autem, *Cum eleuaueritis manus*, sed cum extenderitis. Certè tunc mens aut manus eleuātur, cum cælestibus acquirendis studemus: cum autem terrena procuramus impetrare, manus extendimus, velut ad messem, ne dicam ad rapinam. Igitur Deus non exaudit, cum manus extendimus; quia quod non loquimur, non potest audiri. Nihil enim loquimur, nihil petimus, dum terrenis studemus acquirendis ex prece. D. Basilius, *Obserua non esse dictum, cum eleuaueritis manus vestras, sed cum extenderitis. Siquidem eleuat, qui cælestia quærit: extendit autem, qui indigus est corporalis subsidy.* Ideo Deus non exaudit, quia nihil petunt, qui terrena expetunt haud ad cælestia consequendum ordinata. Si enim terrenorum postulatio ordinata esset ad cælestium acquisitionem, manus non extenderentur, sed eleuarentur, oratióque vera existeret, eleuata mente, cuius vicariæ manus eleuantur.

Basil.

25\. *Saul orauit Deum, & non orauit, quia manus extendit ad terrena.* 1 Reg. 5. Bernard.

Compunctione affectus Saul Prophetæ ait, *Peccaui, ora Dominum pro me, sed nunc honora me coram populo.* 1. Reg. 5. Videbatur Rex expetere, vt manus Prophetæ orantis ad cælum eleuarentur viri compunctioni litatæ. At honoris anxius petit manus oraturi ad terram extendi; vnde minimè posset exaudiri ab intercessore Diuo, & intercessor Diuus à Deo; quia terrena petens nihil petit. Bernardus, *Ad quid tibi hæc honoratio, miser? Hæccine est illa supplicatio, Peccaui, ora Dominum pro me?* Ac si diceret, dum procuras manus extendi orantis ad terrena, illa minimè est supplicatio; vnde exaudiri deprecatio non poterit; quia quod non est, non exauditur.

26\. *Oratio sponsæ eleuantis puras manus exauditur.* Cant. 3. Bernard.

Clamat sponsus, *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris?* Cant. 3. Preme particulam, *Ascendit sicut virgula thuris.* Ascensio orantis animæ commendatur. Verè illa ascendit mente, fitque oratio eius sicut incensum in conspectu meo. Vndenam talis mentis ascensio, & eleuatio? *Sicut virgula fumi.* Nihil terrenum quærit, non extenditur in caduca, sed eleuatur ad cælestia. Bernardus, *Benè quasi virgula fumi, quia diuinis extenuata disciplinis, & concremata intus in holocaustum incendio pij amoris, & desiderio charitatis.*

27\. *Caini oratio non exaudi-tur, quia vere non orabat manus extēdens ad commoda corporis.* Gen. 4. Bern.

Visus est fratricida Cain ad cælum puras leuasse manus, cum exorat ex mente Bernardi, *Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear.* Attamen mox manus extendit ad terrena, *Omnis ergo, qui inuenerit me occidet me.* Genes. 4. Non potest quis simul ad cælum leuare manus, & extendere ad terram; quia duplicitate affectus contradictoriis quidem illa oratio laborat. Pulchrè Bernardus, *Indignus cælesti benedictione conuincitur, qui dubio quærit affectu, qui duplici intentione petit. Maior est*, inquit Cain, *iniquitas mea, quam vt veniam merear. Quid ergo? Renuat consolari anima tua. Hoc plora solum, aliud ne cogites quidem. Sed nunc, inquit, omnis, qui inuenerit me, occidet me: tanquam pro magno beneficio habiturus, si prohibetur occidi.*

Observatio II.

Ad illa verba:

Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

In nomine Iesu petit, qui à terrenis cunctis abstractus, ne distrahi possit, studium orationi impendit.

O quam facilè impetrat, qui mentem collecturus, ab omnibus visibilibus cum orat, abstrahitur!

IN nomine Iesu orat, qui Iesum orantem æmulatur. *Erat quidem Dominus pernoctans in oratione Dei.* Quasi somnum captabat orationem. Somno cuncti sensus obruuntur, vt solummodò requiei detur opera: Cuncti sensus à visibilium respectu colligantur oportet, vt vnicæ orationis curæ impendatur affectus. Quàm facilè impetrabis, quod Christi æmulator petieris! 28.

29\. *Dum Iesus abstrahitur à visibilibus oraturus, pelagus amaritudinis refundit in Pharaonem tartareum.* Mat. 26. Cæsar.

Nocte illa nouissima Iesus oraturus perrexit in hortum, Inibi à Discipulis abstractus, exorat: *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste.* Mat. 26. Præmisit Euangelista, *Et progressus pusillum, procidit in faciem suam.* Progreditur quidem, vt à suorum solatio recedat; procedit autem in faciem, vt cunctis creaturis lumina claudat. An impetrauit? Perebat calicem amaritudinis, quem corde hauserat, dum aiebat, *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me*: super hostes inuisibiles refundi, vt Pharao tartareus, hominumque peccata obruerentur. Vis ostendam orationis Dominicæ dum à cunctis visibilibus abstrahitur, efficaciam? Audi D. Cæsarium Dial. 4. *Illudit Dominus intellectuali Pharaoni cum toto exercitu suo Ægyptiorum dæmonum inuisibiliter flagellato, & submerso ipso, per id quod dicit: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste, progressus pusillum, & procidens in faciem suam.*

30\. *Dum auellitur à charis-*

Lucam illustro, *Auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis, & positis genibus, orabat.* Cap. 22. Ad memoriam reuoca statuam illam ex auro,

ſimis Diſcipulis ſis eius oratio lapis percutiens hoſtes. Luc 22. Dan. 2.

argento ære, ferro, ac luto exædificatam, quæ iactu lapidis deturbata eſt. *Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos.* Dan. 2. Quinam ille lapis niſi Chriſti orantis vis, dum à Diſcipulis chariſſimis Petro, Iacobo, ac Ioanne abſtrahitur, vt Patrem exoret? Profectò dum auellitur à Diſcipulis, quibus ineffabili illigabatur affectu, eius auulſio ab eis facta eſt iactus lapidis, vt Goliath tartareum in fronte percuteret, vt ſtatuam chimericam exturbaret. Ideo Lucas addidit, *Auulſus eſt ab eis, quantum iactus eſt lapidis.* Quia illa auulſio lapidis erat iactus hoſtibus quidem exitialis. Drogo de ſacr. Paſ. *Longè Dominus auulſus eſt a nobis, quia lapis eſt abſciſſus ſine manibus, & iactus eſt lapis, & percuſſit Goliam in fronte, & ſtatuam in pedibus. Iſte eſt iactus tuus, longè à nobis.* Si æmulator Ieſu longè fias à viſibilibus, proculdubio hoſtis inuiſibilis potentiam oratione comminues.

Drogo.

31. *Petrus in nomine Ieſu à terrenis abſtractus oraturus, priuſquam oraret, fructus orationis experitur* Act. 3.

Petros & Ioannes ad Templum oraturi peruenere. *Petrus & Ioannes aſcenderunt in Templum ad horam orationis nonam.* Precatur claudus, *vt eleemoſynam acciperet,* Apoſtolus autem, *Argentum & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.* Act. 3. Profectò Apoſtoli *in nomine Ieſu* oraturi Templum inire ſtudebant à cunctis terrenis abſtracti: *Argentum & aurum non eſt mihi.* Vnde priuſquam in nomine Ieſu orarent, in nomine Ieſu orationis vim expoſuere. Quam efficax oratio in nomine Ieſu, id eſt, dum abſtracti à cunctis viſibilibus Domini æmulamur affectum, ſi oraturi ſic, prius quam orent, exaudiuntur, & impetrant? Perpulchrè Chryſoſtomus ad Sap. 3. exclamat, *O glorioſum myſterium Apoſtolorum! Ante in Templo operantur, quam ipſi Dominum deprecentur. Ante virtus orationis oſtenditur, quam oratio ad Dominum præmittatur: effectus preces preueniunt.* Quid mirum ſi in nomine Domini Ieſu oraturi, à cunctis terrenis, ſpiritu pauperes, abſtrahebantur?

Chryſ.

32. *Adhuc loquente, qui abſtractus à terrenis orat, Deus præſto eſt, vt ſubueniat.* Iſa. 58. Chryſ.

Fatur Iſaiæ ex ore Dominus: *Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iuſtitia tua. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet; clamabis, & dicet: Ecce adſum: ſi abſtuleris de medio tui catenam, & deſieris extendere digitum.* Cap. 58. Ac ſi diceret, ſi confracta catena à terrenis fueris abſtractus adeò, vt nec digitum extendas ad viſibilia; tunc inuocabis, & Dominus exaudiet. Legit pulchrè Chryſoſtomus hom. Quales vxores ſint ducendæ. *Adhuc loquente te, dicam: Ecce præſto ſum.* Tam efficax oratio eorum, qui vt precentur, à cunctis viſibilibus abſtrahuntur, vt antè quam finiatur oratio, iam optatis fruuntur.

33. *Adhuc orans Eliezer à notis abſtractus impetrat, quod expetit.* Gen. 24.

Teſtor Abrahami famulum Eliezer, qui electurus Iſaacco ſponſam ſic Dominum precatur: *Domine Deus Domini mei Abraham, occurre obſecro mihi hodie, & fac miſericordiam cum Domino meo Abraham. Ecce ego ſto prope fontem aquæ: Igitur puella, cui ego dixero, inclina hydriam tuam, vt bibam: & illa reſponderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipſa eſt, quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac. Nec dum intra ſe verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur.* Gen. 24. Quomodo tam citò optatis fruitur Eliezer? Certè quia præmiſit, *Ego ſto ad fontem aquæ,* abſtractus quidem à cunctis notis, quemadmodum aliquando Chriſtus *fatigatus ex itinere* Samaritidem fœminam expectaturus eſt abſtractus à Diſcipulis. O quam efficax deprecatio illius, qui ita abſtractus à notis in Ieſu nomine, ſiue Ieſu æmulator exorat! Chryſoſtomus citatus, *Impletum eſt in Eliezer illud Iſaiæ: Adhuc loquente te dicam: Ecce præſto ſum. Tales ſunt bonorum preces peregrinorum* (qui non hæreſcunt propriis, qui à notis abſtrahuntur) *antè finem earum ſentiunt annuiſſe Numen propitium.*

Observatio III.

Ad illa verba:

Si quid petieritis Patrem, in nomine meo, dabit vobis.

Prima ſit orationis noſtræ efficacis conditio, vt Patrem iam filij ipſi poſtulemus.

Si enim ex iuſtitiæ iure filij non ſumus, quonammodo orare poterimus?

NON dixit. *Si quid petieritis Deum,* ſed, *ſi quid petieritis Patrem,* vt innuatur, haud impetraturos illos, qui ob crimina non valent verè dicere, *Pater noſter.* 34.
Toletus, *Eſt igitur annotandum, ad bonam petitionem, & vt exaudiamur à Deo, opus eſſe primo, vt diuina impleamus præcepta, & voluntatem Patris faciamus.* Quod Ioan. 15. explicuit Dominus, *ſi feceritis, quæ præcipio vobis, & verba mea in vobis manſerint: quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. Æquum enim eſt, vt ſi vult homo, Deum facere, quod petit: efficiat & ipſe, quod Deus iubet, & petit.* Idcirco Iſa. 1. dixit, *Non exaudiam, quia manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine.* Et Tertullianus Apol. cap. 30. *dicit nos in oratione manus extendere; quia per manuum extenſionem innocentiam ſignificamus.* Vnico id verbo Dominus. *Si quid petieritis Patrem.*

Tolet. Ioan. 15. Iſa. 1. Tertul.

Præſcribens Chriſtus orandi rationem, ait: *Sic autem orabitis, Pater noſter, qui es in cælis. Sanctificetur nomen tuum.* Matth. 6. Cur antè ſeptem illas petitiones præmiſit, *Pater noſter?* An *vt Patris nomine charitas excitetur, & ſupplex affectus, & quædam impetrandi præſumptio; quid enim non det filiis, qui dedit, vt filij eſſent?* Sic Auguſtinus. *An vt beneuolentia capietur; Deum Patrem dum vocamus?* Sic Anſelmus. At aptius Chryſoſtomus, *Significatur,* cum præmittimus. *Pater noſter neceſſaria ad orationem peccatorum remiſſio, adoptio, hæreditas, ad Chriſtumque fraternitas, & ſpiritus largitio.* Si filius non es; quonammodo audebis deprecari: quod ſi auſus fueris, repelleris. 35.

Neceſſaria eſt ad orandū conditio peccatorū facta remiſſio ad adoptionem Matth. 6 Auguſt. Anſelm. Chryſ.

Audi

36. *Nisi accipiamus spiritum filiorum non possumus clamare, Abba Pater.* Rom. 8.

Audi Paulum, *Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater.* Rom. 8. Preme illud: *Spiritum filiorum, in quo clamamus Abba Pater.* An quis potest aliquod verbum exprimere sine spiritu? Minime, quia necessario attrahimus spiraculum, vt loqui valeamus. Ergo vt possimus clamare, *Abba Pater*, necessario debemus spiritum filiorum accipere. *In hoc enim spiritu clamamus*, & oramus, *Abba Pater.* Idem itaque est orare Christicolas, ac profiteri se Dei filios esse, vt dicere possint *Abba Pater.* D. Thomas, *In spiritu filiorum clamamus Abba Pater. Profitemur enim nos Patrem habere Deum instructi à Domino cum dicimus orantes, Pater noster, qui es in cœlis.*

D. Thom.

37. *Spiritum precum supponit gratia spiritū filiorum* Zach. 12.

Iam calleo sententiæ illius intelligentiam: *Effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ, & precum.* Zach. 12. Quidnam gratiæ Spiritus? Profecto spiritus adoptionis filiorum, in quo spiritu precamur. Ideo præmittitur filiationis id est, gratiæ spiritus, quem spiritus orationis sequatur; quia haud aptè precatur, qui non se filium esse confidit.

38. *Illud ipsum vere orare supponit iam eo esse filium Dei.* Luc. 6. Chrys.

Erat (inquit Lucas) *Iesus pernoctans in oratione Dei.* Cap. 6. Cur Dominus tam assiduè orationi offerebat studium. Respondet acutè Chrysologus serm. 24. *Pernoctat in oratione Dei, vt antea nos oratione liberet, quam redimat passione.* Si tota hominum libertas à passione ac redemptione prouenit, quonammodo Dominus antè passionem poterat nos liberare? Profectò dum orat Christus hominum gerit personam, quam quidem omnino liberam ostentat orando; quia nisi homo sit à criminis seruitute liber, Deique in filium adoptetur non potest orare. Vnde cum hominum Christus orantium personam agit, simul eos liberos esse exponit: *Vt antea nos oratione liberet, quam redimat passione.*

39. *Licet cū Dauid vocat Deum Dominum, seruum ostenditur, dum, orat filius probatur existere.*

Dauid cum se peccatorem profiteretur non audet Deum appellare Patrem, *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* At tunc eum, dum contemplor orantem, licet Dominum, non Patrem clamantem exaudio: procul dubio Dei filium recognosco. Nam quod Domini vocabulum abnegat, oratio ipsa profitetur. Quomodo enim orare auderet, si se filium esse non speraret. Ezechias moriturus aiebat orans Dominum, *Obsecro Domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim.* 4 Reg. 20. Miror Regem non proclamare, *Obsecro Pater*, sed *Obsecro Domine.* An non vox peccatoris est, *Dominum* in spiritu seruitutis vocitare: & non Patrem in filiorum spiritu? Profecto licet recognosco spiritum seruitutis iterum in timore, dum audio profantem, *Obsecro Domine*; at dum orantem exaudio, eum filium recognosco; quomodo enim posset orare si filius non existeret. Vnde ipsa orationis materia Regis virtutes euulgauit: *Quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim.* Cyrillus lib. 3. in Isai. cap. 38. *Pulchra est iustorum fiducia, nam laborum mer-*

Idem in Ezechia Rege orando 4. Reg. 20.

Cyril.

cedem prope, & ingenuitatis fructus postulant. Preme proxima verba: *Postulant fructus ingenuitatis.* Fructus orationis qui postulantur, cur vocantur fructus ingenuitatis filiorum? Quia prius ingenuitas, seu filiatio hosce producit fructus, quos oratio exponit. Vt possimus, munera, quæ descendunt à Patre luminum asserere fructus esse filiationis, & orationis; quia oratio non præstat fructus, si filiatio, seu adoptio primùm non disponit.

Exciderat Dauid à filiatione crimini litans obsequium. A Nathan corripitur, & proclamat, *Peccaui Domine. Dixitque Nathan ad Dauid, Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* 2. Reg. 12. Profecto tam illico obtinuit orationis fructus, vt Dei misericordiam carmine illo celebraret: *Cum inuocarem, exaudiuit me.* Psal. 4. Ergo oratio sola sine socia filiatione fructus suscepit. Absit, orationem enim comitata est filiatio, vt vtrique fructus tribuerentur. Nam cum Dauid proclamat, Peccaui Domino, subito ad cor redijt, vt filius iam effectus vtiliter, & efficaciter precaretur. Asterius in cat. Græca Psal. 4. *Cur Dauid auxilium implorans, exauditus est? Quoniam reprehensus a Nathan, illico rediit ad cor. Idcirco in ipso orandi officio exauditus est.* 40.

Prius Dauid filius est factus quam consequeretur orationis fructum. 2. Reg. 12. Psal. 4.

Asteris.

Audi Dominum. *Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, accommoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me.* Luc. 11. Inducitur homo importunè accedens media nocte ad domum Patris cælestis, qui quidem surgit, vt præstet panis spiritualis abundantiam. Quæsierim, qua fiducia audet homo ille ad ostium Patris importuno tempore pulsare, id est, rem difficilem petere? Certè quia amicus, quia filius, quia iustus est, quia Christum è via expectat, cuius amicus, cuius frater est. Augustinus serm. 178. de Temp. *Quis est iste hospes, qui in nocte de via venit ad amicum. Nonne est iste hospes, qui dicit, Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo, & cœnabo cum illo, ego & Pater noster.* Meus vtique Pater, & Pater illius, qui panes expetierat. Quam facilè difficilia impetrat, qui filius precatur, qui veraciter potest inclamitare, *Pater noster.* 41.

Difficilia concedit Pater ei, qui amicus Iesu, & frater patiis. Luc. 11.

Aug.

O quoties peccatores clamant, nec exaudiuntur, quia non prius curant filiationem inire audientes Patris verba, & studentes dare executioni. De hisce Propheta, *Et factum est, sicut locutus est, & non audierunt; sic clamabunt, & non exaudiam, dicit Dominus exercituum.* Zach. 7. Ad quæ Hieronymus, *Non audiet Deus verba inclamantium, quia illa verba Domini surda aure contempserunt.* Proclamat Deus, *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam. Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos.* Ast illi audiendi aures minimè exhibere curant.
Vnde à filiatione deturbati,
à Patre cælesti non
exaudiuntur. 42.

Clamantes peccatores non exaudiuntur, quia præmissa filiatione non postulant. Zach. 7. Hieron.

***

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba :

Vsque modo non petistis quidquam in nomine meo.

In nomine Saluatoris non petimus, quidquid rogamus contra rationem salutis.

Monemur, orationis materiam vnicum saluationis negotium esse debere.

43. August. DIVVS Augostinus exponit, quid sit in nomine Iesu petere. Petere in Iesu, seu Saluatoris nomine est precari habita ratione salutis. Ideo Dominus non tam Discipulis, quam Christicolis omnibus profatur, *Vsque modo non petistis quidquam in nomine meo. Non enim petitur in nomine Saluatoris; quidquid petitur contra rationem salutis.* An omnes contra rationem salutis precâtur, vt generatim dicere possit Dominus, *Vsque modo non petistes quidquam in nomine meo?* Profectò tam communis abusio Christianorum est, spiritus commoda contemnere, terrenáque corporis, ac temporis incrementa precibus profusis procurare: vt generalis illa sententia verificati possit, *Non petistis quidquam.* Tam rarus est, qui spiritus studet incrementis ad salutis assecutionem.

44. *Qui non directò precatus animo salutē, sed corporis commoda, non orat in nomine Iesu.* Isa 64. Queritur Isaias, *Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te.* Cap.64. Profectò multi tenere Deum olim studuere. Abrahamus precibus profusis curauit à Sodomitis flagellum auertere. Moses non semel pro populi commodis exorauit. Quonammodo ergò asserit Isaias, non esse qui Deum contineat iratum? Preme, obsecro illud: *Non est qui inuocet nomen tuum, qui teneat te.* Multi curant oratione Dominum tenere, ne flagella inferat peccatoribus; at non id præstant *in nomine Domini Iehouah*, id est, *Iesu*. Nam dum curant commoda temporaria populi, ex quibus plerumque assolent homines spiritu deficere, curant quidem tenere Deum, sed inepte; quia non petunt in nomine Domini; *non enim petitur in nomine Saluatoris, quidquid petitur contrà rationem salutis.* August.

45. *Iacob in nomine Domini orauit, cum Deum tenuit vt hominibus bene faceret.* Gen 32. Aliter equidem Iacobus, inito cum Domino certamine, studebat totis profusis viribus, eum continere, ne hominibus vulnera inferret, imo muneribus spiritualibus donaret: *Non dimittam*, inquit, *te, nisi benedixeris mihi* Gen.32. Fatur Dominus, *Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel; quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines praualebis?* Fortis fuit contra Deum, quia eum tenuit, donec se, omnesque Israelitas, cunctas Terræ Tribus, Gentes omnes benedictionibus spiritualibus afficeret. Forerius ad illud Isaiæ, *Non est, qui inuocet nomen tuum, & teneat te*, Pulchrè ait, *Vt fecit Iacob, ob quod Israel vocatus est; quasi in Deum praualuisset.* Precibus certè, asserente Osea, illud certamen gerebatur; in nomine Iesu Patriarcha exorauit dum spiritualia ad salutem bona hominibus cupiebat exquirere. Forer.

46. *Exauditur Ezechias, quia vitam petebat ad multiplicandas salutis actiones.* Isa.38. Cum Ezechias Rex vsque ad mortem ægrotaret, *conuertit faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, & dixit: Obsecro Domine, memento, quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, &c. Et fleuit Ezechias fletu magno.* Cui statim Isaias, *Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas: Ecce ego adiiciam super dies tuos quindecim annos.* Isa.38. Quonammodo tam citò fuit exauditus Rex si vitæ temporariæ incremento donari precatur? Profectò dum memorat vitæ ante actæ gesta, obsecrat vitæ, accipere incrementum ad pietatis opera in salutem animæ multiplicanda; quod erat in nomine Iesu postulare. D. Cyrillus lib.3. in Isai. *Deus vitam annuit non homini, sed iusto.* Id est, annuit ei vitam vt iusto, vt iustitiæ adhuc studeret, vt prædiuitem acquireret salutis æternæ coronam. Cyril.

47. *Qui orant in nomine Iesu, ea quæ, ad plenum gaudiū pertinent, postulant.* Ioan. 16. Gillibert. Addit noster Ioannes è Dominici moniti penu. *Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.* Cap.16. Quid petituri sunt? In nomine quidem Iesu petentes, proculdubio orabunt accipere illa, quibus eorum gaudium sit plenum, siue salus acquiratur æterna. Gillibertus ser.33. in Cant. *Reuolue Euangelium, vbique Iesum inuenies & citum, & copiosum ad veniam.* Id est, ad ea præstanda, quæ ad remissionem peccatorum, animæque salutem spectant. In nomine enim Iesu solummodo petimus salutis æternæ subsidia.

48. *Ionas exauditur, quia in nomine Iesu orauit, animum liberari precatus.* Ion. 2. Ionas ex ventre piscis, *Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum, vt veniat ad te oratio mea, ad Templum sanctum tuum.* Cap. 2. Preme particulas: Domini recordatus sum, vt veniat ad te *oratio mea.* Cur non dixit, *Tui recordatus sum*, vt aptius inferret, *Vt veniat ad te oratio?* Apte admodum præmisit, *Domini recordatus sum, vt veniat ad te oratio.* Anima Prophetæ magis quam corpus angustiabatur, in me, inquit, non in piscis carcere anima mea afficiebatur angustia. Orat Ionas memor Domini Iesu, dum saluti animæ donatus venia, studere satagit ad Patrem dirigens orationem; quia tunc Patrem oramus in nomine Domini Iesu, cum ea petimus, quæ ad salutem animi conferunt. Theophylactus pulchrè. *Memini Domini, quòd amico erga mortales affectu est* (homo quidem futurus) *vt negligat peccatum, quod patraui non obtemperans ipsi. Et precatus sum ipsum, vt post hac sim dignus, quo perueniat ad te, Pater, oratio mea.* Theoph.

OBSER

Observatio V.

Ad illa verba:

Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

Orationem sequitur gaudij plenitudo ex omnium munerum collatione.

Cuncta enim bona precibus acquiruntur, vnde plenum sit gaudium exorantis.

49. Vi in nomine Iesu petit, id est, qui vt debet, orationem profundit, pleno gaudio potitur; quia cunctis bo-
Ansel. nis cœlestibus cumulatur. Anselmus, *Petite vt gaudium vestrum sit plenum, quod est in æternis,*
August. *quæ verè accipietis.* Et Augustinus, *Gaudium spirituale plenum erit, quando tantum erit, vt ei non sit aliquid addendum. Quidquid petitur, ad hoc gaudium consequendum pertinens, hoc est in Christi nomine petendum.* Itaque cum in Iesu nomine petimus, id est, cùm, vt debemus, exoramus: gaudio pleno potimur; quia cœlestis donis opplemur.

50. Prophetæ olim Dominus, *Quem,* inquit, *mittam, & quis ibit nobis.* Quis mihi socius adiicietur ad profectionem, vt hominum saluti cura
Cumulus gratiæ, atque munerum cœlestium adiicitur oranti. Isa. 6. litetur? Respondit Isaias, *Ecce ego, mitte me.* Cap. 6. Miror Dominum interrogasse, & non absque quæstione immisisse, quemadmodum Moysem ad Ægyptum immiserat. Cur ergo Isaiam rogitauit, *Quem mittam?* Certè vt eum sanctissimus donorum cœlestium plenitudine donaret. An necessaria quæstio, aut interrogatio illa ad tot munerum elargitionem? Profectò responsio Prophetæ oratio fuit, Obsecro, vt mittas me. Rogauit ergo Dominus, vt orans Isaias consequenter pleno gaudio, ex cœlestium munerum abundantia, donaretur. Bellè Ambro-
Ambros. sius serm. 14. ad Psalm. 118. *Vt ipse se offerret, præstolatus est; quamuis eius sciret affectum: expostulauit tamen vocem* orationis, *vt gratiam cumularet.* Orationem enim non gratiæ vnus aut alter gradus, sed cumulus sequitur: *Vt gratiam cumularet.*

51. Premit Doctor Angelicus verba illa: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*
Iesu in nomine orans, Dei mirabilibus effectibus opplecur. Ioan. 16. Ioan. 16. Quid dabit Pater? Id quod petieritis in nomine Iesu profantes: *Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.* Parum esset, in nomine Iesu petentibus dari quod postularint; huiusmodi enim orationi plenum gaudium assulet respondere ex munerum cœlestium
Thom. plenitudine. *Ostendit autem* (inquit Thomas) *nominis virtutem, si non rogatus Iesus, sed nominatus solum, apud Patrem facit mirabilia.* Nominatur Iesu nomen, cum dicimus in orationis termino, *Per Dominum nostrum Iesum Christum.* Tunc apud Patrem efficit mirabilia, munificentiam excitans, vt hominum præcordia cunctis cœlestibus dignetur opplere ad gaudij spiritualis plenitudinem: *Apud Patrem facit mirabilia.*

Salomon asseruit valde difficilem esse viam adolescentiæ salutarem. *Tria mihi difficilia, &c. Viam viri in adolescentia.* Certè (vti aiebat Ausonius) plurimis indiget adolescentiæ equus ad correctionem. Profectò plurima hæc oratione acquiruntur, quæ nescit nos paucis donare. *In quo corrigit* (inquit Dauid) *adolescentior viam suam? In custodiendo sermones tuos.* Psalm. 118. 9. Vbi Interpretes asserunt, quæstionem illam; *In quo corrigit, &c.* Orationes vices exercere, qua à Deo assequamur, quo possimus adolescentiæ effrænatæ correctionem addicere. Ambrosius hic serm. 2. *Non deliberantis est finis, sed rogantis Deum, quo viam suam corrigat. Et respondet, in custodiendo sermones tuos. Et bene ad Deum conuersus respondit deliberanti, quasi prece, ac oratione delata, consilium hoc Domini inspiratum reperiret; vt non præsumptionis humanæ, sed dignationis diuinæ remedium crederetur.* Et cur oratio præmittitur ad correctionis adolescentiæ documenta ediscenda? Quia si plurimis indiget adolescentia ad viam salutarem incedendam, remedium illud, quod plurimis constaret effectibus ab oratione debebat accipi, quæ homines donat plenitudine: *Vt gaudium vestrum sit plenum.* 52. *Oratione agnoscimus, quonammodo adolescentia via dirigenda sit, quæ multis indiget.* Psal. 118. Ambros.

Testor Diuos, qui pro nobis in conspectu Domini exorant, de quibus Apostolus: Ideoque nos tantam habentes impositam nobis nubem testium: deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum *nobis certamen.* Hebr. 12. Rogas quænam hæc nubes testium? Audi ex ore Athanasij apud Lyran *Quando quidem habemus, tantam multitudinem Sanctorum testium, instar nubium, irrorantium nos intercessione precum, quas pro nobis fudere: confisi imitemur & nos illorum virtutes, & omni peccatorum abiecta mole, atque tenaciter inhærente peccato relicto, per tolerantiam, & longanimitatem curramus in virtutis certamine.* Quid ais, ô Diue? *Vt confisi imitemur & nos illorum virtutes.* Tam facile, Diuorum virtutes æmulari? Tam facile æquare merita, quibus illi tot exanthlatis laboribus fuere illustrati *Et omni peccatorum abiecta mole.* Tam facilè velut pondere ex humeris abiecto omnia peccatorum moles deponitur? An non impiger labor pœnitentiæ, spiritualiumque exercitamentorum paulatim animum à prauis habitibus alleuat? *Atque tenaciter inhærente peccato relicto.* Tam facile peccatum ex consuetudine improba animo inhærens, superari solet? *Per longanimitatem, & tolerantiam curramus in virtutis certamine.* Tam facile virtus tolerantiæ, & longanimitatis acquiritur? Profiteor plura repentè munera difficilia admodum assequutione præsentari. Sed cuncta faciles sunt orationis effectus: *Habemus tantam multitudinem sanctorum instar nubium irrorantium nos intercessione precum confisi, &c.* Preme particulam, *Instar nubium irrorantium nos.* Preces enim pulchrè nubi irroranti assimilatur, quia terram fœcunditate donat, ad vberrimæ messis productionem. Præmittatur oratio, difficillimis muneribus cœlestibus abundantissimè replebimur. 53. *Si adsit oratio nostra, aut Diui intercessoris, difficillima bona facillimè consequimur.* Hebr. 12. Athan.

54. Profectò & Sanctorum virtutes imitabimur, & peccatorum molem facilè abiiciemus, orationis studiosi. *Conserua me, Domine, quoniam speraui in te. Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Psal. 15. Cur non dixit, Parce mihi, sed me in gratia *conserua*? Certè quia perseuerantia in iustitia augustissimum munus est, quod plura alia munera continet. Oranti autem multitudo munerum exponitur. Idiota sapientissimè, Qui orat, *petit conseruari in statu virtutis.* Quia scilicet illud ipsum orare, iam est quodammodo ad virtutum gradum supremum ascendisse. *Semper ergo habere debemus in ore. Conserua me Domine, quia scilicet recordamur virtutum.* Qui igitur orat, non tam petit ad virtutem duci, quam in virtute conseruari; quia ineffabilis fructuum orationis vbertas.

Oratio dat nobis perseuerantia, donum omnium continens. Psal. 15.

Idiot.

OBSERVATIO VI.

Ad illa verba:

In nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis; ipse enim Pater amat vos.

Cur Dominus innuit, absque intercessione sua nos consecuturos à Patre quidquid petierimus?

Certè vt exprimat orationis vim, qua prece non indigeat Dominica quodammodo, si Deo ipsi vim inferre videatur.

55. SI sapitis ô Discipuli, *nec interuentu meo vlterius indigebitis.* Sic Theophylactus. Quare, precor? Quia si ad orationem accurreritis, precem meam non requiretis, dum oratione vestra vim Patri inuleritis. Liceat vulgariter exprimere: *No necessitais de ruegos, quando os vale la fuerza.* Profectò oratio vim numini infert.

Theoph.

56. Ad Niniuitarum Regis aures aduentauit Ionæ prædictio. At ille orationem ciuibus indixit: *Operiantur saccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur a furore iræ suæ, & non peribimus.* Ion. 3. Si Dei ira tam præceps tibi, ô Rex, obiicitur, quanam poterit vi contineri? Profectò orationis: *Et clament ad Dominum in fortitudine.* Non approbo illam sententiæ Regis particulam: *Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus?* Dubitas conuertendum Numen, quia vim orationis ignoras. Equidem oratio vim irato Domino infert, vt à furore iræ suæ reuertatur. Tertullianus Apolog. cap. 39. *Hæc vis, Deo grata est.* Quomodo à furore iræ suæ non reuertetur, si orantium exercito, ne progrediatur, voluntaria violentia impeditur?

Haud dubiū, quin Deus conuersatur à furore iræ suæ orationis vi. Ion. 3.

Oratio Deo gratam vim infert. Tertull.

57. Hinc Regius Vates, *Audient verba mea, quoniam potuerunt.* Psal. 140. Genebrardus, *Audient, quod preces meæ exaudita sunt, vim magnam habuerunt, plurimum valuerunt apud Dominum.* Orationes *potuerunt*? Quidnam quæso? Potuerunt vtique Deum iratum tenere, ne homines vulneraret. *Pudieron (liceat) prender à Dios, para est oruarlo que no fuesse à Destruir nos.* Pulchrè Chrysostomus, *Audient orationes meas, quoniam munita sunt satellitibus.* Vt scilicet Deum vi grata ad modum comprehendant, nè procedat ad vulnera.

Oratio potest Deū comprehendere, & illigare. Psal. 140. Geneb. Chrysost.

58. Sponsa dicitur, *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* Cant. 6. Sponsæ Christus dilectus quasi exercitus est, illam dulciter debellans: *Ordinauit in me charitatem.* Sponsa autem orans sponso est velut castrorum acies. Vt dicat Tertullianus citatus, *Coimus in cœtum, & congregationem, vt Deum, quasi manu facta, precationibus ambiamus.*

Orans sponsa est, vt Deo vim inferat, velut castrorum acies. Cant. 6. Tertull.

59. Dauid rursum, *Mane astabo tibi.* Psal. 5. Ex Hebræo, *Ordinabo, disponam quasi aciem, precem, scilicet mutuatiuam.* Deus ipse ad Iacob se acie precum contineri, concludi, illigari, ac comprehendi profitetur. *Aduersum faciem meam consiste.* Cap. 33. Hebraice, *Ordina, instrue,* scilicet orationem Pineda, *Ordinare, aut instruere orationem, verbum bellicum est.* Alij apud ipsum legunt, *Acie directa, mecum congredere.* Quasi Iobus aduersùm Dei faciem aciem, militaris in morem, orationis instrueret.

Preces velut acies Deum cogunt quodammodo, ad elargiendum munera. Psal. 5. Iob. 33. Pineda.

60. Orabat apud Delubrum Peccator meliori iam mente instructus, *Deus propitius esto mihi peccatori.* Luc. 18. Percutiebat ille pectus. An timore correptus? Profectò tunc eum Domino iracundia flagrante dimicabat, Quisnam victor euasit? iratum ne Numen, an Publicani humilis oratio? Porro oratio Deum vicit. Hieronymus ad Damas. *Deus ipse, qui nullis contra se viribus superari potest, Publicani precibus vincitur.* O vis Deo gratissima!

Deus publicani precibus vincebatur. Luc. 18. Hieron.

61. Audi Paulum, *Non sumus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit; in quem speramus, quoniam & adhuc eripiet.* Vndenam ista spes? *Adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis; vt ex multorum personis, eius, quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.* 2. Cor. 1. Modo sperabas, te accepturum auxilium, iam certus de donatione, quæritas socios multos, qui pro egregio munere gratias exhibeant? Ita plane, quia dum illam particulam adieci: *Adiuuantibus, & vobis in oratione,* tam certum est a Deo auxilium, vt possim gratiarum actionem pro muneribus præparare. Quam certum, precor, auxilium est? Tam certum equidem, vt Deus quodammodo non valeat abnegare; quia eum pudet, multis precantibus, non subuenire. Chrysostomus, *Persæpe Deus quasi pudore commouetur, cum multitudinem ad precationem concordem, atque conspirantem cernit. Ob quam causam ad Prophetam dicebat, Ego autem non parcam huic Ciuitati, in qua habitant plusquam centum viginti millia hominum?* Qui quidem precabantur: *Et clament ad Dominum in fortitudine* Ion. 3. Christus igitur ostendit vim orationis, cum asserit: *In nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo*

Certus est Paulus de munere accipiendo, dum adhibet precatores; quia Deus quodammodo non potest non subuenire. 2. Cor. 1. Chrys. Ion. 3.

rogabo Patrem de vobis. An me intercessore indigebitis, si precantes vos Deum quodammodo cogitis, vt subueniat? *Hæc vis Deo grata est.*

OBSERVATIO VII.

Ad illa verba:

Petite, & accipietis, &c.

Non dicit, Accipitis, sed *Accipietis*: ne desperent, si illicò orantes non acceperint, quod deprecantur.

Sæpe enim oranti munera differuntur, vt Deus diutius precum nostrarum suauissimo concentu potiatur.

62. August. AVGVSTINVS premens futuri temporis verba illa, *Dabit vobis, Accipietis*, ait, *Accipit autem qui, vt debet, petit, quando debet accipere. Quædam enim non negantur, sed vt congrue dentur tempore differuntur.* Cur autem non illico donat, qui quasi vi orationis affectus, quodammodo abnegare non potest? Crediderim, vt diutius possit potiri nostrarum precum voluptate.

63. *Differt Angelum parcere populo, quia scit Deum velle sæpe rogari, ob orationis dulcedinem.* 2 Reg. 24. Olim Angelus populum Israëliticum vulnerabat. *Cumque extendisset manum suam Angelus super Ierusalem, vt disperderet eam, misertus est Dominus super afflictione, & ait Angelo percutienti populum: sufficit; nunc contine manum tuam. Dixitque Dauid ad Dominum, cum vidisset Angelum cædentem populum, Ego sum, qui peccaui, &c.* 2. Reg. 24. Grauis quæstio suboritur. Si Deus Angelo iussit, manum continere, ne Ierosolymæ ciues vulneraret, quomodo Dauid vidit adhuc *Angelum cædentem populum*? Certè quia Angelus morem Deo gessit, sciens nostris admodum delectari precibus. Iubet manum meam contineri, sed vult non illicò à vulneris me recedere inflictione, vt Dauid multiplicet preces, quibus Deus diutius potiatur. Ambr. Ambrosius ad Psal. 37. *Si mandauerat Dominus Angelo, vt parceret; quomodo feriebat adhuc Angelus? nisi quia Dominus etsi vult ignoscere, vult rogari.*

64. *Exaggerat Dominus serui tribulationem, vt ille multiplicaret preces.* Mat. 18. Abul. Domino oblatus *est vnus, qui debebat ei decem millia talenta; cum autem non haberet, vnde redderet, iussit, eum Dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia, quæ habebat: & reddi.* Mat. 18. Vbi Abulensis, *Cur dicatur, quod Dominus iussit venundari vxorem debitoris, & filios, & ipsum debitorem; nam videtur, hoc esse iniustum; quia homo pro debito non venditur, maximè illi, qui non contraxerunt debitum.* Respondet pulchrè Textus, *Procidens autem seruus ille, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Ibid. Preme verbum *Rogabat*, quæ dictio imperfecti præteriti innuit precationis diuturnitatem. Id Dominus intendit, incutere ei multis ex causis timorem ex vxoris, ex Filiis, ex sui ipsius, ex omnis rei familiaris venditione: vt tot tribulationum timore actus non oraret per transennam sed diu in precibus moraretur. Addit Abulensis, quæstionis solutionem. *Benignus Rex videns debitum, & impotentiam illius ad soluendum, remittere voluit, & tamen noluit remittere sic simpliciter, sed voluit, quod debitor hoc rogaret, vt haberet causam hoc faciendi; & vt debitor magis impelleretur ad rogandum, & incussit timorem, quod vellet eum, & vxorem, & filios vendi.* Expende particulam: *Et vt debitor magis impelleretur ad rogandum, &c.* Multiplicauit Dominus causas timoris, vt debitor preces multiplicaret.

Pondero Agaris, & Ismaelis sitim, cuius alibi gessi memoriam. 65. *Simulat Deus vocem clamantis Agaris non audisse, quia volebat eius preces replicari.* *Cumque consumpta esset aqua in vtre, abiecit puerum subter vnam arborem, seditque è regione procul, dixit enim: Non videbo morientem puerum; & sedens contra leuauit vocem suam, & fleuit.* Apparet igitur fœminæ Angelus, *Quid agis, Agar? noli timere; exaudiuit enim Dominus vocem pueri.* Gen. 21. Si puer non emittebat precum voces, sed mater: cur Dominus dicitur pueri, non matris vocem exaudiisse? Lipom. Lipomanus, *Lacrymis Agar orabat Dominum, fortissima prece inclamabat.* Si *prece fortissima* inclamabat mater, & ob matris preces puteus præparatur infanti: quare se audiisse matris orationem non profitetur? Certè vt illa rursum profundens lacrymas inclamaret. Periand. Liceat pulchro Periandri Comici Græci carmine rem expendere.

Surdescere simulat, qui vult abnegare,
Vel qui expetit replicari preces.

Adeo Domino grata vox orationis, vt simolet Agaris preces non audiuisse, non vt abneget, sed vt preces replicentur, quibus Deus admodùm delectatur.

Iacobo viriliter decertanti Deus differt benedictionem elargiri. 66. *Deus non benedixit illicò Iacob, vt produceretur orationis certamen.* *Dimitte, ait, me; iam enim ascendit aurora.* Gen. 32. Cur prætet morem Dominus differt Patriarcham donare benedictione? Certè vt certamen minime absolueretur. An Deo grata certaminis illius instantia? Gen. 32. Thom. D. Thomas. *Non puto, quod luctaretur cum eo modo, quo communiter certantes luctantur; sed quod Angelus, vel Deus in specie hominis apparens, precibus teneretur à Iacob, & attractiuis manibus.* Ipse proclamat Dominus, *Dimitte me*, me enim efficis attractiuis, ex dulcedine precum, manibus teneri. si non cesset oratio, vincula non dissoluemur, vt operam dem benedictioni. Quonammodo benedicam, qui tam addictus sum vni precum concentui, vt videar quodammodo ab omni mentis operatione recessisse. *Dimitte me, &* benedicam tibi.

SECTIO SECVNDA.

Christi sine parabolis locutio.

TEXTVS.

VERS. 28. EXIVI à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. 29. Dicunt ei Discipuli eius, Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. 30. Nunc scimus, quia scis omnia, & non opus est tibi, vt quis te interroget: in hoc credimus, quia a Deo existi.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Iesu exitu à Patre, & ad ipsum reditu.

1. *Tres expositiones.* Cyril.



XIVI à Patre, &c.] D. Cyrillus tres adhibuit expositiones. Prima est, vt æterna generatio significetur. *Exiui à Patre, id est, de Patris substantia processi tanquam Filius, eandem cum Patre habens substantiam.* Secunda, vt significetur Incarnatio. *Exiui à Patre, id est, homo factus sum.* Tertia, vt Dei Patris beneuolentia exprimatur. *Exiui à Patre, id est, Patris voluntati conformia facio, & ei gratus sum.* Iudæi enim transgressorem legis Dominum reputabant. Augustinus Tract. 102. primæ hæret expositioni, & sequens verbum de Incarnatione interpretatur. *Exiui a Patre ab æterno natus, & veni in mundum carne sumpta de Virgine.* Contestantur Hilarius lib 6. Trin. Athanasius Epist. ad Epictet. Nazianzenus homil. de fide, Basilius lib 5 cont. Eunom. Euthymius, & Theophylactus. [Aug. ibi. — Hilar. & alij.]

2. *Auctoris expositio.* Eccli 24.

Reor primam Verbi ex Patre natiuitatem verbis illis: *Exiui à Patre*, significatam. De qua illud: *Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita antè omnem creaturam.* Eccli. 24. Quæ verba Ambrosius lib 4. de fide, cap. 4. de æterna generatione exponit. Scripturæ est phrasis natiuitatem etiam inter nos hoc verbo, *Exire* exprimere. *De filiis tuis, qui exibunt à te, quos genueris.* Isa. 39. *Ipsi exierunt de lumbis Abraha.* Hebr. 7. [Isa. 39. Hebr. 7.]

3. *Elucidatur item.*

Cum ergò Dominus dixisset, Discipulos credidisse, ipsum exisse à Patre, nouum argumentum efficacissimum pro suo agit discessu. Verè à Patre exiui per generationem æternam; & veni in mundum homo factus; & humilians me ipsum vsque ad mortem: æquum igitur est, vt perfectis, quæ humilitatem meam concernebant, mundum relinquam, & ad Patrem reuertar, ascendens ad superos. Ex Toleto didici.

4. *De aduerbio, Iterum.*

Iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.] An aduerbium *Iterum* est referendum ad terminum à quo; quasi semel reliquerit mundum, & nunc iterum sit relicturus? Minimè, sed ad viam, vt sit sensus: Hanc viam semel feci de cœlis ad terras descendens; æquum est, vt eandem iterum conficiam reuertens ad cœlos. An non dicimus, Veni modo Burgis Vallisoletum: en iterum Vallisoleto Burgos reuertar. An similis ascensui descensus? Absit; venit enim sine carne, eam sumpturus: at non reuertitur carne relicta, sed eam glorificatam ad cœlos transtulit,

§ II.

De Discipulorum confessione.

Dicunt ei Discipuli eius: Nunc palam loqueris, &c.]Hic est (ac si dicerent) sermo, quem desiderauimus, apertus, & sine prouerbiis; vt quicquid velis significare, intelligamus, non vt ille, quem hactenus habuisti. In hoc agnoscimus, te scire omnia, quia antequam interrogatus esses à nobis, nouisti, nos haud caluisse sermonem, ac propterea voluisse te interrogare. 5. *De verborum Iesu claritate.*

In hoc credimus te à Deo exisse.] Anteuertens eum incognitum nobis exposuisti sermonem, ideoque nos vel maxime in hoc certè credimus te Dei Filium. Hoc argumento, etiam si nunquam credidissemus, nunc crederemus, te exisse à Deo. Nosse enim omnia, & mentium dubitationes, ac voluntates occultas agnoscere, Dei quidem est. 6. *Claritatis sermonis effectus.*

An particula, *In hoc credimus, te à Deo exisse*, significet, tunc eos id illo argumento credere? Minime, nam dixerat Dominus, *Amastis me, & credidistis, quia a Deo exiui.* Sensus autem est, vel hoc solum satis est nobis, vt credamus, te exisse à Deo Non quod antè non crediderint, sed quòd hoc sufficeret ad credendum, etiam si antè non credidissent. Toletus aliter sic exposuit: *In hoc credimus, id est, in hoc fidem nostram confirmamus, & comprobamus, te à Deo exisse.* D. Cyrillus sic lib. 11. Cap. 11. exposuerat. 7. *Fides Discipulorum confirmatur ex claritate sermonis Iesu.* Tolet.

IN IESVM CONCIONANTEM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM.

EX CHRISTI SINE PARABOLIS Loquutione.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

Christus missus à Patre ad hominum salutem, sic in mundo vixit inter peccatores, vt purissimus redierit ad Patrem.

Certè Concionatores, operarijque Euangelici tunc inter immundos mundi persistunt, cum missi à Deo cum peccatoribus commorantur.

8. *August.*



AVGVSTINVS exposuit, *Exijt à Patre, qui de Patre est, missus à Patre in mundum venit, quia mundo suum corpus ostendit. Mundum reliquit corporali discessione, perrexit ad Patrem hominis ascensione. Sic enim exiens venit, vt nunquam desereret Patrem.* Profectò nunquam Patrem deseruit vt Deus, quia semper ab ipso procedens, semper æqualis ipsi; nunquam Patrem deseruit vt homo, quia semper eius voluntati paruit. Id solus Iesus potest, in mundo conuersari diù puritate nitens: redire ad Patrem immaculatus? Equidem id Christus præstitit missus a Patre, & id præstabit quisquis æmulator Christi non se peccatorum consortio ingesserit, nisi a Deo missus.

9. *Christus ad Ægyptũ missus in Ægypto non contaminatur. Deus hinc ostenditur.* Mat. 2.

Documentum hoc Pater æternus nobis tradit in Filio ad Ægyptum properante. Angelus Iosepho, *Accipe puerum cum Matre eius, & fuge in Ægyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi.* Mat. 2. Apud Ægyptum Dominus diu commoratus est. Num peccatorum consortio impuritatem contraxit? *Erat ibi vsque ad obitum Herodis: vt adimpleretur, quod dictum est a Domino per Prophetam* (Ose. 11.) *dicentem, Ex Ægypto vocaui Filium meum.* Vocauit Pater ex Ægypto Iesum, & ipse miserat in Ægyptum. Purio in Ægypto Filius ostenditur puritate nitens, & Filius ex Ægypto rediuit ad Patrem. Quid mirum? Profectò Ambrosius inde elo-

Ambros.

gium illustrissimum Domini excogitauit ad Psal. 40 inducens Patrem Christo reuertenti ex Ægypto profanti: *Generationis meæ in te priuilegium recognosco, quem in Ægypto nulla potuit macula inquinare peccati.* Preme, *Generationis meæ*, qua quidem à me est missus. Hoc est missionis a Patre priuilegium; quo quidem donantur quicumque ad peccatores a Deo mittuntur. Quia quemadmodum Iesus vt Dei Filius à Patre missus nulla potest macula inquinari peccati; sic qui à Deo ad ministeria proximorum mittuntur quodammodo impeccabiles ostentantur. Si Pater Filium vnigenitum recognoscit ex eo quod vel à se missus in Ægyptum, ibi purissimus moraretur: quid si homo fragilis hominis filius non missus audeas ad peccatores propegare?

Qui missus est ad peccatorũ conuersionem, securus est, Filij Dei æqualatur missi æternum à Patre.

De Lucifero excidente è superis locutus Dominus, fatur. *Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eycietur foras.* Ioan. 12. Vbi D. Gaudentius meditatur Diaboli casum, dum inuidens Filio hominis gloriam capitis generis nostri, quam sibi affectabat, expetiit proprio nutu mundana omnia tractare negotia. Ideo ironice mondi huius Princeps vocatur. Legit Pater, *Nunc Princeps huius mundi mittetur deorsum*, id est, ad mundi tenebras exteriores. Nempe quia non *missus* à Deo, ausus est mundana tractare. Si non missus ambis ad peccatores pergere, inmunditia peccatoris socij affectus afficieris, quò mittaris in tenebras. 10.

Dum Lucifer non missus, mũdana tractat, perijt omnino. Ioan. 12. Gauden.

Cum orbis terrarum fluctibus diluuij obrueretur, Noë emisit columbam, vt videret, si iam cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cum non inuenisset, vbi requiesceret pes eius reuersa est ad eum in arcam, apprehensamque intulit in arcam. Gen. 6. Berchorius in columba Euangelij operarium recognouit, qui in diluuio peccatorum non perit. Quid mirum si à Deo immissus est, quemadmodum Noë emisit columbam? 11.

Colũba missa non perit in fluctibus. Gen. 6. Bercho.

De coruo sic Moses. *Aperiens Noe fenestram arca dimisit coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur.* Gen. 6. Berchorio contemplatore coruus ille operarij Euangelici qui non missus seculi properat ad pericula, exponit imaginem. Quomodo non missus si Noë *dimisit coruum?* Profectò verbum *dimittere* idem est, ac è domo deturbare. Hispanicè, *Despedirle de casa.* Proh corui infælicitas! Si emissus esses sicut columba haud fluctibus deperires. Non attendit coruus vbi pedes indemnitet deberet collocare. Petrus Dam. Apolog. de contemp. seculi, cap. 21. & co- 12.

Coruus non missus, sed dimissus miserè perijt. Gen. 6 Bercho. Damia.

lumbæ

lumbæ incolumitatem emissæ, & dimissi corui descripsit exitium. *Nonnulli quando in ipsa vagatione sunt positi*, (vt columba) *non corruunt. Aly* (non politi in vagatione, ant exitu) *sacularium vndarum fume suffusi oculis redeunt, atque idcirco, vbi pedes ponere debeunt, non attendunt.*

13. *Prodigus non missus dissipauit substantiam.* Luc. 15. Tito. Ambrof.

Prodigus ille filius, *congregatis omnibus, peregrè profectus est in regionem longinquam; & ibi dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriosè.* Luc. 15. Vbi Titus Bostr. *Dissipauit substantiam suam, id est, intellectum rectum, veritatis notitiam, genitoris memoriam.* Vndenam misero iuueni tanta incommoda? Respondet pulchrè Ambrosius apud Saa, *Merito prodegit patrimonium, qui recessit*, & non à Patre missus est profectus. Si fugax è paterna egrederis domo, si non missus cum peccatoribus agis, inter meretrices commoraris, mirum, si non misere depereas.

14. *Quot religiosi pereunt, quia non missi peccatoribus hærent.* Ier. 4.

De Religioso Nazaræorum coetu Propheta cecinit. *Candidiores Nazarai eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis.* Iere. 4. Proxima verba, *Et non sunt cogniti in plateis*, cum illis compone: *Candidiores Nazarai eius niue.* Quænam ista immutatio repente facta? Profecto Nazaræi, seu Religiosi viri, qui *eius* socij scilicet, domique commorantes tanta sunt ornati pulchritudine, dum non missi ad plateas progrediuntur, illud ipsum ad plateas exire, & in eis commorari idem est, ac in carbones conuerti. Audiendus Abbas Gillibertus ser. 47. in Cant.

Gillib.

Candidiores Nazarai eius niue, nitidiores lacte, &c. Denigrata est super carbones facies eorum. Magna certe collaudatio, sed maior vituperatio. Candor niuis, lactis nitor, rubor eboris, puritas, & pulchritudo saphiri, carbonis obducuntur nigredine. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Non sunt vtique pro Nazareis tum cogniti in plateis. Silebo de alys; Ordinis nostri cernite viros, quam admirabile erat nomen eorum in vniuersa terra. In vicis, quando vix erant visi in plateis, statim cogniti pro sanctitatis signo erant in eis. Nunc autem nullo Religionis discrimine, nullo priuilegio conuersationis, aut nullo, aut pertenui distincti, ne signati sunt à cæteris. Ideo non sunt cogniti quasi Nazaræi in plateis. Frequentia platearum dedecorat Nazaræos, & peregrinam speciem inducit. Pulchrè planè.

15. *Ioannes Baptista sic in Ciuitatibus moratur, ac in deserto; quia missus à Deo.* Ioan. 1.

Non missus in plateis Nazaræus, miserè deperibit. De Ioanne Baptista ait Euangelista Ioannes, *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes: hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, non erat ille lux.* Cap. 1. Tantus Baptistæ missi ad ministerium fulgor, vt necessarium esset moneri à Ioanne, lucem illum non esse, è qua omnis iustorum, procedit fulguratio. Quid mirum, tanta puritate nitere Ioannem, si in deserto permansit, ne leui saltem maculare vitam famine *posset.* Profecto è deserto missus est *in omnem Regionem Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ.* Luc. 3. Ciuitates init, in aulam Herodis profectus est. Attamen *vox clamantis in deserto* à Propheta appellatur, quia tam purus apud peccatores

Luc. 3.

ostenditur, ac si in deserto moraretur. Vndenam obsecro? Quia *fuit homo missus à Deo.* Qui mittitur nullo subiacet periculo, nullo offendiculo obiecto, succumbit. D. Ephren de Pœnit. *Non combussit tres pueros caminus ignis, neque ille nocebit tibi, si causa præcepti, aut ministerij ad communem vtilitatem pertinentis in Ciuitate, & in pago, & in Castello versatus es.* Ephr.

Observatio II.

Ad illa verba:

Exiui à Patre, & veni in mundum.

Christus à Patre missus in mundum, in mundum venit non relinquens Patrem.

Monentur Operarij Euangelij, sic ad proximos proficisci missos, vt nec ad instans à Domini separentur præsentia sic rectè omnia gerent.

AVGVSTINVS apud Saa nostrum, ait, *Exit a Patre qui de Patre est; in mundum venit, quia mundo suum corpus ostendit; mundum reliquit corporali discessione, perrexit ad Patrem hominis accessione, nec mundum deseruit præsentia gubernatione; sed enim exiens venit, vt non desereret. Patrem.* Missus fuit Dominus in mundum, vt homines adduceret ad cœlos. Impleuit egregie ministerium suum; *sic enim exiens venit, vt non desereret Patrem.* O quam accuratè se gerunt circa proximos, quam deuotè simul propriæ studeant saluti, qui sic recedunt ad ministeria, vt nec ad instans à Dei præsentia separentur! 16. August.

17. *Dum Euangelij minister debellat interfectores peccata, velut Iosue; debet simul Moyses haud à Deo recedens existere.* Exo 17. Damia.

Iosue aduersus Amalechitas dimicat, dum Moyses in montis vertice litat studium orationi. *Fecit Iosue vt locutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalech. Moyses autem & Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis. Cumque leuaret Moyses manus vincebat Israel.* Exo. 17. Vbi Petrus Damia. Apolog. de contemp. sec. Cap. 27. contemplatur Moysem & Iosue vnicum exprimere Euangelij ministerium. Sic debet dimicare, vt simul in monte commoretur. Sic ad peccata comminuenda debet exire, vt non relinquat Deum, sed orationis exercitamentis incumbat; vnde illustrem perficiet victoriam. *In vertice montis Moyses orabat, & Duce Iosue Israel in conualle pugnabat. Sed si Moyses in adiutorium populi sui ad campestria descendisset Amalech procul dubio Israelitarum cedentium terga percuteret. Si ille manus ad corripienda arma deponeret, facta suorum strage, facilem victoriam aduersariis triumphantibus præbuisset.* Ministerium tuum imple ô Christi miles, ad campum procede, sed à montis vertice non recedas.

cedas. Si descendas ad sæculum quod in te Moysis orantis residet, ministerium deperibit. Tota prosperitas actionis pendet ex eo, quod sic cum proximis commoreris, vt à Domino non recedas.

Qui eū exit, non simul manet in Deo fructum non afferet. Ioa.15. Augast.

18. Sic Dominus Discipulis monebat: *Manete in me, & ego in vobis sicut palmes non potest ferre fructum a semet ipse, nisi manserit in vite: sic & vos nisi in me manseritis.* Ioa.15. An palmes à vite abstracta potest fructum exponere? Minime. Ergo Euangelij ministri infructuosi omninò obiicientur, si curauerint ad ministeria separati à Domino properare. Augustinus *A semetipso fructum existimat ferre, qui in vite non simul est.* An possit siccus palmes fructus abstractus à vite proferre? Minime. Ergo à semetipso præsumit fructum posse producere, qui simul non curat viti Domino adhærescere.

Cum Iesus concionatur, à Patris præsentia non recedit. Ioa.6.

19. Curauerat Dominus Discipulos edocere salutis viam, viaticum eis exposuerat cœleste Manna. Addit Euangelista. *Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cælum, dixit, Pater, venit hora, clarifica Filium tuum.* Ioan.6. Preme particulam, *Et subleuatis oculis*, & *Pater clarifica.* Agebat Dominus Moysi personam, & simul Iosue: debellabat peccata monitorum salutarium vi, ac simul cum Patre commorabatur: *Pater, clarifica.* Audi Cyrillum lib.11. in Ioa. cap.14. *Cum quasi viaticum ad salutem, veritatem dogmatis Apostolis suis Christus tradiderit: continuo ab hac collocutione in orandi habitum se conuertit. Nec vllum tempus inter sermonem ad Discipulos, & Deum Patrem interuenire passus est, præcipuè viuendi disciplinæ regulam se nobis in hoc etiam constituens.* Particulam *se conuertit* videtur innuere Iesum ab oratione, seu à Patris præsentia dum prædicaret, recessisse? Profectò illa particula, *In orandi habitum* asserit, nullum tempus passum esse interuenire sine Patris respectu. Non enim ait, *In orandi actum se conuertit*, sed *habitum*, semper enim orabat etiam cum concionaretur, vt nec ad instans à Patre recederet.

Cyril.

Ioannes, velut Angelus, etiam concionatur, semper videt faciem Patris. Mat.3. Basil.

20. De illustrissimo Concionatore Ioanne fatur Propheta, *Ecce ego mitto Angelum meum.* Mal.3. Cur Angelus Baptista vocitatur? An ob virgineum decus? Basilius lib de vera virg. *Hi profectò, qui virginitatem seruant, Angeli sunt.* De spiritibus Cœlicolis Dominus ait, *Amen dico vobis, quia Angeli eorum semper vident faciem Patris.* An non Angelus *Missus*? Ita plane, mittuntur enim ad hominum custodiam, ac cum hominibus ita morantur, vt simul à respectu Patris non recedant. Sic Ioannes Angeli in morem immittitur, sed à Patre nec ad instans recedit; sic apud aulam cum Herode agit, ac si in deserto hærens Patri existeret.

Facies Stephani Angelica, quia nunquam eū concionem habēs discedebat à Patre. Act.6.

21. Iam calleo, vndenam Iudæi Stephani prædicantis faciem, referentem Angelicam speciem intuerentur. *Viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli.* Act.6. An Angelum vidistis aliquando, vt possitis asserere Stephani faciem faciei Angelicæ esse æmulatricem? Profectò quia oculis eleuatis ad superos (ex Chrysostomi mente) studebat orationi, vt fructuosè concionaretur. Mox inclamauit, *Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, &c.* Post longum autem sermonem, *conuertit se ad habitum orandi: Intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem a dextris Dei.* Act.7. Qui ergo nunquam non, dum peccatores edocet, recedit à Patre Angelus proculdubio est; quia *Angeli semper vident faciem Patris.* Act.7.

Dominus ad hæc, *Videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes.* Ioan.1. Vbi Augustinus & Beda asserunt Euangelij ministros signari. Qui descendunt iidem ascendentes simul aspiciuntur. Omnes illi cœlicolæ ascendentes, erant qui descendebant: & cuncti Angeli qui descendebant simul ascendentes obiiciuntur, quia sic descendebant ad ministeria, vt nunquam à Patre cœlesti recederent. Væ illis, qui vt proximos adducant, à Patre recedere non timent, spiritualia exercitia prætermittere non verentur! Et nihil proficient circa proximorum salutem, & a propria excident perfectione. 22.

Prædicator est Angelus descendens ad ministerium, & simul ascendens ad Patrem. Ioan.1. August. Beda.

Observatio III.

Ad illa verba:

Ecce nunc palàm loqueris, & prouerbium nullum dicis, nunc scimus, quia scis omnia.

Asserunt Discipuli, Christum omnia scire, quia perspicuis verbis concionatur, nullis vsus parabolarum occultis sermonibus.

Etenim ille sapientior Concionator ostenditur, qui tam perspicuis vtitur verbis, vt valeant ab auditoribus penetrari.

PONDERANDA particula, *Nunc scimus.* Nunc post tot Domini sermones auditos, scitis Christum omnia scire? Certè nunc sciunt, quia audiunt verbis clarissimis vti sine parabolorum occultis dictionibus. Chrysostomus, *Vide eorum imperfectionem, qui post tot ac tanta demonstrata, dicunt. Nunc scimus.* At quodammodo eos ab huiusmodi imperfectione liberat, dum adiicit: *Hoc dicunt, quod ad id, quod erat in eorū mente respondit*, id est, gessit morem captus eorum, & se se eorum menti, seu intelligentiæ accommodauit. Tunc celebratur Euangelicus doctor, cum ab auditoribus intelligitur: *Nunc scimus, quia scis omnia.* 23

Chrys.

Isaiæ dicitur, *Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis.* Cap. 8. librum grandem, & illustrem omnibus celeberrimum futurum compone. An vtar sermonibus occultis, dictionibus difficilibus? *Scribe stylo hominis.* Quinam hominis, precor, stylus? Hieronymus, *Stylo, quo homines loqui consueuerunt.* Chaldæus, *scriptura clara.* Si stylo hominis scribo, non reputabor doctus. Audi Domi- 24.

Qui librum grandē scribere curat docto quidem stilo clare vtatur. Isa.8. Hieron.

num, *Omnis Scriba doctus similis est homini.* Id est, stylo hominis claro scilicet sermone scribit.

25. In Actis Concilij Ephesini dicitur, *Sermo, quem proferimus, quo in alternis locutionibus vtimur, sermo est incorporeus, non aspectui subiectus, non tactui tractabilis. Sed cum sermo induerit literas, visibilis fit, aspectu comprehenditur.* Cum induit literas intelligitur? An non dixisset aptius cum literas exuit? An non sermo occultus, ingeniosus, comptus doctissimorum literatorum est? Ergo cum intelligitur, literas exuit, non induit. O quam apposite ait, *Sed cum sermo induit literas, visibilis fit, & aspectu comprehenditur*, Tunc enim te literatum ostendes cum sermone intelligibili vti studueris. Cum igitur *sermo induit literas*, id est, cum doctus, ac literatus apparet, aspectu comprehenditur; & scimus quia sic loquens, scit omnia.

Sermo clarus indutus est sapientia.
Concil. Ephes.

26. Paulus apposite, *Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus: & discretor cogitationum, & intentionum cordis.* Hebr. 4. An non sermonem sapientis, ac ingeniosi Doctoris, vel concionatoris acutum vocitatis? Ita plane. Ergo viuus, efficax, omni gladio acutissimo acutior, ac penetrabilior est sermo ille, qui discretor est cogitationum, & intentionum, hoc est, qui iuxta intentionem ac cogitationem insonat omnium, ita vt omnes suam intentionem, suam cogitationem in sermone dignoscant. Caietanus, *Intima notitia, & perfecta explicatur dicendo, & discretor cogitationum & intentionum cordis.* Ille ergo acutus sermo, per quem auditori perfecta notitia obiicitur cogitationum, intentionumque suarum, quas expressas in perspicuo sermone recognoscit.

Sermo ille acutus sane sapiens, & ingeniosus qui cogitationibus, ac intentionibus auditorum accommodatur.
Hebr. 4.
Caiet.

27. Isaiam audiui inclamantem, *Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum.* Cap. 6. *Pollutus* quidem, id est, (Interprete docto exponente) labiis insipientibus ad diuina explicanda, ideo tacere studui. Vndenam Propheta suspicabatur, se insipienter locuturum? Hector Pint. existimat, ideo lamentari Isaiam, quia intellexit ex illa visione, se ad concionandum immittendum: & timebat, se locuturum insipienter, quia stylo magnificoque verborum suauitate, dicendi dulcedine vsurus erat. Isaiam Zeno, & Origenes dicunt fuisse Prophetarum disertissimum, egregieque excelluisse styli venustate. Vnde igitur se agnoscit sermone disertum, se profitetur insipientem; quia verax sapientia perspicuis verbis, claro vti sermone, qui ab omnibus vel insipientibus capiatur.

Se stultum & indoctum reputat Isaias, quia vtebatur dicendi venustate
Isa. 6.
Pint.
Zeno
Orige.

28. Prodigus ille, *qui viuendo luxuriose substantiam* paternam *dissipauerat*, dementia pressus necessario obiicitur; quia ex luxurie dementia. Ideo luxuriei addicti belluis merito comparantur, de quo alibi. Satis nunc illum aspicere siliquis saturari cupientem. *Et cupiebat saturari de siliquis, & nemo illi dabat.* Luc. 15. Profecto Chrysologus serm. 5. eos, qui seculari culta eloquentia student sacra exponere, Prodigo dementi comparauit. *Hinc est, quod luxuriosus per desideria secularis eloquentiæ, & per scholarum lupanaria dissipauit Dei Patris dementi dispensatione substantiam.* Nihil dementius, quam sacra sermonis culti obscuritate velle aperire, si nec qui aperiens intelligit. Nihil vero doctissimo dignius, quam claro sermone exponere mysteria, quæ quidem vix sic reserata capiuntur. Quam belle Herodotus. *Doctum dixerim, quem intelligo: ænigmatice fantem ridiculum vocitare histrionem,*

Nimis comptostylo vtentes comparantur insipienti, ac dementi Prodigo.
Luc. 15.
Chrys.
Herod.



LIBER



LIBER DVODECIMVS.

SERMO ALTER DE ORATIONE.

Paraphrasis, & Commentarij literales ad Caput vndecimum Lucæ.

PANEGYRICI MORALES CIRCA Literam in Iesum Concionatorem.

PROLVSIO.



VM Dominus quadam instantia temporis ab oratione cessasset, orationis modum à Discipulis rogatus, & precandi formulam breuem illis tradidit: & efficacem orationis perseuerantis vim ostendit, parabola de illo introducta, qui panes importunitate sua ab amico nocte impetrauit. Vis pane satiari cœlesti sine importunarum precum instantia? Adi Mariam. De qua Laurentius lib. 2. de eius laudib. *Roganda est assiduè Mater misericordiæ, vt misericordiæ opera nobis miseris misericorditer exhibeat; vt videlicet frangat esurienti panem suum. Quod fit, quando particulariter distribuit gratiam cor hominis confortantem.* An non ab *Amico*, id est, Patre cœlesti panis expectandus? Ita planè; sed Mariæ intercessione sine importunitatis vi facillimè accipimus. *Maria enim* (addit ille) *os nostrum est, quia assiduè pro nobis egentibus Deum interpellat. Vnde Apoc. 12. terra, id est Maria, aperuit os suum, ad Deum exorandum pro muliere, seu fideli anima, quam serpens Diabolus infestabat.* Iam ergò infallibiliter panes accipies quotquot habueris necessarios, exorante Maria.

Dominici vitalis ligni FRVCTVS DVODECIMVS.

Richard. Laurent.

LVCAS CAP. XI.

VERS. 5. QVIS vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes.

6. Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod ponam antè illum.

7. Et ille deintus respondens, dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi.

8. Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, & si non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.

9. Et ego dico vobis, petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

10. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

11. Quis autem ex vobis patrem petit panem; numquid la-

PARAPHRASIS.

5. *QVAM exorabilis (ait Dominus) sit Deus, natura beneficus erga filios suos, ex vobis ipsis coniecturam facite. Si quis vestrum egeat necessarijs, & habeat amicum, audebit illum etiam medio noctis adire profatus: Amice, da mihi commodato tres panes.*

6. *Quoniam amicus quidam meus de via veniens subitò oppressit me vespertinus hospes, nec habeo domi, quod illi apponam edendum.*

7. *Fortaßis si amicus ille non statim largietur, sed grauans aperire fores intus respondebit: noli mihi molestus esse nocturnus postulator. Iam ostium meum clausum est, ac pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, & dare tibi, quod petis.*

8. *Quod si is, qui panibus eget, non statim ad hanc excusationem abierit, sed perseueranter pulsauerit fores amici: illud affirmo vobis, etiamsi non moueat illum respectus amicitiæ, tamen victus improbitate, surget, ac dabit illi non solum tres panes, sed quotquot opus fuerit. Si tantum homini valet orandi improbitas, quanto magis apud Deum valebit, qui huiusmodi improbitate delectatur. Aliquando differt dare, quod petitur? Non parcitas est, non difficultas: sed desiderium accendit nostrum, vt vberius donet, quod precamur.*

9. *Ab hoc igitur votis petite, si quid opus est & dabitur vobis. Quærite, si quid ignoratis, & Spiritus Paterni afflatu inuenietis, quod humano ingenio percipi non poterat. Pulsate precibus addendo eleemosynas in proximos (manuum quidem ictum) & vobis aperietur.*

10. *Apud hominem nonnunquam incassum preces funduntur, vel quia non potest præstare, quod rogatur: vel quia non vult. Verum apud Deum quisquis petit accipit, quisquis quærit inuenit, quisquis pulsat, huic aperietur. Nouit autem Pater vester quid ad salutem conducat æternam.*

11. *Efficit hoc parentum carnalium pietas erga filios, vt negare non poßint ijs quos genuerunt, si rem petant ad corporis*

pidem

pidem dabit illi? Aut piscem; numquid pro pisce serpentem dabit illi?

salutem pertinentem. Quis enim ex vobis, qui si ex patre suo petat panem, existimet filio daturum pro pane lapidem? aut si petat piscem, putet eum pro pisce porrecturum serpentem?

11. Aut si petierit ouum; numquid porriget illi scorpionem?

11. *Aut si petat ouum, existimet, illum pro ouo daturum putamine tectum scorpium.*

13. Si ergo vos cum sitis mali; nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se?

13. *Quod si tantum valet natura pietas apud homines alioqui malos, vt in filios vtilia petentes benigni sint; quanto magis Pater vester, qui Pater est spirituum, qui natura bonus est, impertiet vobis de cœlo spiritum bonum omnia bona largiturum si ab ipso petieritis? At si per errorem rogetur noxia, pro beneficio ducit filijs abnegare, quod male petitur; sed pro optatis dabit salutaria.*

SECTIO PRIMA.

Amicus dans amico petenti.

TEXTVS.

VERS. 5.  VIS vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, 6. Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod ponam antè illum. 7. Et ille deintus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili non possum surgere, & dare tibi. 8. Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, & si non dabit illi surgens, eo, quod amicus eius sit: propter improbitatem tamen eius surget & dabit illi quotquot habet necessarios.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Vndenam Dominus de Oratione sermonem texuerit?

1. *Sermonis de Oratione occasio.*

 RÆMISIT Lucas, *Factum est, cum esset in quodam loco orans: vt cessauit, dixit vnus ex Discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orarare, sicut docuit & Ioannes Discipulos suos.* Quinam ille Discipulus interrogans? Euthymius, *Vnus fuit ex septuaginta Discipulis.* Cur autem orandi modum à Christo efflagitarit, cum iam Christus sermone habito in monte, Mat. 6. iam Discipulis orationem Dominicam tradidisset? Putat Iansenius, Christum orationem Dominicam semel tantum docuisse, hoc videlicet loco à Discipulo rogatum; Matthæum verò illi sermoni in monte habito illam inseruisse, cum tamen tunc non fuerit pronunciata.

Euthym.

Quæstioni respondetur.

Iansen.

2. *Auctoris sententia.*

Facilius asseruerim, Dominum bis Orationem eandem tradidisse, semel in munta vniuersæ turbæ, & Discipulis, qui aderant; iterum huic Discipulo, & aliis qui apud Montem non interfuerant. Sic Rupertus Mat. 6. & Euthymius affirmans, bis Orationem Dominicam à Domino fuisse prolatam.

3. *An Oratio Dominica fuerit hic à Domino sic pronunciata.*

Fuit ne Oratio Dominica sic à Domino pronunciata: *Pater, sanctificetur nomen tuum: Adueniat Regnum tuum: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis peccata nostra: Et ne nos inducas in tentationem.* Prætermissa sunt hoc loci aliqua Orationis Dominicæ verba; non enim dicitur, *Pater noster, qui es in cœlis*; nec integra illa petitio: *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra*; nec illa: *Sed libera nos à malo.* Augustinus Enchir. cap. 116. ait non Christum, sed Lucam verba illa prætermisisse. Rupertus vult à Christo relicta, vt indicaret, non esse opus ad orandum multiloquio. Rupertus ad cap. 6. Matth. *Hæc Oratio forsitan Disci-*

August.

Ruper.

palis Domini adhuc rudibus ob sui breuitatem insufficiens visa est. Item, *Orationis compositionem non modo non auxit, verum etiam diminuit, vt magis notum sit oranti, quod non opus sit ei, longo, vel composito sermone fatigari.*

4. *Authoris sententia.* Respondeo tamen, propterea prætermissa esse nonnulla, quis in reliquis continentur. Nam petitio illa: *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra*, in præcedenti continetur, *Sanctificetur nomen tuum.* Tunc enim Dei nomen sanctificatur, cum eius fit voluntas. Illam verò: *Sed libera nos a malo*, similiter antecedens complectitur ea: *Ne nos inducas in tentationem.* Qui enim in tentationem non inducitur, *à malo*, id est, Dæmone liberatur. Cùm igitur Discipulus ille alliceret Dominum ad Orationem Dominicam replicandam, adhibere curauit Orationis efficaciam, vt Discipulos, cunctósque Christicolas ad crebram prolationem afficeret ex vtilitatis expressione. Ideo subdit:

---

§. II.

De amico ad ostium amici accedente petituro tres panes.

5. *Elucidatio similitudinis.* QVis vestrum habebit amicum.] Cubabat quidam vir, cum subitò nocte intempesta fores pulsat amicus è via excedens; pergit ille ad alium cubantem amicum, panésque petit, cœnæ hospiti exhibendæ necessarias. A cubante repellitur, repulsus non abscedit, sed perseuerans pulsat, vrget. Tandem perseuerantia victus, ille surgit è lecto, panésque necessarios elargitur. Perseuerantia petentis ab amico panes extorsit? Nostra quidem, in orando constantia à Deo, quod cupimus, impetrabit. *Basil.* Basilius de Const. Monast. cap. 2. *Exemplum sumit Christus ab homine ad alium hominem; vt intelligas, nulla laboris fatigatione debere te à suscepto proposito desistere; vt videlicet quandocumque aliquid petieris, neque impetraueris: tandiu perseueres quoad impetres.*

6. *Orationis nocturnæ commendatio. Psal. 118. Ambros.* *Ibit ad illum media nocte.* Monemur nocturno tempore Dei fores oratione pulsare. *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Psalm. 118. Ad quæ Ambrosius in Luc. *Petiit media nocte panes Dauid, petiit, & accepit. Petiit, quando dicebat, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Petiit, cum dixit: Lauabo per singulas noctes lectum meum. Homo hic iam cubabat, & dormiebat, cum nocte fores pulsauit amicus: ideoque molesta ei fuit pulsatio. Noli, inquit, mihi molestus esse. At non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. Non erimus ei molesti, si nocte intempesta fores pulsemus; erimus verò molesti, si non pulsemus. Non timuit Dauid, ne excitaret dormientem, quem sciebat semper excubare vigilantem.* *Orationis perseuerantia.* Addit ad perseuerantiam precum alliciens: *Si ille tam Sanctus, & qui erat Regni necessitatibus occupatus, septies in die laudes Domino dicebat, matutinis, & vespertinis sacrificiis semper intentus: quid nos facere oportet, qui eò amplius rogare debemus, quo frequentius ruimus, ac mentis fragilitate delinquimus?*

7. *Deus non cõ-* *Accommoda mihi tres panes.* Panes commodari sibi amicus ab amico petit: nos à Patre panes donari postulamus: *Panem nostrum da nobis hodie.* Iacobus, *Dat omnia affluenter, & non improperat.* Cap. 1. *improperat, sed dat. Iaco. 1.* Cum pulsamus puris manibus accedere studeamus; ne obiiciat precatoribus: *Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim vestra sanguine plena sunt.* Isa. 1. *Manus pura ad orationẽ. Isa. 6. Gen. 27.* *Vox quidem orationis, vox Iacob est; at manus sæpè manus sunt Esau.* Gen. 27.

Cur tres panes petierit? Bernardus serm. de Rogat. *Quid est, quod amicum vnum perhibet aduenisse, nec tamen contentus est, quærere panem vnum? Putásne tam voracem æstimabat amicum, vt non posset vni sufficere panis vnus? Nam vni quidem tres apponere panes, inconsequens omninò videtur.* Respondeo, postulasse tres panes, vnum sibi, alterum amico, tertium autem famulo, aut vt communis esset, si duo non sufficerent. Amicus, qui panes petebat, iam cœnauerat? Rursus in gratiam amici aliquid cibi sumere ex vrbanitate debebat. Aptius adhuc dixerim petiisse tres panes non vt necessarios, sed vt etiam non necessarios præpararet. Bernardus contemplatur, venisse cum hospite & mancipium, & vxorem; *tré́sque panes fuisse tribus, amico, vxori, mancipio.* 8. *Cur tres panes petierit.*

Porrò Patres ad mystica diuertunt. Bernardus citatus, *Ego amicum venientem ad me non alium intelligo, quam me ipsum. Nemo quippe charior mihi, nemo germanior est. Ad me ergo de via venit amicus, cum transitoria deserens, ad me redeo. Deinde verò tunc sibi quisque amicus est, cum de via redit, quoniam qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Psalm. 10. *A deo itaque conuersionis meæ de via ad me venit amicus. Venit de regione longinqua, vbi pascere porcos, & ipsorum siliquas insatiabiliter esurire solebat. Tres panes* (adiicit) *huic petenti amico sunt panis veritatis, panis charitatis, panis fortitudinis. Primus, vt quæ vera sunt, & agenda, intelligamus; secundus, vt Deum amemus; tertius, vt virtutem caro exerceat.* Item, *Commoda mihi tres panes, vt intelligam, vt diligam, vt faciam voluntatem tuam.* 6. *Mystica Panum expositio. Bernard.*

At Augustinus lib. 2. qq. Euang. Cap. 21. *Conuerso* (inquit) *homine ad Deum, etiam appetitus à consuetudine reuocatur. Sed si non consolatur interius gaudium de doctrina spirituali, qua Creatoris Trinitas prædicatur, magna angustia sunt in homine, quem premit ærumna mortalis. Quem ab iis, quæ foris delectant, præcipitur abstinentia, & intus non est refectio de lætitia doctrinæ salutaris. Et ista angustia est media nox, qua cogitur vehementer instare petendo, vt accipiat tres panes.* August.

Propter improbitatem eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Improbitas Græce ἀναίδεια, *impudentia inuerecundia.* Appellatur autem improbitas siue impudentia, importunitas illa hominis media nocte panes importune petentis ab amico cubante, neque abscedere volentis, nisi accepisset. Propter improbitatem hanc piam admodum (constantiam in supplicando vocitarim) surget tandem postquam repulerit, & panes dabit quotquot necessarios habemus. Profecto huiusmodi improbitatem in Chananæa fœmina recognosco. Petebat illa panem, repulsa est, dum Dominus non respondit ei verbum. Ille tacebat, illa magis clamabat, *Domine adiuua me.* Qui respondens, ait: *Non est bonum sumere* 10. *Quid sit improbitas petẽtis.*

mere panem filiorum, & mittere canibus. At illa, *Etiam Domine, nam & catelli comedunt de micis, &c.* Denique propter piam improbitatem Dominus, *O mulier*, ait, *magna est fides*
Basil. *tua, fiat tibi, sicut vis.* Basilius *Et si menfis praterijt, etsi annus, & si triennium, & quadriennium, & si anni complures; acriter perseuerato tamen, donec impetres. Sed postula cum fide, neque interea rectè vnquam viuere intermiseris.*

Quæsieris, cur Dominus cunctetur panes exhibere? Augustinus ser.5.de verb. Dom. *Cum aliquando tardius dat, commendat dona, non negat. Diu desiderata dulcius obtinentur: cito autem data vilescunt. Pete, quare, insta. Petendo, & quarendo crescis, vt capias. Seruat tibi Deus, quod non vult citè dare; vt & tu discas, magna magnè desiderare.* Et Chrysologus ser.39. *O quam negare nolùit, qui sibi etiam negantis qualiter extorqueretur, ostendit!* 11. *Cur cunctetur Dominus, panes exhibere.* August.

IN IESVM CONCIONANTEM

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX AMICO DANTE AMICO PETENTI.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Quis ex vobis habebit amicum, & dicet, Amice, &c.

Amicus surgit, vt ad amicum panes petiturus accedat.

Prima Orationis conditio, vt amicus Dei sit, qui precatur.



12. Theop. Ambro. THEOPHYLACTVS, *Amicus hic est Deus, qui omnes amat, & saluos vult fieri.* Ambrosius, *Quis nobis amicior, quam qui pro nobis corpus suum tradidit.* Profectò ad Deum amicum amicus debet accedere, qui cupit exaudiri. Semper Deus amicus verax, qui vult homines salute donari, sed homo actualiter debet fieri Dei amicus, eius parens voluntati, vt confidenter clausam nocte accedat ad ianuam. Prima igitur oratrici conditio sit vt amicus Dei ad Deum amicum veniat, & vere possit proclamare, *Amice.*

13. *Ideo Deus nō exaudit, quia homo inimicus amicum Dominum nō precatur.* Iob.31. Isa.59. Iobus monet, *Clamabunt & non exaudiet propter superbiam malorum. Non ergo frustra audiet Deus.* Cap. 31. Hebraicè legimus, *Verum tamen vanitatem non audiet Deus.* Quænam illa vanitas? Orationem scilicet ex ore inimici profluentem *Amice*, inquis, *accommoda mihi tres panes*: & inimicus es; vanis vteris precationibus. Isaias appositè, *Ecce non est abreuiata manus Domini, vt saluare nequeat: neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat; sed iniquitates vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum.* Cap. 59. Proxima verba pondera: *Iniquitates vestra diuiserunt inter vos, & Deum vestrum*; quia amicitiæ vinculum comminuerunt. Haud exaudit, quia amicus non est. Paraphrastes Chaldai. *Ecce non propter defectum manus non estis salui; nec quia graue est coram Deo audire, non suscipitur oratio vestra; sed delicta vestra diuiserunt inter vos & Deum amicum vestrum; & peccata vestra fuerunt in causa, quod auerteretur facies maiestatis eius à vobis & non susciperetur oratio vestra.* Chaldæ.

Clamabant virgines illæ fatuæ, *Domine Domine aperi nobis.* At Dominus, *Nescio vos.* Mat. 25. Si vere dicerent; *Amice, amice*, proculdubio Dominus ostium aperiret, vt salutis panes impenderet. At cum inimicæ ad inimicum accedant, quomodo odio dignæ exaudirentur? Augustinus lib. Medit. Cap.3. *Cum quis odio dignus* (*sit*, minime amicus) *qua fronte gratiam requiris? Cui* (inimico scilicet) *pœna debetur, qua temeritate gloriam deposcis? Lacessis Iudicem, qui postposita satisfactione delictis, quaris pramiis honorari. Regi insultas obnoxius supplicio, qui donari flagitas indebito brauio: & dulcem affectum* (attende) *amici Patris stultus exacerbas filius, qui post illatas contumelias antè pœnitudinem, hareditatis certitudinem vsurpat.* 14. *Virgines oratē repellūtur, quia ad amicum amicæ non clamarunt.* Mat. 25. August.

Amicorum (aiebat Ausonius) *vna voluntas.* Sic Interpretes exposuere conglutinationem illam animi Dauidis cum animo Ionathæ. Si cupis Deum tuæ se voluntati accommodare, amici in morem, Dei te aptare voluntati satage. Quid precaris? *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Ergo si panes petiturus es ab amico, amicum te expone præmittens, *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.* Mat. 6. Nec enim se se Deus tuæ accommodabit voluntati, si tu ab eius voluntate recedens apparueris. Augustinus citat. *Debet facere voluntatem Dei,* (verè amicus) *quisquis orat; vt Deus faciat voluntatem suam. Opusque est, vt orans eandem per amorem cum Deo habeat volunta-* 15. *Si vis Deum tua voluntati accommodare, amicū te exhibeas, eius cultor voluntatis.* Auson. Mat 6. August.

tem. Si enim aduersetur, quod impetrabit?

16. Iobus expressit, *Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit.* Cap. 29. Caietanus, *Gratificabitur Deo.* Hebraicè, *Benigne volet Deo.* Quis deprecator Deum placabilem experitur? Ergo *bene Deo volet.* Documentum enim euidens est hominis amantis, preces eius misericorditer exaudiri. Ideo Dauid: *Dilexi quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.* Psal. 114. An non ô Rex temeraria præsumptio te dignum amore existimare; si *nemo scit, an sit dignus odio, vel amore?* Certe dum videt Dauid orationem suam Domino exaudiri, prudenter colligit se amicum deprecaturum accedere ad amicum: *Dilexi.*

Qui petere vult, & impetrare quod petit: diligat; quia amore munera præparantur. Iob 29. Psal. 114.

17. Orationis ascensus mystica illa figuratur in virgula. *Quæ est ista, quæ ascendit sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris?* Cant. 3. Cur in fumanti virgula designatur oratio? Crediderim, quia vera precatio effectus est cordis amantis. Sic Hieronymus, *Bene tanquam virgula fumi, quia concremata intus in holocaustum incendio pij amoris, & desiderio charitatis.* Si oratio fumus non est, si ex amoris flamma non procedat, ad Deum nullatenus exaudienda, seu subodoranda ascendet.

Exoriatur oratio ignea amicitiæ effectus. Cant. 3. Hieron.

18. Publicanus ille ad Deum conuersum percussione pectoris inditabat, vnde eius oratio vires ad Deum debellandum acciperet. Percutiebat pectus suum, dicens: *Domine, propitius esto mihi peccatori.* Luc. 18. An non manus illa indicabat, vndenam Deus quasi deberet preces exaudire? liceat mihi vulgariter rem explicare. *Por señas de este ya pecho amante, os pido que os me mestreis amigo.* Pulchre Theophylactus, *Tundit pectus, vt cor ipsum, quod dormierat, excitet Deo. Quasi manus designans, vnde oratio germana procedat. Vnde? A corde amante.*

Publicanus pectus amans ostentat, vnde oratio eius esset efficax, indicabat. Luc. 18. Theoph.

19. Christus, ais, quasi testamento reliquit omnia petentibus: *Petite, & accipietis.* Mat. 7. An non lex Ciuilis statuit, eum à iure hæreditatis cadere, qui testatoris voluntatem non implet? Peccatori autem dixit Deus: *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis Testamentũ meum per os suum?* Psal. 49. si amicus non es, non potieris Testamenti hæreditate. Chrysostomus, *Non reliquit Dominus nobis illam hereditatem, (Petite & accipietis) absolutè, sed sub quadam conditione. Quanam ea est? Qui me diligit, præcepta mea seruabit.*

Testamento reliquit Christus hominibus petere, & accipere, sed si amici petant amicum. Mat. 7. Psal. 49. Chrys.

Observatio II.

Ad illa verba:

Accomoda mihi tres panes.

Ab amico tres panes amicus commodatos postulat: à Deo petimus omnibus donari.

Munificentissimè enim Deus cunctis bonis cumulat precatores.



20. Commodatos amicus tres panes requirit ab amico. A Deo autem panem cœlestem continentem omnium bonorum abundantiam dari precamur. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Mat. 6. Non commodat Pater cœlestis, sed dat omnibus affluenter orationis studiosis.

Mat. 6.

21. Paulus apposité, Deus *Diues in omnes, qui inuocant illum* Rom. 10. *Dat enim omnibus affluenter.* Iac. 1. Non commodat. D. Anselmus, Est diues in omnes, sufficiens ditare omnes, qui inuocant illum: non in quosdam, vel paucos. Quia omnibus orantibus diues est. Vnde possimus donari panes, non commodari petere. *Amice, da mihi tres panes.* Caietanus, *Quantumcumque quis affluat diuitijs, satis est ei cura de sibi subditis. Quantumcumque idem sit Dominus excusatur, si non affluat diuitijs vsque adeo, vt in omnes subditos possit effundere. Deus autem in omnes effundit, qui inuocant illum.* Haymo premit particulam, *In omnes, dum vnum,* inquit, *audit alterius precem non obliuiscitur; sed exaudit omnes.*

Diues Deus petentibus ostenditur dans omnia. Caietan.

22. Quonammodo diues in omnes, si aliquando tardat precanti respondere? Tardat, profiteor, sed petitionis minimè obliuiscitur. Nec eget libellis ad memorandum nouiés ad primum supplicem libellum deprecantis aures inclinat, & congruo tempore obsignatum restituit. *Recordatus quoque Dominus Rachelis exaudiuit eam, & concepit.* Gen. 30. Chaldæus, *Et venit memoria Rachelis* (quæ quidem dederat libellum pro filio) *in conspectu Domini, & suscepit Dominus orationem eius, & dedit ei, vt conciperet: Voluiole despechado el memorial.*

Oratio est libellus, quem nunquã Deus obliuioni cõmittit. Gen. 30. Chald.

23. Clamat Isaias, *Vidit Dominus, & aporiatus est, quia non est, qui occurrat.* Cap. 59. Pagninus, *Admiratus est, quia non est, qui oret.* Alij, Infirmatus est, quia non est, *qui oret.* Oleaster pulchrè, Infirmatus est, ceu lactis abundans nutrix, quæ si mammillas non exoneret, infirmatur. An non vidisti Dominum *præcinctum ad mammillas zona aurea?* Apo. 1. Præ onere quidem mammillas præcinctas gestat, ceu nutrix quæritans, qui orans lactis cœlestium bonorum recipiat abundantiam: *Infirmatus est, quia non est, qui oret.*

Instar nutricis nimio lacte laborãtis, Deus quasi infirmatur, dum non oramus. Isa. 59. Oleast. Apo. 1.

24. Cœlestis mercator clamat, *Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione.* Id est cœlestes diuitias orantes accipite. Ac si diceret, *Petite, & accipietis.* Luc. 11. Ad quæ Chrysostomus ser. de Moyse to. 1. *Optat dare, qui præcipit petere; beneficia ingerit, qui poscendi hortamenta exprimit; cupit largiri, qui desiderat postulari. Ille suadet, qui præstat; ille hortatur, qui donat; occasiones ille dandi exquirit, qui beneficia tribuere consueuit. Petite, inquit, quod vultis, & faciam, licet precibus mercari, quod optas. Quin & id licet sola voluntate, venite, emite absque argento.*

Optat dare, qui petere præcipit. Luc. 11. Chrys.

25. Propheta Regi Achaz, Pete tibi signum à Domino Deo tuo siue in profundum inferni, *siue in excelsum supra* Rex autem, Non petam, & non tentabo Dominum. At Propheta, *Audite ergo domus Dauid: Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter quod dabit Dominus, &c.* Isa. 7. Vndenam molestus Achaz Domino ostendebatur, qui nè molestus esset, à signi abstinebat petitione? An non vel amicus se molestia affectum ostendit cum intempesta

Molestus est Deo expetenti dare, qui non petit vel miraculorum patrationem. Isa. 7.

nocte

nocte panes postulauit amicus? O Regis imprudentiam! Si ad domum hominis precaturus accederes veteri potuisses nè molestus videreris. At qui à Domino inuitaris, vt signum petas, non molestus esses petendo sed abstinendo ab oratione Deo molestiam intulisti: *Quia molesti estis & Deo meo.* Theodoretus pulchrè, *Molestus diuiti parenti est filius, qui sibi necessaria à patre non petit.* Vel miraculorum patrationem expetit Deus te (si oportet) ab ipso postulare. Quam largiter exhibuisset precanti qui anxius dandi non precanti exhibuit? *Propter quod dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiet, & pariet.* Quod quidem munus omnium cœlestium donorum, ac miraculorum epilogatio est.

Theod.

26\. Olim *Rex Salomon dedit Reginæ Sabæ omnia, quæ voluit, & petiuit ab eo: exceptis his, quæ vltrò obtulerat ei manere Regio.* 3. Reg. Vatablus *Omnia, quæ voluit,* id est, *Omnem voluntatem suā, & quidquid petiuit* Rex ne terræ tam magnificus orationi respondet? Profectò id gessit Salomon verum exprimens Salomonem. Strabus. *Pacificus noster Ecclesiæ suæ omnia, quæ petierit, dabit. Vnde Ioan. 15. Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Et non solum dat, quod ab eo petitur, verum etiam quæ humana fragilitas aut nescit, aut non præsumit petere, gratuito munere largitur.* Vnde LXX. *Præter ea, quæ dedit ei, secundum manum Regis.*

Petenti dabat Regina seu Ecclesia dat verus Salomon quidquid petit, præter ea quæ vltrò dat manu Regia.
3 Reg 9.
Strab.

27\. Fatur David, *Introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis.* Psal. 99. Oratis? hymnos orationis profertis ex corde? Haud necesse vobis pulsare, illico potestis apertum inire ostium. Cato ait, *Atrium significat partem domus, in qua prisci pecunias, & cætera pretiosiora seruabant. Vnde serui Atriales, quibus tanquam honoratioribus earum rerum custodiam committebant.* Si orantes acceditis, introite atria, thesauros cœlestes vobis adscribite. Omnia in manibus orantis collocantur. Qui inter candelabra aurea *vestitus podêre* adspicitur orationi dans operā est, quia vestimentum illud exorātis. Hic quidem *habebat in dextera sua septem stellas,* Apoc. 1. Qui orat cœlum habet in manu, omnium Dominus est, sine seruorum Atrialiū obstaculo potest thesauros cœlestes possidere.

Oranti reseratur atrium, vbi Dei diuitiæ.
Psal. 99.
Cato.
Apo. 1.

OBSERVATIO III.

Ad illa verba;

Et ibit ad illum media nocte.

Pergens media nocte amicus ille aptè ad petendum describitur.

Vt ex silentio nocturno orationis necessaria exponatur attentio.

28\. CVR nocturna hæc exprimitur deprecatio, & non potius diurna? Respondet Ambrosius apud Saa. *Decemur noctibus orare. Media nocte inquit David, surgebam, ad confitendum tibi: non timuit excitare dormientem, quem sciit semper vigilantem.* Et quare Rex media nocte surgebat, nisi vt attentius posset deprecari?

Ambros.

Ait Salomon. *Inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret.* Eccl 38. Qui præparat se ad orationem cor requirat, à terrenis curis abstrahat, & recludat; quia oratio oculorum ac cordis requirit attentionem sponsus auditurus dilectæ preces, *Ego dormio* (ait) *& cor meum vigilat.* Cant 5. Augustinus lib. de Orat. Dom. *Si sponsus vel dormiens oculis, corde vigilabat: sponsa quid si vigilet oculis, dormiat corde: aut fortè oculis, & corde dormiat?* 29.

Qui orat cor suum quærat, & inueniat.
Eccl 38.
Cant. 5.
August.

Anna orandi causa Templum iniuit. *Cum illa multiplicaret preces coram Domino.* 1. Reg. 1. legit Chrysostomus. *In conspectu Domini;* & adiicit appositè, *Omnes quidem oramus, sed non omnes in conspectu Domini, In conspectu Domini orat, qui orat, vnde quaque colligens suam mentem, nihil habens cum terra commercij, sed ab ipsum Deum totus commigrans, omni cogitatione humana ab animo depulsa.* 30.

Annain conspectu Domini, seu attentè orabat.
1. Reg 1.
Chryso

Preme Davidicum carmen illud: *Ad ipsum ore meo clamaui.* Psal. 65. Videtur illa particula: *Ore meo* redundare. Si clamabat. Quare igitur addidit, *Clamaui ore meo?* Certè Aristoteles asserit, *vocem signum esse earum quæ in anima sunt, passionum.* Si dum oras, dum apud Templum canis animus foris negotia versat: vox, qua oras, tua non est, cum tuas conceptiones, & animi non referat affectus. Ille sua voce clamat, qui consona voce cordi precatur. Campensis. *Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea, & continuo animus meus linguæ eius beneficio respondens, laudibus extulit illum.* Augustinus. *Hoc est exultare sub lingua, id, quod loqueris, intus cogitare.* 31.

Ore suo voce propria orat, qui attentè precatur.
Psal. 65.
Camp.
August.

Daniel, *Posui faciem meam ad Dominum meum rogare, & deprecari.* Cap. 9. Hebraice, *Ad quærendum orationem, & deprecationem.* An amissa erat oratio, vt deberet illam quærere? Indicat se orationi ea vacare cura, quæ decet eum, qui pretiosum aliquid requirit amissum. Lyranus, *Posui faciem meam, id est, totam attentionem meam, vt orarem.* Sic *Anna* Samuelis mater *loquebatur in corde suo tantùmque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur.* 1. Reg. 1. Non mouebatur caput, aut oculi hùc illùc sed tantum labia, quorum vox *penitus* ne cæteris orantibus impedimento esset, *audiebatur.* 32.

Tota attentio in oratione collocanda.
Dan. 9.
Lyran.
1. Reg. 1.

Facile, inquis, cogitatio distrahitur. Procurandum tamen cogitationis particulam ad Dei proferendas laudes adhærere, & amissam quærere, Dominoque præsentare; nè sine attentionis reliquia vox insonet orationis. Ideo David., *Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.* Psal. 75. Rupertus pulchrè exposuit, *Si primitiæ cogitationis infestæ fuerint, saltem reliquiæ diem festum agant,* Hoc est, Si initio non ita attenti Domino præsentamini, saltem post aduertentiam, reliquias cogitationis orantes, offerte. 33.

Si distraheris, cura, vt reliquiæ cogitationis ad preces adhæreant.
Psal 75.
Rupet.

Quæritur Iobus, *Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum.* Cap. 17. Hebraice, 34.

Cogitationes hæreditariæ

Hæredi

cor, dum ab oratione distrahunt. Iob. 17 Chrysost.

Hæreditantes cor meum. Quasi mortuo corde cogitationes totum animi thesaurum possidetem Exprimit Chrysostomus hom. 16. in Mat. hominis cladem ex defectu attentionis in oratione. *Curuasti quidem genua, sed mens tua foris vagatur: corpus tuum intus, sed sensus foris: os quidem loquebatur, sed mens vsuras cogitabat, possessionum redditus supputabat, dsferspcionem domorum videbat, amicorum verba voluebat, negligentias intuebatur famulorum, mulierum speciem considerabat.* O cogitationes cor hæreditantes, quod ostenditur deperuisse.

Si cor te derelinquit, voce solarare non potes. Psal. 39. 2 Reg 7. August.

35. Alibi Vates, *Cor meum dereliquit me.* Psal. 39. *Inueni cor meum, vt orarem ad te.* 2. Reg. 7. Non possum ô Domine aufugiente corde precari. At cum operante auxilio tuo, cor inueni, orationi studere intendo. Pulchrè Augustinus ad Psal. 85. *Inuenire se dixit cor suum, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi quasi fugitiuum, & non posset comprehendere, & clamare ad Dominum: Quoniam cor meum dereliquit me.* Cur non potes ad Dominum clamare si te vox non deseruit? Certè quia vox sine corde precibus est inepta; quia cordis attentio est orationi necessaria.

Sine fructu orat, cum sola lingua orat 1. Cor. 14. Chrys.

36. Hinc Paulus, *si orem lingua, mens mea sine fructu est.* 1. Cor. 14. Pende particulam, *si orem lingua.* id est, lingua tantum, corde abscedente. Chrysostomus. *Diabolus scit, quoniam in tempore orationis grandia postulamus, & sæpius impetramus: impedire festinat improuidas mentes, & cum venimus ad orationem cogitationum cor opprimunt nobis, vt id auocent, & sine fructu vocem efficiant.* Pulchrè.

Orans est arcus, si non sit attentus, non poteris dirigere sagittã. Psal. Ephr.

37. Audi rursum Dauidem concinentem *Posuisti vt arcum æreum brachia mea.* Psal... Orantis eleuatæ manus arcus obiiciunt speciem hostem vulneraturi. Profectò ad sagittæ immissionem requiritur oculorum, seu mentis attentio: *No se hace sin mucha attencion la punteria.* Appositè D. Ephrem Doct. de pan. spir. *Si inter orandum animum vagari permittas, eris velut qui tenet quidem arcum, verum sagittam contra aduersarium dirigere nequit, illam in vanum nulla intensione emittens.*

Promisit Deus oraturo Hebræo securitatem vt attente exoraret. Exod. 34. August.

38. Pergentibus Hebræis in Templum oraturis Deus. *Nullus insidiabitur, ait, terræ tuæ, ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno* Exod. 34. Cur extra domum promittit Deus Israelitis securitatem? Crediderim, vt cum orationis litarent sacrificium mens posset sine vlla distractione vocem comitari. Augustinus q. 161. in Exod. *Hoc vult Deus intelligi, vt securus quisque ascenderet, nec de terra sua sollicitus esset Deo promittente custodiam.* Vbi nos legimus, *Nullus insidiabitur terræ tuæ,* Hebræus posuit, *Nullus concupiscet terram tuam.* Tantum aberit, *vt quis audeat res tuas diripere, vt nec eas quidem tunc temporis concupiscat.* Sic Abulensis. Perficit Cyprianus relatus c. Quando autem de cons. d. p. *Quando stamus ad orationem, inuigilare ad preces toto corde debemus. Cogitatio carnalis hominis, & secularis abscedat: nec quidquam tunc animus aliud, quam id solum cogitet, quod precatur.*

Abul. Cypr.

***

Observatio IV.

Ad illa verba:

Commoda mihi tres panes.

Tres panes petit & amico, & famulo amici, & sibi quidem, qui à cœna abstinuerat.

O quam aptè ad orationis efficaciam se ieiunio munierat!



39. Vidimus ex Bernardo tres panes petiisse amicum exorantem venienti *amico, vxori, ac mancipio.* At ex aliorum mente asseruimus amico, famulo amici, ac sibi ipsi panes tres postulasse. Quod si requiras, cur sibi panem integrum postularet, si ad vrbanitatem sufficeret ex amici cœnantis pane particulam degustare? Respondebo mystica hæc. Vnde contemplor amicum ad cubiculum se recepisse ieiunum, vt quandam ad orationem posset aptam præparationem præsignare; quia certè ieiunium optima est ad preces dispositio.

Bernard.

40. Dauidem præmitto, *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes, dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus?* Psalm. 41. Ac si diceret, cum contemplationi, seu orationi operá daturus essem, à pane materiali abstinebam, lacrymarum vescens annona. Porrò ieiunium efficit preces efficacia vigere. Saluianus lib. 2. de Guber. Dei sic oraturum describit Dauidem: *Gemmas Regias abdicat crepitantia auro textilis indumenta deponit, purpura exuitur, diademate exhonoratur, cultu, & corde mutatur: totum Regem cum ornatibus suis abiicit, prouidum pœnitentem cum patrocinio ambitiosi squaloris assumit.* Quid plura? An potest sacco & cinere ornatus ad Dei conspectum oraturus accedere? Addit pulchrè Doctor, *ieiunio exigitur, ariditate siccatur.* Profectò oratio quæ cum patrocinio squaloris, ac ieiunij accedit ad Dominum, ambitiosa est, quia ambit cunctos cæli thesauros; ac honores acquirere ieiunij confidentia.

Oraturus Dauid à cibo abstinet. Ps. 41. Salu.

41. Cum Ionas Vrbi Niniue prædicauit exitium, *crediderunt viri Niniuitæ in Domino, & prædicauerunt ieiunium, & sic clamauerunt ad Dominum in fortitudine.* Cap. 3. Quonammodo clamant in fortitudine, si ieiunio corpus debilitate afficiente, vox gracilior redditur? Profectò quia quo gracilior ex ieiunio vox, eo fortius in Numinis conspectu insonat. Liceat vulgariter exprimere: *El ayuno nos da brio, para hablar alto en la oracion:* Strabus ad hæc, *Inanis venter Deum fortius deprecatur.* Cur non dixit, *Vox, seu animus ieiunantis, seu ventrem inanem habentis,* sed, *inanis venter?* Proculdubio quia tam apta ieiunium ad orationem præparatio,

Salutaris Niniuitis prædicatio ieiunij ante orationem. Ion. 3.

Strab. Inanis ipse venter clamat.

tatio, vt vel venter ipse vacuus possit quodammodò deprecari.

42. *Diebus ieiunij non colligabatur orationi pax, quia ad eius efficaciam ieiunium suffi ciebat?* Tertul. Cerda.

Fatur Tertullianus lib. de Orat. Cap. 14. *Alia iam consuetudo inualuit, ieiunantes, habita oratione subtrahunt osculum pacis, quod est signaculum orationis. Quando autem magis conferenda pax est, nisi cum oratione commendabilior ascendit, vt ipsi de nostra operatione participent, quam auderent de sua pace fratri transigere?* Profectò orationem in communi habitam sequebatur mutuum pacis osculum inter fratres. Addit apposite Cerda Magister meus, *Nisi in publicis ieiuniorum diebus, tunc enim contenti oratione, discedebant, non dato osculo.* Si commendabilior ascendit oratio, cum pacis osculo fratres amplius colligantur: quare ieiunij publici diebus orantes fideles ab osculo abstinebant? Certè quia cum oratio ieiunij præparatione offertur, haud alia indiget roborante virtute; oratio enim ieiunantis validissima plane ad quæque difficilia impetrandum.

43. *Ieiunium & preces omnia impetrant.* Tertul. Cerda. Chrys.

Preme illud. *Ieiunantes, habita oratione* O quam optima consuetudo, ieiunare, vt ad orationem animus præparetur, velociorque ieiunij alis ascendat oratio! Ipse Doctor lib. adu. Psych. Cap.10. *Statio pinguiorem orationem Deo immolat.* Quid statio? Cerda exposuit. *statio ibi est ieiunium.* Chrysologus Ser.43. *Quod oratio pulsat, impetrat ieiunium.* Quia tantam efficaciam orationi addicit, vt quasi preces à ieiunio prodirent, dicatur ieiunium impetrasse. *Qui orat, (* addit *) ieiunet; qui ieiunat, misereatur, audiat petentem, qui petens optat audiri.* Commendat Doctor illud ieiunium, quod cum misericordia colligatur, dum quod superat ex ieiunantis cibo pauperibus impenditur. Et Nazianzenus Orat.5. *Ieiunia & preces,* nihil non impetrant.

Nazian.

44. *Oratio alitur à ieiunio vt viribus eundus ad impetrandum.* Tertul.

Audiendus idem Tertullianus lib. de Pœn. Cap. 9. *De ipso quoque habitu, atque victu mandat, sacco, & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum mœroribus deiicere: illa quæ peccauit, tristi tractatione mutare. Cæterùm pastum, & potum pura nosse, non ventris scilicet, sed animæ causa; plerumque vero ieiuniis preces alere, ingemiscere, lacrymari, & mugire noctes, diesque ad Dominum Deum tuum.* Pende particulam. *Ieiuniis preces alere.* An orationes pueruli instar, infirmæ, nisi ieiunij vberibus admoueantur? Cerda pulchrè. *Nota acumen. Quæ alit fœmina, esse debet cum succo: non sic in negotio spirituali; abstinentia quippe, quæ macra & tenuis, altrix est tamen orationis.*

Cerda.

45. *Commilitat cum oratione ieiunium.* Chrys. Rufin.

Chrysostomus hom. 3. ad Popul. ieiunium dicit esse cooperans ad preces, ac velut vnà cum precibus compugnans, *Ieiunium*, inquit, *commilitans cum hac pulchra legatione.* Vbi per legationem intelligit preces, quas ad Deum mittimus. Rufinus Aquileiens. lib.3. de vitis Patr. *Nisi tu ipse laborem assumas in ieiuniis, & orationibus multis, cum gemitu deprecans,* Lacrymæ non sufficiunt? Certè & oratio & Lacrymæ mirum in modum præmisso ieiunio roborantur. Chronicon Hirsaugiense, *Ieiuniis, & orationibus, adiuuari possumus.* Quia quoddam *dæmoniorum genus* non expellitur *nisi in oratione & ieiunio.*

Chron.

De Ioannis Baptistæ ieiunio Marcus ait, *Et erat Ioannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius, & locustas, & mel siluestre edebat.* Cap.1. Siluestri melle (vti Doctores asserunt) semel in die vescebatur? Infert pulchre Cyrillus Ierosolym. Cat.3. Ergo *locustas* video *manducantem, & mel siluestre: & alas parantem animæ.* Ieiunium enim orationem alleuat ad volatum. 46.

Ieiunij Ioannis alæ ad orationem. Ioan. Cyril. Ierof.

Vndè sponsus, *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris* Cant. 3. Hieronymus *Ex tenuatis, ait, Disciplinis*, ideo sponsæ oratio in speciem virgulæ fumantis ascendit. Extenuata? Ita quidem, quià ieiuniis orationis volatus præparatur. *Locustas manducantem, & alas parantem* Cerda illustrat cogitationem. *Quæ Ioannis locusta, nisi cibus adeo tenuis vt merum sit ieiunium. Quæ ista ala nisi ipsissima oratio?* 47.

Oratio sponsæ alis ieiunij ascendit. Cant.3. Cerda.

OBSERVATIO V.

Ad illa verba:

Et ille deintus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, &c.

Primò clamanti Dominus illicò respondit amico, nec enim Israëlis custos dormit.

Docemur, citissimè Deum orationes nostras exaudire.



MAROSIVS. Amicus ille postulans panes, *non timuit excitare dormientem. quem scit semper vigilantem.* Vix primum clamorem emisit, cum Dominus è cubili respondit. Haud præmisit manus pulsantis ictus, accedit ad ostium, & illico inclamat: *Amice, commoda mihi tres panes.* Dominus autem non interrogat, Quis clamitat? sed incunctanter respondet; vt innuat citò exaudire, & (nisi oportuniùs differendum sit munus) mox effectu responderet. 48.

Ambrof.

Ex Prophetæ ore Deus. *Plorans nequaquam plorabis: miserans miserebitur tui; ad vocem clamoris tui statim vt audierit, respondebit tibi.* Isa. 30. Duplicem preme particulam: *Plorans nequaquam plorabis*, & *Miserebitur tui.* Tu vnicum gemitum, aut preculam singularem profundes, Deus autem tibi duplicato miserationis affectu, ac effectu, respondebit. Vt audiaris, non erit tibi opus semel & iterum pulsare, inclamitare. Vix primam exprimes orationis syllabam, & ille deintus respondebit. Anselmus, *statim, vt audierit respondebit. magis re quam voce.* 49.

Bis non petes (si oporteat) illicò consequeris semel orans Isa.30. Ansel.

Alibi Vates, *Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam.* 50.

Ante quam clamet, exaudit Deus.

Isa 65. *diam.* Isa. 65. Quonammodo antequam clament, exaudit ? Dum secum ipsi deliberant de postulandis muneribus, priusquam ora apetiant, exaudiam. Ideo Dauid, *Domine, labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.* Psal. 50. Psalm. 50. Postulas tibi, ô Rex, os aperiri: Quonammodo, precor, labiis clausis? Certè iam Deus priusquam ille aperiri os precaretur, iam respondens Dominus aperuerat.

51. *Desiderium intendentis orare audit, & respondet ei.* Psal. 10. Symmach. Exod. 14.

An non id carmine Dauid expressit? *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Psalm. 10. An ô Domine, erectis auribus auscultas ipsam cordis præparationem, seu primum animi postulaturi motum? Symmacus, *Propositum cordis eorum audiuit auris tua.* Vix Moyses genu flexerat, cum Dominus profatur: *Quid clamas ad me?* Exod. 14. En præparationem cordis oraturi iam Dominus audierat. *Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti iniquitatem peccati mei.* Psalm. 31. Vbi Augustinus, *Nondum orationis confessio in ore erat, sed auris Dei iam in corde erat.* Se oraturum ait, & iam suam remissam iniquitatem profitetur.

Ps. 31. August.

52. *Promptitudo Dei ad subueniendum oraturo.* Exod. 25.

Propitiatorium duo Cherubim expansis alis vndequaque tegebant. Exod. 25. Cur alas haberent expansas, si non volantes sed stantes exprimuntur? An non ante Propitiatorium homines oraturi accessuri erant? Ergo super Cherubim Dominus ascensurus vt hominum precantium occurrat egestatibus, præparatos iubet Cherubinos ostentari; vt super alatos cursores non solum curreret, sed volaret. Sed cur tegi vndequaque Dominus in Propitiatorio voluit? Certè vt si aliquando non illicò respondere oporteat, possit (liceat sic exponere mentem meam) sine rubore abscondi.

Tegitur alis Cherubinorum, vt rubore non suffundatur abnegans?

53. *Veretur, aurora ruborem differentis aperiri?* Gen. 32. Ose. 12. Thom.

Cogitationem illustro lucta Iacobi. Cum Iacob luctam iniret, aurora ascendere cœpit imperfectum lumen explicans. *Dimitte me*, (inquit Deus) *aurora est.* Gen. 32. An non lucta illa precibus gerebatur? Oseas, *Fleuit, & orauit.* cap. 12. Cur ergo aurora ascendente curat Dominus à lucta recedere? D. Thomas, *Loquitur admodum Domini, seu viri maturi, & honesti, qui erubescit videri luctari, vel aliqua sibi non condigna agere.* Quidnam quæso, ante Dei maiestati quodammodo indignum? Certè produxisse luctam orationis Patriarcham, quia Dominus non illicò precantem benedictione donauit. Haud aliter apud Propitiatorium Deus curat operiri Cherubinorũ pennis, vt si quando oporteat differre munus quod petimus, haud rubore suffundatur. O exaggerationem vix Dei velocitatem ad exaudiendum exprimentem!

54. *Nunquam Deus non exaudit orant.* Iob. 30. Caiet.

Conqueritur Iob; *Clamo ad te, & non audis me: sto, & non respicis.* cap. 30. Si non exaudit Deus, quare tuas ei querelas exponis? Profectò, qui crederet Deum surdum ad preces, non emitteret orationis instantiam. Caietanus. *Illud, non audis me, eximiam quandam erga Deum charitatem ostendit. Sic enim loquitur, quia à Deo se credit audiri. Neque enim, si non audiretur, surdo narraret suas ærumnas.*

55. *Quasi seruus orans ait: Ecce adsum.* Isa 58. Thom.

Audi Prophetam, *Inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Adsum.* Isa. 58. Ad quæ Doctor Angel. Opusc. de Beatitudin. cap. 2. *Ita Deus curam gerit animarum, vt videatur seruus emptitius singularum. Ingredientis igitur ad orandum, vt primum tintinnabulum orationis audit, accurrit. Prope est enim Deus omnibus inuocantibus eum.* Psal. 144.

Meritò Christianorum fælicitas sententia illa commendatur; *Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.* Deut. 4. Onkelus, *Quis est populus magnus, cui Deus ita appropinquet, vt suscipiat orationem eius in tempore tribulationis: sicut ipse Dominus Deus noster in omni tempore, quo nos oramus.* O magnam populi magni fælicitatem Deum ad exaudiendas preces nunquam non præparatum habere! *Et dicet, Adsum.* 56.

Christianorũ fælicitas habentium Deũ paratum ad audiendum orantes. Deut. 4. Onkel.

Ait Paulus, *Spiritus postulat pro nobis gemitibus.* Rom. 8. Communiter exponitur, Postulare nos facit instanter, affectuose: Petite, orate, precamini. Donum ergo parauit antequam postulemus qui nos tam instanter excitat ad orandum. Expressit Chrysologus ser. 71. premens particulam Dominicæ orationis: *Pater noster. Cum Patrem postulat, multa prece filius non laborat; sicut enim petere cogit necessitas genitum, ita vrget charitas dare genitorem.* 57.

Rogas, vt petamus? Audire curas, & de more paterno vrgeris ad dandum. Rom 8. Mat. 6. Chrys.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Et ille si perseuerauerit pulsans, dico vobis, propter improbitatem eius surget, & dabit.

Si Deus amicus, si Pater; quare differt necessarios panes largiri petenti,

Profectò vt perseueret orans, quia mirum in modum nostris orationibus delectatur.

STRABVS aiebat, *Non aufert spem impetrandi, sed vehementius accendit desiderium orandi, ostensa difficultate consequendi.* Quare orandi desiderium curat accendere? Certè vt diuturnitas orationis nostræ voluptate perfruatur. Ideo sponsus, *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis.* Cant. 2. Chaldaicè, *Quoniam vox tua suauis est in oratione.* Ergo differt aliquádo respondere effectu, vt amicus instet: *Si perseuerauerit pulsans:* Deumque diutius precum demulceat voluptate. 58. Strab.

Audi Dominum profitentem, *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Cant. 4. Vbi tres Patres asserunt allusionem fieri ad simul orantium concentum, qui præ dulcedine Dei cor abripit. Symmachus, *Excitasti mihi cor.* Hebraïcè, *Transfixisti cor.* Lxx. *Stupefecisti cor meum.* Pagninus, *Abstulisti cor meum.* Alij, 59.

Oratio Dei præcordia excitat, transfigit, stupefacit, aufert, fascinat suauitate. Cant. 3. Tres Pat. Pagni.

Alij, *Fascinasti cor meum* Qualis orationis musica, quæ Dei præcordia dulciter *transfixit* · *rapuit*, vt nulli penè alteri negotio quam orationi ipsi quodammodo valeat intendere, veluti ad alia omnia *stupidus* : *fascinauit* poculo veluti amatorio: *rapuit*, *abstulit* cor, siue ex visceribus suauitate auulsit.

60. *Deus aures infixa in orationibus nostris, vt delectationem concentus capiat.* Psal.85. August. Psal.33.

Hinc Vates, *Auribus percipe Domine, orationem meam.* Psal.85. Augustinus, *Auribus infige, Domine orationem meam.* Hugo Card. *Quasi diceret, præ dulcedine, & gustu, non solum suis in auribus nostras infigit orationes; verum etiam nostris in orationibus suas ambas infigit aures.* Ideo Psal. 33. *Aures eius in preces eorum.*

61. *Tam grata Deo orationis musica, vt vel dulcis existat præparatio, aut temperatio instrumenti.* Psal.9.

Vis ostendam quam grata Dei auribus orationis musica? *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Psal.9. Non possum exponere acutè, nisi liceat vulgari vti idiomate. *Gusta tanto Dios de la musica de la oracion, que aun el templar le agrada : Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Molestissima omnibus instrumentorum præparatio, seu temperatio Deo est iucundissima. Cui præparatio iucunda est, an particulam hymni contemnet?

62. *Rursum facit Deus recitari hymnos orationis nostræ, vt sapiat voluptatem.* Tob.3.

Concinunt Tobias & coniux Sara. *Eodem tempore exaudita sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei, & missus est Angelus Domini Sanctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.* Tob.3. Preme particulas; *Exaudita sunt preces amborum, & sunt orationes in conspectu Domini recitata.* Semel audiuit Deus preces coniugum, & rursum sunt ab Angelis in Dei conspectu recitatæ: Sic quidam Interpres. Cur sæpe curat Deus preces effundi, nisi quia dulcissimè hymnus eius in auribus personarat?

63. *Maturat Dauid vigilias, vt Deum demulceat.* Ps.76.

Ideò Dauid, vt Deum demulceat vigilias studet maturare. *Anticipauerunt vigilias oculi mei.* Psalm.76. Vbi Hieronymus, *Antequam aliquis vigilaret, ego vigilabam, sciens, quam delectaris oratione: ante omnes surgebam, ad te laudandum.* Hebraicè, *Tenuisti custodias. Id est palpebras oculorum meorum.* Non es passus, vt, somno oculos meos claudente, differrem te orationis carmine demulcere.

64. *Excitat nos Dominus ad orandum.* Marc.6. August.

Quid mirum, nos excitet ad orandum vigilantes, si excitare curet dormientes? *Erat nauis in medio mari, nauicula autem iactabatur fluctibus.* Marc.6. Discipuli magno in discrimine versabantur, Dominus autem, qui apparuerat, *volebat eos præterire.* Proh Magistri pietatem! Vis à Discipulis abstrahi sine tua præsentia perituris? Profectò non vult discedere, sed cupit Discipulos exorare: *Et clamauerunt.* D. Augustinus, *volebat præterire, vt clamorem elicerent, cui subuenire oporteret. Domine siste, veni, adiuua nos.*

65. *Ex Abele orante Deus voluptate afficiebatur.* Gen.4. Psal.101. Aquil. Symmach. Chald.

Olim *respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* Gen.4. Ad Abel, & ad munera? An non sufficeret expressisse Domini respectum ad munera? Cur addidit, Ad Abel? Quia licet ex agni oblatione Deus delectabatur, *plus delectationis ex ipso Abele orante* (sic grauis interpres) capiebat; respiciens vtique orationem humilium. Psal.101. Vnde Aquila transtulit, aut exposuit. *Respexit Dominus ad Abel*, id est, *consolationem accepit*, Symmachus, *Delectatus est.* Chaldæus, *Audiuit cum beneplacito.* Tanta exaudit Deus voluptate orationes fidelium, vt sese quodammodo ab omnibus alijs muniis expediat, vt vni intendat orationi. Vnde nunquam non ad id expeditus, ac paratus adstat. Chrysostomus ad Psal 4. *Non assistit miles, qui expellat: vel satelles, qui tempus interrumpat: non est, qui dicat, Non est tempus audiendi, veni post ea, sed quando veneris, stat audiens, etsi tempore gaudij, etsi tempore cœna, etsi nocte intempesta, semper eum potes interpellare; neque opus ianitoribus, qui te introducant.* Chrysost.

66. *Præmium oranti, & petenti dat Deus, ac si oratio beneficium Dei esset.* Mat.6. Chrys.

Quid si beneficium reputet Dominus in se collatum esse, cum exoramus? Si orantibus præmia largiatur? *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Matt 6. Quid reddet? Certè munera ob officium orandi. Tanta orans Deum voluptate perfundit. Chrysostomus pulchrè. *Quisnam Princeps pecuniam exoluit ei, qui se rogat, ac supplices libellos porrigit? Quin summo beneficio ducit, ad ipsam audientiam, si possit, admittit?* O Deum precum adeò amantem, vt reddat ei, qui se rogat! *Et Pater tuus reddet tibi. Ac si ipse beneficium non faceret, sed acciperet.*

67. *Nullum non opportunum tempus ad Deum, qui semper precibus nostris delectatur.* Exod.8. Strab.

Pharao ad Moysem, & Aaron, *Orate Dominum, vt auferat ranas à me, & à populo meo.* At Moyses, *Constitue mihi, quando deprecer pro te.* Exod. 8. Rex ne debet assignare deprecationis tempus? An non potest timere, ne Deus è superis proclamet, *Noli mihi molestus esse*? An non aliquod Deo tempus importunum? Nullum planè, qui nunquam non est paratus, vt orationis suauissimo concentu potiatur. Strabus Fuldens. *Constitue tempus, vt nostra oratione, non fortuito casu intelligantur ranæ recessisse. Constitue tempus, vt quocunque tempore nos orare volueris, intelligas vim orationis, noueris que Deum semper paratum, vt exaudiat.*

Observatio VII.

Ad illa verba:

Propter improbitatem eius, surget, & dabit quotquot habet necessarios.

Licet importunè amicus accessit, tamen propter instantiam precum ei panes necessarij sunt traditi.

Docemur orationis ineffabilem efficaciam.

Cesserat ille nocte intempesta, cum iam amicus se fortuno tradidisset, cum iam famuli cubiculo claudebantur, cum necessarium erat è lecto respondere: postulat tres panes mox tradendos, vel amicus se molestia profitetur affectum: *Noli mihi molestus* 68.

lestus esse. Porro perseueranti traduntur necessarij panes O orationis efficaciá! Precum vi omnia tuæ patent voluntati, nihil precantibus difficile.

69. *Oratio Eliæ clauis cœli ad difficilia quaque, claudit, & aperit.* Quid difficilius, quam hominem passibilem leges naturæ præscribere? De Elia Iacobus ait, *Elias homo erat similis nobis passibilis. Oratione* autem *orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex.* Iac. 5. O miram orationis virtutem, quæ veluti cœli clauis, claudit, & aperit, ex mente Chrysostomi. Concludit Apostolus *Rursus orauit, & cœlum dedit pluuiam. Multum valet deprecatio iusti assidua.* Græce, *Efficax.* Ex assiduitate efficax deprecatio. Quia sicut amicus obtinuit, quod rursum deprecatus est, Eliæ oratio assidua, efficax ostentatur, dum clauis in morem cœlum aperuit, *Oratione orauit, vt non plueret, & non pluit*; clauem inuertit, *& rursus orauit, & cœlum dedit pluuiam.*

Iac. 5.
Chrys.

70. *Oratio transmutare potest elementa.* Orans elementa transmutare potest. Sapiens ait, *In se enim elementa dum conuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonum custodiunt; agrestia enim in aquatica conuertebantur: & quæcumque erant natantia, in terram transibant; ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur.* Sap. 19. Hæc omnia mira prodigia in Ægypto dicuntur effecta, vt fit organi sonus. Cur organi magis, quam alicuius alterius instrumenti? Acutus Interpretes, quia flatu fit organi sonus, hoc est suspiriorum, orationumque populi Deus ipsa immutabat elementa. An non orans Iosue solem fecit consistere? Ios. 10.

Sap 19.

71. *Deum immutabilem mutat oratio ex leone in Agnum.* Parum esset, oratione elementa mutari, si non quodammodo immutabilis mutaretur. *Vidi*, ait Ioannes, *ostium apertum in cœlo, & in dextera sedentis supra thronum librum.* Plorat Euangelista, quod nullus dignus librum aperire inueniretur, & ab vno de senioribus audiuit: *Ne fleueris ecce, vicit leo de Tribu Iuda aperire librum.* Lacrymas Ioannes abstergit oculos eleuat, vt leonem aspiciat. *Vidi & ecce Agnum tanquam occisum* Apoc. 5. Leo ne horribilis mitem est mutatus in agnum? Ita plane. Vndenam tam admirabilis immutatio? Profecto ex oratione. *Habentes singuli phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum.* Gregorius lib 1. Dial. Cap. 5. asserit Constantinum quendam aquam vi orationis in oleum conuertisse *Perpende, Petre, cuius meriti vir iste fuerit, qui necessitate compulsus oratione elementi naturam mutauit.* Quam augustioris meriti qui leonem mutauit in agnum!

Apo. 5.
Gregor.

72. *Oratio quodammodo Deo ipsi dat Deum esse, dum ex oratione quasi Diuinitatem accipere asseri videtur.* Miraris orationis efficaciam? Quid si asseruero orationem Deo ipsi quodammodo Deum esse tribuere? Dauid cecinit, *In quacumque die inuocauero te, ecce cognoui, quoniam Deus meus es.* Psal. 51. An non prius cognoscebas? Agnoscebam vtique, sed dum oro, non tam cognosco, quam declaro, Deum esse Deum. Cognoui, id est, cognoscere feci. *Nunc cognoui, quod timeas Dominum.* Gen. 22. Id est, nunc cognoscere feci. Qui simulachra finxère, quandonam Diuinitatis honorem eisdem dedère? An cum finxerunt? Minimè, sed cum supplices in eorum conspectu genua curuarunt. *Et curuatus est ante illud* (faber insipiens) *& obsecrauit dicens: libera me, quia Deus meus es tu.* Isa 44. Vnde cecinit ille:

Psal 51.
Gen 22.
Isa 44.

Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus
Non facit ille Deos, qui rogat, ille facit.

Iam cum Ioanne clamemus, *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & Diuinitatem.* Ibid. Nonne habebat? Planè. Sed seniores illi suis adorationibus, ac precibus eum Deum esse declarabant. Dignus est agnus, accipere Diuinitatem. Strabus pulchrè, *Per orationis confessionem.* Quia quodammodo Deus quam habet Diuinitatem, rursum per orationis confessionem videtur accipere.

Strab.

73. *Orantes humeris suis portant orbē quasi omnia Domini, Deū tenent.* Iob aiebat, *Sub quo curuantur, qui portant orbem.* Cap. 9. Quinam hi? Hieronymus, *Qui antè Deum per orationem curuantur, humeros periclitanti mundo submittunt.* Abraham suis humeris orbem portabat, Loth suam prouinciam, Moyses populum Israel. An humeris orantium orbis a calamitate securus? Rupertus *Fortis erat Abraham, quia ne læderetur orbis, fortissimū Dominū tenebat.* Aaron *preferēs seruitutis suæ* (id est curuationis aut orationis suæ) *scutū, restitit iræ, & finē imposuit necessitati.* Sap 18.

Iob 9.
Rupert.

74. *Peris orbis, si orantes conticescant, nec teneant Deū.* Conticescant orantes, mundum subuerti, necessum erit. *Ecce Dominator Dominus auferet à Ierusalem, & à Iuda validum, & fortem. & prudentem eloquij mystici.* Isa. 3. L.XX. *Auferam gigantem, & fortem, prudentem eloquij mystico.* Vatablus. *Prudentem oratorem validum, & fortem* L.XX. *Validum, & Validam.* Vatablus, *Fulcientem mundum virum, & fulcientem fœminam.* Quid aliud orantes viri, precantes fœminæ efficiunt, nisi omnia orbi terrarum beneficia impetrare, mundum fulcire, irascentem Dominum detinere, clamantem vique, *Dimitte me, vt irascatur furor meus*, Exod. 32. Chaldæus, *Intermitte deprecationem, vt irascatur furor meus.*

Isa 1.
Vatabl.
Exod. 32.
Chaldæus.

SECTIO SECVNDA.

Pater dans filio postulanti.

TEXTVS.

Vers. 9. ET ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis, 10. Omnis enim, qui petit, accipit; & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. 11. Quis autem ex vobis,

patrem

pattem petit panem, numquid lapidem dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpentem dabit illi? 12. Aut si petierit ouum: numquid porriget illi scorpionem? 13. Si ergò vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se?

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De orationis efficacia.

1. *Ad virtutes consequendas confert oratio.* Chrys.

PEtite, *& dabitur vobis.*] Chrysostomus hom 24. in Mat. *Non solum vos oportet studere virtutibus, sed ad tantum opus, diuinum inuocare præsidium. Veniet enim, atque aderit Deus, & nobiscum certamina ipsa tractabit, ac facilia cuncta perficiet. Propterea & petere præcipit Dominus, eisque se daturum, spopondit.* Exposita ergo parabola, instandum edocet orationi, vt quod cupimus, assequamur.

2. *Orationis necessitatem, & efficaciā verborum aceruatione exprimit.* August.

Petite, & dabitur: quærite, & inuenietis &c.] Vtitur verborum coaceruatione, idemque diuersis verbis exaggerat. Trium particularum colligatio idem significat, sed innuit interim, summo cum studio, ac vigilantia orandum esse Deum. Sic Augustinus lib. 1. Retract. cap. 19. *Operose tria ista, quid inter se differant, exponendum putaui, in libris de sermone Domini in monte; sed longè melius ad instantissimam petitionem omnia referuntur.* Sensum sic duxerim: *Petite* à Deo, quæ vobis opus sunt; *quærite* instanti petitione; fores Dei pulsate, ne desinatis. Ita quod petieritis, impetrabitis Druthmarus sic interpretatus est Mat. 7. *Petite animo, quærite verbis, pulsate operibus. Vel petite verbo, quærite operibus bonis, pulsate perseuerantia.* Item, *Petite fide, quærite spe, pulsate charitate.*

Druth.

3. *Conditiones adhibendæ sunt.* Thom.

Omnis enim, qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit; & pulsanti aperietur.] An simpliciter, & absque adiectione vlla huiusmodi propositio est intelligenda? Aliquas conditiones censuerim adhibendas. D. Thomas 2.2. q.83. a 15. *Ponuntur quatuor conditiones, quibus concurrentibus, semper aliquis impetrat, quod petit. Scilicet, vt pro se petat, necessaria ad salutem, piè, perseueranter.* Quid *piè*? Abulensis ad Mat. 7. q. 15. exponit, *Cum pietate, & latria.* His quatuor conditionibus addo fidem, fiduciam, humilitatem, charitatis feruorem, & similes. Oportet enim, orationem magno cum virtutum comitatu in cœlum conscendere. Euthymios, *Qui petit, nec accipit aut indignè petit, aut non perseuerat, aut tepidè petit.* D. Chrysostomus hom. 24. in Mat. *Duo adesse oportet oranti. Vt vehementer petat, & illa procul dubio, quæ petenda sunt* Basilius Const. Monast. cap 2. *Non impetrasti, quia non rectè petisti: videlicet aut dubitabundus, aut aliud agens, aut quæ tibi vtilia non erant futura. Quod si & quæ tibi erant vtilia, sæpe petiuisti; at perseuerantiam non adhibuisti.* Legendus Augustinus ad epist. 1. Ioa. Cap. 3. expendens verba illa: *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum & quidquid petierimus, accipiemus à Deo Quoniam mandata eius custodimus, & ea, quæ sunt placita coram eo facimus.*

Abul.

Euthym.

Chrys.

Basil.

August.

§. II.

De patre donante filijs petentibus.

QVis autem ex vobis patrem petit panem: numquid lapidem dabit illi?] A minori ad maius ducit Dominus argumentum. Si homines mali mala filijs abnegant, bona largiuntur: non ne id potius Pattem optimum Deum facturum est credendum? Patet igitur non mala, sed bona filijs impertit. Quidquid ergo Deus dat, qui Pater est, bonum nobis esse credamus, etiam si verbere vulneremur Chrysologus ser. 55. *Si Deum credis, & confessus es Patrem, quidquid intulerit, quidquid in te elegerit, crede tibi satis esse salutiferum. Sit licet paterni mandati species tristior, res tamen ipsa salutifera, & vitalis.* 4. *A minori ad maius ducit argumentum.* Chrysol.

Hinc expresserim, cur non dat Deus sæpe postulata. Non vult Dominus lapidem pro pane, serpentem pro pisce, scorpionem pro ouo impertiri. Mihi credite, honores opes, huiusmodique temporaria bona lapides sunt, non panes, quia animum non alunt, sed exedunt. serpentes, & scorpiones sunt, quia venenum cordi diffundunt. Abnegat hæc filiis cœlestis Pater eorum saluti consulens. Augustinus ad Psalm. 59. *Quis sanitatem non petat, cum ægrotat? & tamen fortè adhuc ægrotare ei vtile est: potest fieri, vt hic non exaudiaris: Non tamen exaudiris ad voluntatem vt exaudiaris ad vtilitatem.* Et ad Psal. 26: *Propitius Deus, cum malè amamus, negat, quod amamus; iratus autem, dat amanti, quod malè amat.* Animaduerte, ne lapidem, ne serpentem, aut scorpionem tibi postules exhiberi. Si Deus non dat, crede, serpentem dare nolle: si dat, ne donet iratus. 5. *Cur Deus abneget postulata.* August.

Mysticè contemplatur Augustinus lib. 2. quæst. Euang. Cap. 22. pane, ouo, pisce tres Theologicas adumbrari virtutes. *Charitas panis est propter maiorem appetitum, & tam necessarium, vt sine illa cætera nihil sint, sicut sine pane mensa est inops. In ouo intelligitur spes, ouum enim nondum est fœtus perfectus, sed fouendo speratur. Piscis intelligitur fides inuisibilium, vel propter aquam Baptismi, vel quia de inuisibilibus locis capitur.* Porro eidem Auctori pani opponitur lapis, pisci serpens, ouo scorpio. Nam pani, id est, charitati contrarius est lapis, siue cordis duritia; pisci, 6. *Quid panis, ouum, piscis mysticè.* August.

id est, fidei aduersatur tartareus serpens, illam deuorare cupiens; ouo, id est, spei inimicus est scorpius. Spes enim in ea tendit, quæ antè sunt: quæ retro sunt obliuiscitur; at scorpius cauda peteutit. Lege Chrysologum. Ser. 55. (Chrys.)

7. (*A terreno patre ad cœlestem ascēdit.*) *Si ergò vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se?*] A terreno patre ad cœlestem argumentatur, vt excitet orandi fiduciam. Si vos cum sitis peccatis infecti nostis filiis etiam non petentibus bona largiri: quid de Deo Patre optimo sentiendum? Quanto maiori munificentia eximia dona summa cum contentione postulantibus filiis largietur?

Spiritum bonum.] Non significat, Patrem datutum de cœlo spiritum; sed Patrem de cælo, seu qui in cœlis est, daturum spiritum. Quinam spiritus bonus? Spiritus sanctus est spiritus bonus, qui à Patre datur. Græce *Dabit* πνεῦμα ἅγιον, id est, *Spiritum sanctum.* Ergo supponit nos spiritum sanctum postulaturos, charitatem, humilitatem, aliaque spiritus Sancti dona. Augustinus ad Psal. 34. *Nihil magis vult Deus dare, quam se, si aliquid inuenies melius, pete.* 8. (*Quid significet Spiritus bonus*) (August.)

IN IESVM
CONCIONANTEM
PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS
CIRCA LITERAM.
EX PATRE DANTE PRECANTI FILIO

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Petite, & dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulsate & aperietur.

Edocet Dominus verborum accruatione, orationis instantiam, vt impetrare valeamus.

Perseueranti enim in precibus Deus cuncta largitur; sæpe autem non consequimur quia non perseueramus.

9. (Basil.) ÆPE saluti vtilia petimus, nec tamen consequimur. Quid causæ? Non sufficit salutaria petere, ouum aut panem postulare, si perseuerantia desit. Recolo Basilij in Comment. citari sententiam. *Non impetrasti, quia non rectè petisti; videlicet aut dubitabundus, aut aliud agens, aut quæ tibi vtilia non erant futura. Quod si & quæ tibi erant vtilia, sæpe petiuisti; at perseuerantiam non adhibuisti.* Ideo Dominus replicat verba, *Petite, quærite, pulsate*; vt innuat orationi instandum eis, qui cupiunt postulata impetrare. Aptè Chrysologus Ser. 39. de eo qui media nocte importune surrexit, vt tres panes peteret ab amico, *O quam negare noluit* (ait) *qui sibi etiam negaret, qualiter extorqueretur ostendit.* (Chrys.)

10. Elias, qui vt clauderet cœlum citò fuerat exauditus, vt aperiret, & pluuiam obtineret, orauit primò, & non impetrauit. *Pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua, & dixit ad puerum suum, Ascende, & prospice contra mare. Qui cum ascendisset, & contemplatus esset, ait: Non est quidquam Et rursum ait illi: reuertere septem vicibus.* Profectò interim Propheta secundo, tertio, quarto, quinto, sexto ac septimo orauit, vt graui placet Interpreti Tandem puer, *Ecce*, inquit, *nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari, & facta est pluuia.* 3. Reg. 18. Nondum pluuia concessa erat, & iam vestigium hominis visebatur in nube, quia licet Deus tarde aliquando, sed *veniens venit.* Sic Propheta, *Quia veniens veniet, & non tardabit.* Basilius Const. Monast. *Et si mensis præterit, & si annus & si triennium, & quadriennium: acriter perseuerato tamen, donec impetres.* Augustinus Ser. 5. de verb. Dom. *Cum aliquando tardius dat, commendat dona, non negat.* Dulcius fuit Eliæ, pluuiam post tot precationes obtinuisse. *Diu desiderata* (addit Doctor) *dulcius obtinentur; citò autem data vilescunt. Peto, quære, insta: petendo, & quærendo cresces, vt capias, seruat tibi Deus, quæ non vult citò dare.* (*Elias sæpe orauit prius quam pluuias dari consequeretur.* 3 Reg. 18.) (Basil.) (August.)

11. An orante amico, Deus differat muneris largitionem? Amicus Isaaccus, qui quidem *deprecatus est Dominum pro vxore sua, eo quod esset sterilis: & exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebecca.* Gen. 25. preme particulam, *Deprecatus est Dominum, & exaudiuit eum.* Sanctitas Isaacei exponitur, qui tàm citò fuerit exauditus. Ita ne? Quam citò existimas exauditum fuisse? Certè viginti annos exorasse colligit D. Chrysostomus ex eo, quod Isaac fuisse dicitur quadraginta annorum, quando duxit Rebeccam, & postea dicitur: *Erat autem Isaac annorum sexaginta, quando peperit Rebecca.* Vnde probabiliter admodum (*Isaacus viginti annos orauit, vt filiū reciperet ex Rebecca.* Gen. 25)

aigimi

viginti annis orationi instasse. Oleaster ideo transfert ex Hebræo, *Multiplicauit Isaac preces*, vel iterauit sæpe orationem. Subdit Chrysostomus, *si iustus ille ita virtute praeditus, & tantam apud Deum gratiam habens, tantam præ se tulit constantiam, & studium continuò Deum orando: quid dicemus nos, qui tantis peccatorum oneribus premimur? sed & si aliquod bene egerimus, statim torpescimus, & resilimus, nisi statim exaudiamur.*

Chrys. Si diu orauit tam iustus vir, quid nos stupidi?

12\. Clamabat Dauid, *Exurge, quare obdormis, Domine?* Psal. 43. Profectò *non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel.* Quare ergo se Deus simulat dormitare, & obdormire? Certè vt eum multiplicatis precibus excitemus. Vnde Dauid cum clamasset semel, *Exurge quare obdormis?* rursum inclamauit, *Exurge, & ne repellas in finem.* Anselmus, *Non differs, quod nolis dare, sed vt aucto desiderio, abundantius possis dare. Differs exurgere, vt doceas petere, (Exurge, exurge): dissimulas audire clamantem, vt facias perseuerantem.*

Sæpe Dauid Deum velut dormientem orationibus excitare curabat. Psal. 43. Ansel.

13\. Testor Chananæam sæpe repulsa affectam, & tamen instantem opportunè importunè. *Dimitte illam.* (aiunt Discipuli) *quia clamat post nos.* At illa, *Miserere mei, &c.* Christus autem, *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Mulier adhuc clamat, *etiam Domine, nam & catelli comedunt de micis.* Tandem Dominus, *O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Mat. 15. D. Hieronymus, *Chananæa verè id est, negotiatrix.* Perseuerantia enim precum gratiam à Domino impetrauit. *Esto et faber negociar.*

Chananæa multiplicauit preces repulsa vt tandem consequeretur. Mat. 15. Hieron.

14\. Iacobus ad hæc, *Qui hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur.* Cap. 1. Qui hæsitat, id est, qui non precatur perseueranter, pelagi inconstantibus fluctibus assimulatur. Græcus Scholastes, *Qui hæsitat non satis sibi constans, quidnam postulet, ac prope modum nihil perseuerans in postulatione, statim recedit.* Vnde vacuus euanescit.

Taxatur non persistens in precibus. Iacob 1. Græcus.

15\. Haud pelagi vndis sed fixæ columnæ assimilare. Venerabili Angelus Posthumio dixit, (Vit. Patr.) *Fige Posthumi, genua tua in terra, & faciem tuam ad orientem, & tunc dabitur tibi a Deo, quemadmodum possis orare.* Postquam genua fixit in terra, (quod quidem habitus perseuerantis in oratione est) existimarem ego, auditurum Posthumium. *Et tunc dabitur tibi a Deo quod postulas.* Non dixit, sed, *Tunc dabitur tibi a Deo, quemadmodum* adhuc *possis orare:* vt multiplicatis precibus tandem fruatur perseuerantiæ fructu.

Angelus docet Posthumium multiplicare preces.

16\. Dauid canebat, *Manibus meis nocte contra eum.* Psal. 76. Ac si diceret, Tota nocte instas secubi, cum Domino decertabam, pernoctabam, manibus tenere intentabam *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.* Hieronymus apposite exposuit particulam, *Manibus meis nocte.* Id est, *manus mea nocte extenditur, & non quiescit.* Symmachus apud Theodor.

Manus mea nocte continuo extensa est.

Au consequutus est, optatis frui?

Addit Vates, *Et non sum deceptus.*

Dauid continuo orabat, vt aliquando impetraret. Ps. 76. Hieron. Symma.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Petite, quærite, pulsate.

Cur Dominus munificentissimus cupiens donare, quod petimus: monet nos, sæpe postulare, & non illico concedit?

Profectò vt ardentius exoremus, & desideratum munus gratius nobis existat.

SI tam auidus Dominus exhibendi munera, cur differre assolet, & post dies, post menses, post annos via aspicimus nostræ petitionis effectus? Planè vt ardentius desideremus, & vt munus desideratum gratius nobis obueniat. 17.

18\. Præmitto Dauidem, *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Psal. 83. Deficit Regis anima, dum in atriis Domini instanter precibus studet. Profectò post longam orationis expressionem *in Deum viuum* exultauit. Augustinus, *Desiderium differtur vt crescat; & crescit, vt capiat. Desiderando enim extendit Deus animũ, & extendendo, facit capaciorem.* Vnde alibi Vates, *Deus meus clamabo per diem, & non exaudis, & nocte, & non ad insipientiam mihi. In te sperauerunt patres nostri, in te sperauerunt, & liberasti eos.* Psal. 21. Ac si diceret. Non ero insipiens, dum diu orans spero: quia scio sperantibus diu patribus, & orantibus gratiùs liberationem obuenisse.

Gratius Dauide munus obueniebat post diuturnas preces. Psal. 21. August.

19\. Clamat sponsa. *In lectulo meo per noctem quæsiui, quem diligit anima mea; quæsiui illum, & non inueni.* Cant. 2. si ad ostium pulsat sponsus, *Aperi mihi soror mea sponsa:* cur aperienti absconditur? Certè vt requirat vberius, & desiderio dilato iucundius potiatur. Gregorius lib. 4. Mor. Cap. 4. *Abscondit se sponsus, vt non inuentus, ardentius quæratur: & differtur quærens sponsa, ne inueniat: vt tarditate sua capacior reddita, multiplicius quandoque inueniat, quod quærebat.*

Abscondit se Deus, vt ardentius quæratur, precibus effusis, & dulcius inueniatur. Cant. Gregor.

20\. Sæpe absconditus, discedens, fugiens describitur sponsus, *Per vicos & plateas quæram, quem diligit anima mea: quæsiui illum & non inueni.* Cant. 3. Hinc desiderium crescit amantis. *Quis mihi det, te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris!* Cant. 8. O quam dulciter excipitur, qui post tot precum clamores aduenit! *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Ibid. Bernardus ser. 76. in Cant. *Non est reuersus sponsus ad vocem, reuocantis sponsa, cum dixit, Reuertere dilecte mi. Quare? vt desiderium crescat, vt probetur affectus, vt exer-*

Post precum multiplicationem & desiderij conflagrationem, sic inuento Dilecto, afficitur gaudio sponsa, ac si beatitudine frueretur. Cant. 3. & 8.

ceatur negotium amoris. Hinc ista, quæ amat, facta cupidior, mox sese ad requirendum tota auiditate dedit. Quid enim hoc desiderij est & ardoris vt surgens de nocte, publicum non erubescat, percurrat ciuitatem, atque à vestigandis semitis eius nulla valeat ratione auerti, nulla præpediri difficultate. Post tam flagrantem affectum dulcius aptata præsentia potitur. Vnde vt exprimat orationis tam instantis fructum, ait: *Et dextera illius amplexabitur me.* Quod quidem de æternæ felicitatis fruitione ex Abbatis mente explicandum. Quid enim post orationis instantis affectum nisi cœlestis gaudij exultatio daretur sponsæ?

21. *Post preces prolixas, dulcior impetratio.* Psal. 95. Hieron.

Quam ad rem Dauid, *Sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.* Psal. 95. Transtulit ex Hebræo Hieronymus, *Fortitudo, & exultatio in Sanctuario eius.* An non Sanctuarium locus est orationis? Hanc comitari debet fortitudo ad incessanter orandum, & nunquam deficiendum. Cur additur *Exultatio*? Profectò quia post dilatum tot precum fructum, vberius præcordia exultatione afficiuntur, cum potiuntur optatis.

22. *Quod precum multiplicatione assequimur, pluris æstimamus.* Num. 11. Psal. 80. August.

Semel precanti, aut clamanti populo Manna datur Angelorum alimonia. At cito viluit, *Manhu quid est hoc?* Num. 11. Quare non magni habitus cibus totius colligatio suauitatis? Proculdubio, quia indesideratus obuenit. At aqua de petra profluens dulcissima sitienti diu Israeli exhibetur; quia post multiplicationem precum, ac desideriorum emanauit. Vnde Dauid, *De petra melle saturauit eos* Psal. 80. Aqua cur mel appellatur? Quia dulcissima post tot desideria è petra propinatur. Augustinus suprà datus perficit argumentum. *Cum aliquando,* inquit ser 5. de verb. Dom. *tardius dat, commendat dona. Diu desiderata dulcius obtinentur: cito autem data vilescunt.*

Observatio III.

Ad illa verba:

Pulsate, & aperietur vobis.

Non solum requiritur, vt petas orando: sed oportet pulses operatione; vt consequaris.

Efficax enim sola illa Oratio, quæ ab operante rectè, procedit.

23. Druth.



HRISTIANVS Druthm. ad cap. 7. Matt. *Petite animo, quærite verbis, pulsate operibus; quia pulsanti aperietur.* Haud otiosè verba replicauit, *Petite, quærite, pulsate.* Non sufficit petere, nec quærere, si voces, ac requisitionem opera non comitantur.

24. *Frustra eam à Deo quærit medelam, si non pulsat porcendo inimico.* Eccl. 28. Hugo.

Ait sapiens, *Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam?* Eccl. 28. Hic clamat, hic quærit, sed non pulsat operibus, dum proximo in se delinquenti non parcit. Hugo Cardin. *Veniam peccatorum suorum frustra quærit*, qui non pulsat. *Relinque proximo tuo nocenti tibi, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Aliter minimè.*

25. *Extendantur manus ad orandum, & simul ad pulsandum opere.* Isa. 1. Chrys.

Isaiæ ex ore Dominus, *Cum extenderitis manus vestras,* (ad orandum) *auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam.* Quare precor? *Manus enim vestra sanguine plena sunt. Lauamini, mundi estote, & venite.* Cap. 1. Non sufficit manus extendere ad orandum, si ad pulsandum non extendantur. Tunc autem pulsant, cùm mundæ ostenduntur. Chrysostomus, manibus protensis petite, ac simul eisdem operantibus pulsate. *Postquam enim dixit, petite, repentè subiunxit, pulsate, scilicet manu operis, & obseruantia legis.*

26. *Manibus pulsantibus Deus quæritur, & inuenitur.* Ps. 21. August.

Apposite Dauid, *Deum exquisiui manibus meis.* Psalm. 21. Non orationis nuda voce quæsiui, sed manibus pulsando inuenire curaui; quia non quærenti, sed pulsanti manifestatur: *Quærite, & pulsate.* Augustinus, *Est ne Deus palpabilis? Nequaquam, sed manibus operum, obseruantiâque præceptorum inuenitur. Deum exquisiui manibus meis* (pulsantibus quidem) *nocte contra eum,* (sicut amicus qui amici pulsaturus nocte accessit ad ostium.) *& non sum deceptus.*

27. *Si manus non extenditur ad pulsandū opere, cum eleuatur ad orandum inutiliter petit.* Iob. 11. Gregor. 1. Ioa. 3.

Monet Iobus, *si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris: tunc leuare poteris faciem tuam.* Cap. 11. Vbi Gregorius, *Facies interna hominis mens est, quam quidem faciem leuare, est in Deum animum per studium orationis attollere. Sed eleuatam faciem seu manus macula inquinat, si intendentem orare mentem reatus conscientia accusat.* Manus hæc eleuatur ad petendum, sed non extenditur ad pulsandum. Hinc dicitur, *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum: & quidquid petierimus ab eo, accipiemus.* 1. Ioa. 3.

28. *Deus nobis nondum orātibus respondet, quia operibus pulsamus.* Clem. Alex.

Munificentissimus promittit Deus, *Pete, & faciam: animo cogita, & dabo, &c.* Quinam ille tam fœlix, quem non iam petentem, sed cogitantem petere, Deus donauit optatis? Certè qui manuum operibus pulsare non desinit. Haud opus, pulsantem loqui, si ipsa pulsatio pro clamore assolet reputari. Clemens Alexand. lib. 6. Strom. cap. 5. *His, qui viuunt citra peccatum, ex cognitione concedit, si vel solummodo cogitauerint. Pete enim, inquit scriptura, & faciam; animo cogita, & dabo.* Preme τὸ *Ex cognitione concedit.* Filius, qui sæpe quotidie domum ingreditur vix accedit ad ostium, cum ei reseratur; quia ex pulsationis modulo iam agnoscitur. Deus igitur filio operibus pulsanti ex cognitione concedit, id est aperit ostium, priusquam orationis voces emittat.

29. *Prodigus antequam oraret, exauditione, quia pœnitens iam pulsabat.* Luc. 15. Nyssen.

Prodigus ille filius in se reuersus, dixit: *Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Surgam, & ibo ad Patrem meum, & dicam illi, &c. Et surgens venit ad Patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, vidit illum Pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius.* Luc. 15. Nihil ille fuerat ad Patrem locutus, solum de oratione gerenda cogitarat, & à Patre obuiam procedente recipitur. Quis Patrem fecit de oraturo filio reuertenti certiorem? Certe pœnitudinis

tudinis manibus iam pulsauerat. Nyssenus orat. 2. de orat. Dom. *Ad sese reuersus pœnitentiæ verba meditari cœpit. Quapropter etiam eiusmodi confessionis meditatio* (qua pulsabat) *aditu facilem ei Patrem efficit adeò, vt etiam accurreret ad eum.*

Observatio IV.

Ad illa verba:

Petite, quærite, pulsate.

Non vsus est Dominus singulari: *Pete, quære, pulsa*; sed plurali, *Petite, quærite, pulsate,* vt communitatis commendet orationem.

Profectò multorum oratio potentissima, difficile quidquam, imo impossibile, quodammodo, perficit. Vbi de communibus Litaniarum precibus.

30. Svs est Dominus plurali numero, dum nos docet orare, vt communitatis preces commendet: *Petite, quærite, pulsate.* At promittit communis orationis illicò effectus: *Accipietis, inuenietis, aperietur vobis.* Ne autem, ex futura terminatione, videretur differendum orationis communis fructum, adiicit: *Omnis enim qui petit, accipit; qui quærit inuenit; & pulsanti aperitur.* Preme particulam omnis, quod quidem vocabulum ita singulariter quemquam orantem exprimit, vt multitudinem innuere videatur. Difficile quidquid communi orationi præstatur. Edisce quam appositè Ecclesia litaniarum communes preces instituerit.

31. *Oratio communis Deum quodammodo iudicem emollit.* Ps. 49. Mat. 25. Chald.

Quid difficilius, quam Christum secundo in aduentu cum Iudex apparebit, exorabilem reddere? Hoc valet oratio multorum. *Deus Deorum Dominus locutus est, & vocauit terram. Deus manifestè veniet: Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas valida. Aduocabit cœlũ de sursum, & terrã, discernere populum suum.* Psalm. 49. O quam horribilis Iudex noster apparet! Quis poterit ab ignis præcedentis flamma liberari? Quis poterit verbi illius asperi: *Discedite maledicti in ignem æternum.* Matth. 25. dictionem exaudire? Certè oratio communis poterit te quodammodo ab iracundia eripere. Ideo Psaltes adiecit: *Congregate illi sanctos eius, qui ordinant Testamentum eius super sacrificia.* Chaldæus. *Qui occupantur in precibus.* Si congregentur, si in communi exorent, quid eis Dominus poterit abnegare? *Congregentur qui occupentur in precibus.*

32. *Si duo consentientes in oratione impetrant, quid fidelis populus?* Mat. 18. Cypr.

Monet Dominus. *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis est. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Matth. 18. Preme τὸ, *Si duo consenserint.* Efficax oratio singularis viuius, & alterius; sed si hi duo consenserint; nihil difficile assecutioni. Cyprianus Epist. 8. *Quod si duo vnanimes tantum possunt, quid si vnanimitas apud omnes esset? Iam pridem de diuina misericordia impetrassemus, quod petimus; nec tam diu in hoc salutis, & fidei nostræ periculo fluctuaremus.* Quid, quæso, Deus fidelium communitati præstabit, cum pro communibus incommodis exorat?

33. *Impossibile est, consonemi à Deo orationem multorum.* Ambros.

Premenda particula, *De omni re, quamcumque petierint, fiet illis.* Si petunt difficilia? Consentientes de difficili re, rem difficilem consequentur! Certum ne id? Adeò certum, vt quasi impossibile sit non obtinere. Ambrosius libro de Pœnit. *Multi animi dum congregantur vnanimes, fiunt magni: & multorum preces impossibile est, contemni.*

34. *Nihil impossibile, si ad Patrem multi orantes accurrant.* Ioa. 11. Mat. 18. Glos.

Impossibile est, quod postulamus. Ideo Patrem precamur, cui omnia possibilia iuxta sententiam Dominicam: *Pater, omnia tibi possibilia sunt.* Ioa. 11. Addidit Dominus, *Si duo ex vobis consenserint de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis est.* Matth. 18. Cur adiecit particulam, *Qui in cælis est.* Certè vt nihil impossibile esse ostenderet multis precantibus, si à Deo, cui omnia possibilia, præstandum esset. Glossa apud D. Thom. *De omni petitione, quæ fit a consentientibus in vnitate Ecclesiæ, dat confirmationem, cum subdit: si duo ex vobis, &c. Fiet illis à Patre meo, qui in cælis est. Per hoc autem, quod dicit, Qui in cælis est, eum super omnia ostendit: & per hoc complere eum posse, quod petitur.*

35. *Communis oratio liberauit Petrum.* Act. 12. Chrys.

Petrus apud carcerem Herodis illigatus extitit. *Vinctus catenis duabus.* In illo tota Ecclesia periclitatur. Impossibile erat, hominem à duplici catena expediri. Quanam vi vincula comminuêda? Certè communi fidelium oratione. *Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.* Quid plura? *Ceciderunt catenæ de manibus eius,* liberatur Apostolus, & proclamat: *Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis.* Act. 12. Communi fidelium precationi Præsulis summi liberatio adscribenda. Chrysostomus hom. 26. in Act. *Audite, quomodo affecti erant erga Præceptores. Ad preces conuersi præsidium reuera inexpugnabile, ad illud confugiebant: Oratio autem fiebat ab Ecclesia.* Communi autem precationi nihil impossibile.

36. *Cum multi orant, quasi præsumptuosè petunt, vnus orans se puluerem profitetur.* Chrysost. Gen. 18.

Pergit Doctor. *Non dicebant, Humilis ego, & nihil homo pro illo orarem?* Ac si diceret, cum Sanctus quisque singulariter orat, quasi rubore affectus, vix audet vocem eleuare. Sic ille Sanctissimus Patriarcha, *Loquar ad Dominum, cum sim puluis & cinis,* id est, *humilis ego, & nihil homo.* Vnde ausus non est omnino pro Sodomitis deprecari, nisi adhibitis conditionibus, quod essent tot iusti. Genes. 18. Profectò orantes in communitate non dicebant, humilis ego, & nihil; quia oratio multorum (liceat sic fari) pia superbia, sancta præsumptione caput extollit.

37. *Ambitiosa seu præsumptuosa multorum.*

Hinc ad lucem aduoco Tertulliani acumen Apol. cap. 39. de oratione profanis, *Precationibus ambiamus orantes.* Ambiamus, id est, multi ora

orationi littantes operam eas preces exponamus, quæ ambitionem quodammodo, ac præsumptionem sapiunt. An non præsumptio orationis communis est id audere consequi, quod Pauli sanctissimi electionis vasis non præsumpsit? Fatur, *Qui ex tantis periculis eripuit nos, & eruit: etiam speramus, quod adhuc eripiet, vobis quoque in oratione pro nobis subuenientibus.* Ad quæ Chrysostomus hom. 3. de incomp. Dei natura. *Quod si omnis oratio tantum vim habeat, longè magis eam, quæ ore multorum prouenit, valere consentaneum est. Vnde id constat? Paulum ipsum dicentem audi; Qui ex tantis periculis eripuit nos, &c.*

Chrys.

38. Cùm Dominus subuersurus esset Sodomorum Vrbes Abrahæ aperuit conflagrationem proximam. At Patriarcha pro ciuibus miseris exorauit: *Numquid perdes iustum cum impio? si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul? Dimittam omni loco propter eos. Delebis propter quadragintaquinque? Non delebo. Sin autem quadraginta ibi inuenti fuerint: Non percutiam propter quadraginta. Quid si inuenti fuerint triginta: Non faciam. Quid si inuenti fuerint viginti: Non interficiam. Quid si inuenti fuerint ibi decem: Non delebo propter decem.* Genes. 18. Profectò venerunt duo *Angeli Sodomam*, excepti fuere à Lotho sanctissimo, cui indictor egressio, & conflagratio exponitur Sodomorum. *Egressus Loth locutus est ad generos suos.* Genes. 19. Miror planè, sanctissimum virum pro Sodomitis minimè exorasse. Si Abraham audiens à Domino, *Clamor Sodomorum multiplicatus est*, pro miseris precatur: cur cùm Loth audiuit, *Delebimus enim locum eo quod increuerit clamor eorum*, non similiter exorauit? Crediderim Deum prouidisse ne Loth precaretur; quia volebat Sodomitas penitus comminuere. An non comminuit post orationem Abrahami? Ita plane, quia solus precatur. At si Lothi oratio profunderetur, consentientibus duobus de liberatione Sodomitarum, heret illis à Patre.

Abraham orauit pro Sodomitis, vt Loth, ne consentientes duo de liberatione Sodomitarum, liberari necessum quodammodo esset.
Gen. 18.
Gen. 19.

39. Cum apud Cana Galilææ Nuptiæ in conspectu Domini ac Matris celebrarentur: defecit merum, misericordiæ Mater Saluatorem monuit, *Vinum non habent.* Dominus autem, *Quid mihi & tibi est, mulier? Nondum venit hora mea.* An cecidit Deiparens ab spe impetrandi miraculi primi patrationem? Porro necessum erat cedere ab spe, si horam nondum aduentasse audierit. Attamen licet impossibile erat fieri, quod petebat, si hora nondum veniret dispositionis Patris præsumptione pia ministros admonuit: *Quodcumque dixerit vobis facite.* Ioa 2. Ex mente Chrysostomi illos induxit ad instantiam, *Domine vinum non habemus.* Quid? si Deipara non impetrasti horam inuerti, aut properare tempus: an existimas, accedentibus ministrorum precibus exponendum miraculum? Pulchrè Doctor hom. 21. in Ioa. *Idcirco Mater expectauit, & palam ministros accersiuit; vt a pluribus rogaretur.* Quia scilicet sciebat impossibilia multorum oratione fieri possibilia. Proh orationis communis potentia! Multorum preces impetrant, quod Deiparæ oranti, quia impossibile, negari videtur?

Quod Virgo Deiparens orans non consequi videtur: curat oratione multorum impetrare: oratione multorum eadem repugnantia & impossibilia.
Ioa. 2.
Chrysost.

OBSERVATIO V.

Ad illa verba:

Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? &c.

Pater hominum Deus panem, ouum, piscemque dat, siue spiritum bonum: non autem lapidem, serpentem, aut scorpionem, id est, noxia quæque.

Edisce, Deum sæpe abnegare, quod petimus, quia saluti contrarium est.

PATER non dat lapidem panem petenti: serpentem piscem precanti: scorpionémque ouum postulanti filio: An Pater cœlestis dabit fideli filio petenti corporis valetudinem, aut temporarias diuitias, serpentem, aut scorpionem, hoc est, id quod exitiale vulnus infligat? Haud hoc paternæ pietatis. Crede mihi, cum abnegat, quem petis panem, ideo efficit; quia panis ille tibi erat vertendus in lapidem. Abnegat ouum, & piscem, id est terrena bona, ne tibi in exitium animi conuertantur. Recole commentarium, & ex Augustino adnota: *Propitius Deus, cum male amamus, negat, quod amamus, & petimus.* 40.

August.

41. Quærebatur Iob, *Clamo ad te, & non audis me; sto, & non respicis: mutatus es mihi in crudelem.* Cap. 30. *Ita.* Thomas Angel. *Id est, perseuere in orando.* Philippus Abbas, in clamore intentio est orantis, in stando verò perseuerantia. Tigurina, *Perseuerantem minimè curas. Mutatus es mihi in crudelem.* O quam pius abnegando corporis sanitatem, quam crudelis ostenderetur Pater, si ouum, panem, ac piscem petenti filio, lapidem, serpentem, aut scorpionem exhiberet! Profectò immensam hanc Dei pietatem audientis quidem, sed nolentis dare pro pane lapidem, Caietanus expressit fatus *Illud, non audis me, eximiam quandam Dei charitatem ostendit.* Ideo enim non audit ad largiendum, quod petitur; quia animo minimè salutare.

Piissimus ostenditur Deus Iobo, dum crudelis apparet, negando flagellorum ablationem.
Iob. 30.
Thom.
Philip.
Caiet.

42. Edoctus iam Iobus Dei morem, alibi clamat: *Cum inuocantem exaudierit me, non credo, quod audierit vocem meam. In turbine enim conteret me* Cap. 9. Si exaudit Deus te inuocantem, quomodo non credis, quod vocem tuam audierit? Quænam ista terminorum implicatio? Respondet pulchrè Lytanus, *Nulla est contradictio; exaudiuit enim Deus Iob ad profectum, sed credidit, quod non fuerit exauditus; quia non exaudiuit eum ad votum, ab eo remouendo flagella.* Petebat ille panem, sed quia Deus sciebat non esse valetudinem aut flagellorum amotionem, panem, sed lapidem, serpentem, & scorpionem animo, abnegat quidem, ac simul panem omnium, & piscem vere confert obsecranti. D. Isidorus, *Sæpe Deus*

Exauditur Deus Iobum ad profectum non exauditus ad votum.
Iob 9.
Lytan.

Isid.

Deus multos non exaudiuit ad voluntatem, vt exaudiat ad salutem.

43. *Iesus orans peccatorum ex nomine, non auditur ad voluntatem, auditur ad hominum profectum.* Mat.26. Ibid.

Pondero hanc sententiam ex precatione Filij Dei. *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste.* Mat.26. Non transtulit Pater calicem, quia Iesu gerenti peccatoris personam salutaris erat eporatio. An non fruitus est Christus orationis effectu? Ita planè, quia si panem postulabat, & salutis pane donatus est, panem vtique, quem petierat adipiscitur. Deus Pater non exaudiuit orationem Christi ad voluntatem, nam ipse gerens personam peccatoris ait: *Non mea voluntas, sed tua fiat:* vt exaudiret ad hominum salutem. Quam vera sententia? *Sæpe Deus multos non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad salutem.*

44. *Misericors Deus admodum exhibetur cum ab negat aliquando misericordiam.* Bernard. Psal.9.

Bernardus ser. cont. vitium ingrat. *Misericordia est, subtrahere aliquando misericordiam; quemadmodum ira, & indignationis misericordiam exhibere.* Dauid, *Adiutor in tribulatione, in opportunitatibus.* Psal.9. Deus adiutor iustorum est, sed cum opportunitas salutis, & profectus animi adest. At cum non est salutis opportunitas, misericors admodum abnegat.

45. *Fuit Dei iratus, Israeli petenti, carnes dedisse.* Ps.77. Greg.

Petiuit aliquando Israel, carnibus satiari, & optatis potitus est. An fuit misericordia à Domino orationem exaudiri? Profectò iusto Dei iudicio lapis, serpens & scorpio eis petentibus datus est. *Adhuc escæ eorũ erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* Psalm.77. Ad quæ Gregorius lib.5. Mor. cap.12. *Maioris iracundiæ est, cum hoc tribuitur, quod male desideratur, atque inde repentina vltio sequitur: quia hoc obtinuit, quod Deo irascente concupiuit. Vnde Dauid, adhuc esca eorum, &c. & occidit plurimos eorum, solent namque tardius apparere diuina iudicia, cum prepediuntur, ac impleri debeant mala vota.*

46. *Petit Dauid, ad insipientiam ne audiatur.* Psal 21. August.

Dauid, *Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies: & nocte; & non ad insipientiam mihi.* Psal. 21. Quid, *& non ad insipientiam mihi?* Id est, per diem, & noctem clamo, & tu non respondes ad insipientiam mei petentis, quod noxium est, sed ad sapientiam tuam, qui scis salutare mihi non esse, optatis frui. Augustinus ad Psal.85. *Quid si male vis? Non erit tibi,* insipienti planè, *non dando misericors?*

47. *Misericors Deus vota sponsæ quærentis requiē, nō exaudiuit.* Cant.3. Chrys.

Quid clamat sponsa? *In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea; quæsiui eum, & non inueni.* Cant.3. An sponsi iracundia vota animæ dilectæ non explentur? Planè misericordia; quia ipsi sponsæ exitiale lectuli desidia teneri, & non potius ad vulnera properare. Porrò piè non conqueritur quod non optatis fruita esset: prudens enim intelligit Deum abnegare, quod ad animæ salutem non confert. Chrysostomus hom.30. in Gen. *Siue consequamur, siue non, quod petimus: perseueremus tamen in gratiarum actione. Nam cum Deus aliquid nobis negat, non minus est, ac si concessisset.* Imo magis est, abnegasse.

48. *Pater cælestis non exaudit, cum putantes petere panem, lapidem postulamus.* Ps.65.

Quam pulchrè Dauid Patris cælestis conditionem expressit! *Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Ps.65. Quænam iniquitas aspici potest in corde, cum Deus à nobis iustis exaltatur? Certè quod nostræ saluti non confert iniquum planè est, licet nobis petentibus salutare ostenietur. Vnde piissimus Pater non exaudit. Si enim dum existimamus panem, ouum, aut piscem petere: veraciter lapidem, scorpionem, ac serpentem postulamus: haud esset infinitæ pietatis Patris cælestis, nostris votis annuere. Ergo misericorditer abnegat, quod imprudenter postulamus. Compleat Chrysostomus hom.79. ad Popul argumentum. *Frequenter damnosa petis, & periculosa, sed Deus magis tuam curam gerens salutis, non tuam intuetur petitionem. Nam si patres carnales non omnino quæ petunt filij, præbent: non quod petentes aspernentur, sed quoniam eorum curam gerunt, maiorem multo magis Deus vere Pater, qui plus omnibus nouit, quod nobis expedit, offert.* Chrys.

49. *Vt scias te nō bene petisse, cum non exaudiris, colloca orationem tuā in Deiparæ manibus.* Bernard.

Vis experiri, verum preceris quod ad salutem attinet, nec ne? Vis agnoscere ideo negari tibi, quod postulas, quia minimè salutare? Orationes tuas manibus Matris Mariæ trade ad Patrem cælestem afferendas. Nunquam repulsam sustinebis, si salutaria postulaueris. Aiebat Bernardus ser. de Natiu. Mar. *Fortè manus tuæ sanguine plenæ sunt, & ideo modicum istud, quod offerre paras gratissimis illis Mariæ manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam.* Si dum manus tuæ plenæ sunt sanguine repulsam non sustines, precationibus tuis Matris Mariæ manu collocatis, quid si piè viuens à Deo postulare intendas quidquid conferat ad salutem. Crede euidentissimè te consecuturum, si salutare existat, quia Maria repulsam non sustinet, cum precatur; nec postulat, cùm noxiam tibi eius manibus collocas orationem. Non consequeris? Ergo ad salutem minimè conferens postulabas.

50. *Auctor Mariæ manibus precatur opus suum ad Patrem transferri.* Bernar.

O Mater Maria, Bernardi vtar testimonio apposito mei operis perfectioni. *O homo quidquid illud est, quod offerre paras, Mariæ commendare memento; vt eodem alueo ad largitorem gratiæ gratia redeat, quo influit.* Tuis manibus ò piissima Domina mea tantillum munus colloco, vt necessario ex vehiculi gratissimo aspectu gratum Numini valeat apparere. Manus meæ (fateor) sanguine plenæ sunt. Ideo modicum hoc, quod offerre Patri paraui, gratissimis tuis manibus offerendum studui, ne repulsam sustinerem.

AD



AD DEIPARAM DOMINAM MEAM
EPILOGVS.



VERBI incarnati sermones audisti, virtutum exercitamenta iustos, ac peccatores edocentis. Iam enim ieiunium post quadraginta dierum abstinentiam magis opere, quam verbo suadet. Iam doctrinam cum operibus, qui cœpit facere, & docere exponit: Iam pœnitentiæ Baptismum honorat: Iam nouæ legis abundantiam iustitiæ prædicat: Iam post ablutionem pedum humilitatem suadet: Iam duplicis Dominij incompossibilitatem adstruit. Iam inimicorum dilectionem exprimit: Iam de fraterna correptione differit: Iam boni Pastoris expendit proprietates: Iam duo magna mandata explicat: Iam orationis potentiam semel, & iterum extollit. Quam meritò omnes ac-
Ioa. 7. clament auditores, *Nunquam sic locutus est homo.* Ioa. 7. Diffusa proculdubio *est gra-*
Psal. 44. *tia*, ô concionator cœlestis, *in labys tuis.* Psal. 44. Audi Richardum Laurent.
Richar. Lauren. lib. 5. de laudi. Virg. *Sed quia de Maria canit Ecclesia versiculũ istum, de Maria illum exponamus, & de labys eius. Diffusa est gratia non tantum propter te, sed data toti sæculo, qui quidem tuis ex sermonibus ad Christum adducatur. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Cant. 4. Ad quæ Doctor, *labia Virginis dicuntur sicut vitta,*
Cant. 4. Richar. *quia crines, id est, iustos, ne effluant Capiti Iesu, & inuicem suis sermonibus constringit, & adunat: né per errores, & vitia dispergantur; & eos vinculo pacis, & mutua Charitatis colligat.* Labia ergo Mariæ, quibus formabat sermones, dicuntur coccinea, quia ad amorem Dei, & proximi inflammabant. Alij, *sicut funis coccineus labia tua, & eloquium tuum dulce. Funis coccineus pergit* (Laurentius) *est ille triplex funiculus, qui cum prædicatione Trinitatis Verbum admiscet coccino Passionis. Et sicut ista prædicatio cogitationes nostras constringit in Christo, & conseruat in eo: ita facit B. Virginis prædicatio, pro eo quod eloquiũ eius dulce est. Et funiculus, iste coccineus id est, Charitatiuus sermo procedens de labÿs suis extrahit animas de profundo peccati, sicut funis aquam de puteo. Aqua enim populi sunt, puteus est vorago peccati. Vnde orat Propheta, Neque vrgeat super me puteus os suum.* Psal. 68. O egregiam concionatoris Filij æmulatricem!

Laus Deo, Deiparæ, Iosepho, Ignatio, Antonio.

PER



PERFECTÆ CONCIONES DE CHRISTI COLLOQVIIS.

IVXTA RECENTEM PERFICIENDORVM Sermonum normam.

1. ## Domin. 2. Aduent.

Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti. Mat. 11.

Salut PERA Chriſti mira illa: Cœci vident, &c. fructus ſunt Mariani effectus. Richardus Laureut. lib. 1. Chriſtus Mariæ fructus eſt dulcis in verbo, & in operatione, quia per eum cœci vident, claudi ambulan^t. Mat. 11. An non ex fructus dulcedine arbor dulciſſima commendatur? Mariæ ergo cum Eliſabetha vterum commendate liceat: *Benedictus fructus ventris tui.* Luc. 1. Bernardus hom. 3. ſup. Miſſus. *Non* quia tu benedicta, ideo benedictus fructus ventris tui: ſed quia ille te præuenit in benedictionibus dulcedinis, ideo benedicta tu. Præuenitur igitur Maria in benedictionibus dulcedinis, vt cũ fructus ille germinarit, per quem *cœci vident, claudi ambulant*: agnoſcatur, arborem *fructum ſuum* peperiſſe, ſcilicet dulciſſimum à dulciſſima fuiſſe expoſitum hominum mediatrice.

CONCIO I.

Intentum totius Euang. *Quo ſanctior quis, eo diuerſis laboribus aſſolet agitari.* lib. 1. ſect. 1. n. 23. p. 8 Adeſt Ioannes in vinculis. Quare, precor Diuus vinculis illigatur, dum iniqui liberi diuagantur. Certe quia Ioannes non eſt arundo, quæ a ventis aſſolet agitari, mollibus non veſtitur. Propheta, imo plus quam Propheta, Angelus vitæ eſt puritate. Perfectioribus enim viris diriora certamina præparantur.

Clau 1. *Cum audiſſet Ioannes in vinculis.* Ioannẽ eximium Prædicatorem veritas vinculis illigauit, *Pulcherrima enim veritas horribiliter deſæuit in diuos.* lib. 1 ſect. 1 n. 16. p. 7.

Clau 2. *Cum audiſſet Ioannes in vinculis.* Ioãnes vinculis hominum perditiſſimorum cinctus, non peruertitur: ſed velut in deſerto conſtitutus cœleſtia negotia gerit: *Tu es, qui venturus es?* Edocet *Religioſos Euangelij miniſtros poſſe ſecuritate frui, dum inter peccatores commorantur.* lib. 1. ſect. 1. n. 31. p. 9.

Clau 3. *Cœci vident, claudi ambulant.* Non tam verbis, quam operibus reſpondet Dominus, ſe Meſſiam verũ. *Teſtimonium enim a rebus ab operibus credibilius exiſtit.* lib. 1. ſect. 1. n. 52. p. 12.

CONCIO II.

Intentum totius Euang. *Qui adulatur, magis perſecutor, quam laudator oſtenditur. Ideo Domino adulationis vitium maxime inuiſum.* lib. 1. ſect. 2. n. 10. p. 15. Magna Ioannis ſanctitas, innocentia eximia. Cur ergo Dominus non dixit, *Renunciate Ioanni ſanctiſſimo quæ audiſtis?* Cur antequam Diſcipuli Ioãnis recederent non eius expoſuit elogia: ſed *illis* abeuntibus? Profecto fugiebat adulator haberi, ne Patri inuiſus, nè Ioãnis perſecutor haberetur.

Clau 1. *Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, miſit duos ex Diſcipulis ſuis, & ait illi.* Ioãnes in carcere nuncium ad Dominum mittens, velut præſenti loquitur. *Quia laborum ſuſtinentia haud poteſt a Deo præſentia ſeparari, Deum trahit ad vincula.* lib. 1. ſect. 1. n. 39. p. 10.

Clau 2. *Quid exiſtis in deſertum videre, &c.* Chriſtus Ioannem laudatorem mirificè cõmendat. *Edocens, nobilitate conſpicuos longè debere ſuperare laudatores, benefactoreſque ſuos in laudum, beneficiorumque retributione.* lib. 1. ſect. 2. n. 18. p. 16.

Clau. 3. *Quid exiſtis in deſertum videre?* Ioannis auguſtiſsima conſtantia à Domino prædicatur: *Arundinem vento agitatam?* Profectò *æterna ſalutis negotium viros expetit conſtantia præditos. Agnati damnationi inconſtantes.* lib. 1. ſect. 2. n. 26. p. 17.

CONCIO III.

Intentum totius Euang. *Fallaciter admodum teſtari aſſolet, qui vnico ſenſu teſte audet proximorum flagitia perulgare: aut ſaltem credibilia eſſe putat.* lib. 1. ſect. 1. n. 44. p. 11. Ideo Dominus diſcipulos Ioannis vult non ſolum quæ audierant, ſed & quæ viderant miracula Ioãnni renunciare. An non efficacius iuberet huiuſmodi duplicis ſenſus teſtificatione renunciari delicta, ſi mira opera non vult ſine duplici teſte peruulgari?

Clau 1. *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?*

Cur at

Curat Ioannes Discipulos mittere ad Saluatorē, studens illorum vtilitati. *Praclari enim Praesulis, domini, ac patrisfamilias est, subditos, ac filios suos ad Dominum adducere.* lib. 1. sect. 1. n. 58. p. 12.

Clau. 2. *Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum?* Ioannem asserit Dominus mollibus non indui vestimentis, vt eius adstrueret innocētiam. *Porrò quia molles vestes culpa sunt argumenta.* lib. 1. sect. 2. n. 32. p. 18.

Clau. 3. *Prophetam? Hic est, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum.* Angelici Praecursoris elogia praestringe. *Super omnes quidē Diuos Ioannem ascendere, ad spirituum properare naturam, Deifica quodammodo decorari ostende.* li. 1. sect. 2. n. 39. p. 19.

Domin. infrà Octau. Epiph.

Cum factus esset Iesus annorum duodecim. Luc. 2.

Salut. Descendit, ait Lucas, *cum illis Nazareth, & erat subditus illis.* O Mariae gloriam ineffabilem! Richardus Laurent. lib. 1. *In laude aliarum virginum dicitur, quod sequuntur Agnum, quocumque ierit. Apoc. 14. De Virgine autem virginum Maria potest securè dici, quod Agnus sequebatur eam quocumque iuit. Vnde Luc. 2. Descendit cum illis Nazareth, & erat subditus illis. Ergo fuit semper Dominus cum ea sicut filius cum matre dilectissima.* Semper cum Maria? Ergo semper cum hominibus aderit Mariae intercessione. Vnde pulchrè addit Auctor. *Specialiter hic dicitur, Dominus tecum? Ex hoc ergo vocatum est nomen eius Emanuel, id est, Nobiscum Deus.*

CONCIO I.

Intentum totius Euang. *Amoris quidem non irae, documentum est, Deum nonnumquam simulare recessum, animumque instum absentia distorquere.* lib. 2. sect. 1. n. 14. p. 25. Iesus à parentibus sanctissimis parumper abstrahitur, & ab eis absconditur, cum impensè Deo litant obsequium: & videtur duriusculè respondisse Mariae: *Nesciebatis, quia in iis, quae Patris mei sunt, oportet me esse?* Ergo Patris erat coelestis Mariam lacrymis perfundi, suspiria emittere, Iosephum recessu dilectissimi Filij distorqueri.

Clau. 1. *Et non cognouerunt parentes eius.* Potuit remanere Iesus, insciis parentibus; quia de more seorsim viri, seorsim foeminae incedebant, *Quam prouidè lex curauit, viros à periculosissima animi peste ex foeminarum collectione liberare. Qui non est Deus, aut specialissimè à Deo protectus liber non est à vulnere.* lib. 2. sect. 1. n. 21. p. 26.

Clau. 2. *Requirebant eum inter cognatos, & notos.* Prudentissimè Virgo adiudicabat, Iesum inter cognatos, & notos commorari. Vt Magister coelestis edoceret, speciali studio propinquis benefacere, eos inuisere. lib. 2. sect. 1. n. 37. p. 28.

Clau. 3. *Ecce pater tuus, & ego dolentes quaerebamus te.* Docet Deipara, Iesum à peccatoribus cum dolore, ac labore quaerendum. *Deus enim laborantibus, & plorantibus illicò manifestatur.* lib. 2. sect. 2. n. 28. p. 34.

CONCIO II.

Intentum totius Euang. *Haud laudabilis aliquorum spiritus (aptius dixeris auaritiam,) qui sibi satagunt Deum, seu coelestia dona retinere, proximorum non curantes vtilitatem.* lib. 2. sect. 1. n. 31. p. 27. Remansit Puer Iesus in Ierosolyma. Deipara autem passa est à dilectissimo Filio vna integra die separari, vt comites queis haerescere putabat, eius proficerent societate.

Clau. 1. *Requirebant eum inter cognatos & notos, & non inuenientes, &c.* Dum cognati, & noti non indigent subsidio, Iesus inter cognatos, & notos non inuenitur. *Edocens, spirituales vires à cognatis recedere, si perfectionis viam velint infenso pede percurrere.* lib. 2. sect. 1. n. 43. p. 29. *Quid est, quod me quaerebatis.* Timotheus Antioch. *Sed & vbi me quaerebatis? In coeto Ionae non habuastis.* Si in Ionae coeto Maria Iesum quaesiisset! inibi inuenisset mysticè residentem. *Quia ibi adest Deus, vbi fideles laboribus agitantur. Templum enim Dei sunt in quo oportet Filium. Dei esse.* lib. 2. sect. 2. n. 34. p. 35.

Clau. 2. *Et erat subditus illis.* Principes, Reges, Praesules, ac magni quique debent Iesu subdito parentibus circa obedientiam egregia facinora litare. *Deus subditur hominibus, & dedignaris, obedire maioribus.* lib. 2. sect. 2. n. 40. p. 35.

CONCIO III.

Intentum totius Euang. *Nullus lapis non amouendus, vt Deum per crimina amissum inueniamus.* lib. 2. sect. 3. n. 49 p. 30. Remansit Puer Iesus in Ierusalem insciis parentibus: qui quidem dolentes eum requisiere. *Requirebant eum inter cognatos, & notos: regressi sunt in Ierusalem requirentes eum,* donec post triduum inuenere.

Clau. 1. *Descendit cum eis, & venit Nazareth.* An vile Iesu, Dei Filio parentibus hominibus obedientiā praestare? *Absit, obedientia enim quid augustum est, vel viles homines maximè illustrans.* lib. 2. sect. 2. n. 47. p. 36.

Clau. 2. *Iesus proficiebat aetate.* Viam proficiendi Iesus edocet obedientiam esse. *In Religione quidem ille virtutibus fulgentior apparet, qui virtuti obedientia plus addictus obycitur.* lib. 2. sect. 2. num. 53. p. 37.

Clau. 3. *Iesus proficiebat, sapientia, & aetate, & gratia apud Deum, & homines.* Prius Iesus apud Deum, quam apud homines proficiebat sapientia, & gratia. *Edocens nos, non prius curare placere hominibus, sed Deo; post quem licet dare studium, hominibus (in ipso) placendi.* lib. 2. sect. 2. n. 62. p. 38.

Fer. 6. post Dom. 3. Quadrag.

Venit Iesus in Ciuitatem Samariae. Ioa. 4.

Salut. Quid mirum Samaritidem foeminā ad frugē adductam esse meliorem, si aderat *ibi fons Iacob?* Id est, si Deiparae pietas profundissima patet? Richardus Laurent. lib. 11. Maria est fons misericordiae. Zach. 13. *In die illa,* quando adducendi sunt peccatores, *erit fons patens. Est enim fons Iacob Ioa. 4. apud quem Samaritana conuertitur, Puteus altus plena profunda misericordia, contra profunditatem cordis peccatoris.*

CONCIO I.

Intentum totius Euang. *Eleemosyna mirabilia quidem sunt incrementa.* lib. 3. sect. 1. n. 89. p. 57. Fatigatus Iesus Iacobeum accedit ad puteū, a mulierculaSamaritide potum aquae

aquæ frigidæ postulat, quem inexhauribili cælestis vndæ fonte rependat. Petit igitur, vt dei aquæ sitiens pauper Dominos exigua petit vnda donari, vt cœlestis pelagi impendat vbertatem.

Claus. 1. *Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic.* Christus fatigatione afficitur, quia ad dilectam Samaritanæ fœminæ animam properabat. *Nec vere potest se prebere amantem, qui non patitur.* lib. 3. sect. 1. n. 39. p. 5.

Claus. 2. *Sedebat sic supra fontem.* Sedet supra fontem, vt sitiens Samaritanæ fidem, spirituali æstui occurrere possit. *Situm animarum, quo nunquam Dominus non succenditur, hinc confirma,* lib. 3. sect. 1. n. 38. p. 51.

Claus. 3. *Voca virum tuum.* Virum Dominus vocauit Samaritanæ amasium, nè delinquentem pulsaret verecundia. *Edoceantur Præsules, ac spirituales parentes subditorum aperire delicta, sine pudore peccatoris.* lib. 3. sect. 1. o. 103. p. 59.

CONCIO II.

Introitus totius Euang. *O quam stultus peccator, qui post tritiorum immensos labores, aeterno labori est addicendus!* lib. 3. sect. 1. n. 96. p. 58. Samaritana aquam secularis putei venit haurire. Vitæ huius voluptates profundissimo secluduntur in puteo. Quam difficile hauriuntur aquæ turbidæ! Post sex amasios, Samarites misera premebatur inopia: nec tamen hæc illam ab æterno liberatet exitio, nisi misericordiæ Iesu immensitas eam potentissimè liberaret.

Claus. 1. *Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.* Cœlestis auceps Iesus, vt illic Samaritanam, fatigationum, ac laborum laqueos præparat. *Et quis non se captum profiteatur, dum Deum pro se actum laboribus obiecerit?* lib. 3. sect. 1. o. 45. p. 52.

Claus. 2. *Venit mulier de Samaria, haurire aquam.* Huiusce mulieris nomen Ioannes non expressit, quia fœmina libidinis morbo laborabat. *Porrò luxuriei addicti indigni ob vilitatem, qui nominentur,* lib. 3. sect. 1. n. 50. p. 52.

Claus. 3. *Da mihi bibere.* Ad impudicam vnam, fœminam connectendam Dei virtus defatigatur? *Quid mirum, si luxuries meretriculæ alias perniciem ministrantes totius iniquitatis gerit epilogum.* lib. 3. sect. 1. n. 82. p. 56.

CONCIO III.

Dum video Dominum cum alienigena fœmina colloquentem, togens contemplor exponi mysterium. Profectò & Discipuli mirantur: *Mirabantur, quia cum muliere loquebatur.* Ad quæ Strabus, *Non mirantur, quod cum muliere loquatur, id enim consueuerat; sed quod cum alienigena ignorantes mysterium Ecclesiæ de gentibus futuræ.*

Discurs. 1. *Mirabantur quia cum muliere loquebatur.* Videntes Discipuli Dominum cum sola fœmina commorari, mirati sunt putantes, magnum inesse mysterium. *Moneantur viri castitatis amatores cum fœminas fugere solitudinem.* lib. 3. sect. 2. n. 34. p. 68.

Discurs. 2. *Reliquit ergo hydriam.* Post diuturnum colloquium Samaritana conuertitur ad Deum, qui assolet alios peccatores vnico verbo adducere. *Vnde collige, quam difficile praua circa delicias consuetudo superetur.* lib. 3. sect. 2. n. 44. p. 70.

Discurs. 3. *Reliquit ergo hydriam.* Samaritana non promisit Christo, se ad meliorem frugem recipiendam: sed facto ipso vitæ mutationi dat operam. *Taxans eos, qui sese promissionibus vacuis circa pœnitentiam gerendam deludunt* lib. 3. sect. 2. n. 51. p. 70.

CONCIO IV.

Introitum totius Euang. *Adulterium graue admodum piaculum, ad iracundiam prouocant Conditorem.* lib. 3. sect. 1. n. 109. p. 60. Ideo qui peccatores alios solebat donare venia, haod præmissa reprehensione: fatigatus ex itinere accurrit ad fontem, Samaritidem expectat, cum ea colloquium init, aperit conscientiæ eius vulnera, & dum asserit quinque viros habuisse, & eum, quo tunc fruebatur, non esse suum, eam acriter reprehendit.

Claus. 1. *Venit mulier de Samaria, haurire aquam.* Vnam Samaritidem quæsiturus Dominus, fatigatur, aduenit. *Vt exprimat, sudores suos, ac labores, vni impendere animæ, ac omnibus simul.* lib. 3. sect. 1. n. 48. p. 53.

Claus. 2. *Sedebat sic supra fontem.* Fatigatus Dominus sedet supra fontem, & sic fatigatus obiicitur, vti accessit. *Quia nulla mundi requies vera, nulla à labore in terra quies.* lib. 3. sect. 1. numero 67. p. 54.

Claus. 3. *Mirabantur, quia cum muliere loquebatur.* Mirabantur Discipuli, quod Christus sacerdos magnus, Sacerdorum Princeps cum vili haud bonæ famæ mulierenla sermonem texeret, ignari mysterij. *Quid ergo puro homini Ecclesiæ ministro cum meretricula, dum eius spiritualis salutem geritur?* lib. 3. sect. 2. num. 66. p. 67.

CONCIO V.

Introitum totius Euang. *Bona mundi, secularis voluptas, sitim adauget.* lib. 3. sect. 1. n. 119 p. 61. Christus venit fatigatus ad puteum, quo quidem voluptas sæculi, ac mundialia bona exprimuntur. Accedit haurire aquam turbidam impudica fœmina; nec tamen satietate potitur sante Domino: *Omnis, qui biberit ex aqua hac sitiet iterum.*

Claus. 1. *Venit mulier de Samaria, haurire aquam.* Post tot libidinis documenta misera Samaritis haud exierat ab statu seruili. *Hac enim merces earum, quæ libidini seruiunt, semper inopia premi.* lib. 3. sect. 1. n. 74. p. 55.

Claus. 2. *Quinque viros habuisti, & hunc, quem habes, non est tuus vir.* Si vir ille maritus erat Samaritidis impudicæ, ideo planè impudica fœmina erat; quia ille non suus vir, sed alteri hærebat amasius. *Qualis enim vnus coniux ostenditur, talis alter assolet ostentari.* lib. 3. sect. 1. n. 133. p. 62.

Claus. 3. *Domine, da mihi hanc aquam.* Dominum Samarites Christum appellat, cum expetit, ab eo aquam viuentem accipere. *Reuerentia enim præmissa, facile à Deo impetrabis, quidquid oratione requisieris.* lib. 3. sect. 1. numero 138. p. 63.

CONCIO VI.

Initium totius Euang. *Bonorum cælestium stilla qualibet fontis offert satietatem.* lib.3.sect.1.n.125.p.61. Ideo Dominus peccatricem, quæ aquis mundialis voluptatis solebat impleri, curat cælestis fontis adducere satietatem æternùm duraturam. *Omnis*, inquit, *qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum*, &c.

Claus. 1. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me.* Obediens Dominus Patris voluntati, non potest esurire. *Edocet, omnibus abundare eum, qui Soli impletioni voluntatis Dei studium impendit.* lib.3.sect.2.n.58.p.71.

Claus. 2. *Videte Regiones, quia albæ sunt iam ad messem.* Ecclesia, aptè frugum nomine signatur, quæ quidem triticum cum paleis exponit. *Ne mireris si iustos aspexeris imperfectionibus subiacere obnoxios.* lib.3.sect.2.n.63.p.72.

Claus. 3. *Ex Ciuitate autem illa crediderunt.* Dum Dominus aperit Samaritanæ sine velamine piacula, illa ad meliorem frugem recipitur. *Hinc edisce, raro peccatores non conuerti fortassè, quia prædicatores, haud apertè vitia taxant, sed insaurare curant.* lib.3. sect.2. numero 69. p.73.

---

4. Feria 5. post Dominic. 5. Quadrag.

Ecce mulier, quæ erat in Ciuitate peccatrix. Luc.7.

Salut. QVare Euangelista non asseruit huic mulieri nomen esse Mariam, si postmodum cap 8. exposuit? Certè quia dum peccatricem exponit, non decuit Mariæ sanctissimæ nomen aperiri: secus cum egregia mulieris hu usce opera recensentur. Richardus Laurent. lib. t. *Cum agit beatus Lucas cap.7. de pœnitentia peccatricis Magdalena, propter huius nominis reuerentiam non ausus est Mariam, sed mulierem nominare, sed paulo post cap.8. cum dicit, eam iustificatam a Domino, de suis facultatibus illi ministrare vocat Mariam.* Iam iustificatæ Mariæ ad euulganda elogia licet asserere Mariam vocitari, & Mariæ nomen in auxilium exprimere supplices.

CONCIO I.

Initium totius Euang. *Mihi præstantius argumentum est, vt Christum Dei Filium profitear, conuertisse ad se peccatores, quam mortuos in vitam* [illegible]*.* lib.3.sect.3.n.29.p.80. Cum Lucas asserere intenderet, Magdalenam ad Domini pedes accessisse, lacrymis diluisse, extersisse capillis, à Dominoque venia donatam Christum Deitatem suam illis verbis exposuisse: *Remittuntur tibi peccata tua*: præmisit particulam, *Ecce mulier*, qua solet vti scriptura, cum rem admirabilem expositura est. O quam admirabile Deitatis opus peccatum esse demissum, peccatricem esse conuersam.

Claus. 1. *Ecce mulier, quæ erat in Ciuitate peccatrix.* Magdalena appellatur meretrix, non quia scortaretur; sed quia nobilis mulier vni amasio se tradidit. *Porrò quod est communi fœmina, omnibus se indifferenter tradere; est nobili, ad infamiæ notam, vel vnica impudicitia nota sese maculare.* lib.3 sect.3.n.35.p.81.

Claus. 2. *Lacrymis cœpit rigare pedes eius.* Magdalena incipiens à lacrymis, illico ineffabilia virtutis incrementa exponit. *Compendiaria enim lacrymarum via ad sanctitatis verticem.* lib.3. sect.3. n.79.p.88.

Claus. 3. *Videns autem Pharisæus, ait intra se: Hic si esset Propheta*, &c. Pharisæus temere iudicans Iesum, manifeste mendax obiicitur. *Et quandò temerarium iudicium à mendacij piaculo liberatur.* lib.3.sect.4.n.16.p.92.

CONCIO II.

Initium totius Euang. *Restauratio gratiæ non sine ingenti labore perficitur.* lib.3.sect.3.n.85.p.89. Curat Magdalena peccatrix deperditã resumere gratiam. O quanto labore pristina se induit stola! Diligentissimè *vt cognouit, quod Iesus accubuit*, ad conuiuij locum accessit, retro stetit verecundia suffusa, lacrymis cœpit rigare pedes Domini, cœpit quidem instituere luctum, quem vitæ terminus perfecit; lintei vices gessere capilli, vnguenta libat, pedes osculatur, Pharisæi iniurus agitur, &c.

Claus. 1. *Vt cognouit, quod IESVS accubuit in domo Pharisæi.* Cognitio seu meditatio IESV accumbentis in mensa Eucharistica sufficit, vt impudica Magdalena nuncium remittat voluptati. Alliciantur ad frequentem communionem, qui luxuriæ flamma absumuntur. lib.3. sect.3.n.41. p.82.

Claus. 2. *Attulit alabastrum vnguenti.* Magdalena nuncium voluptati remittit, cum poterat indulgere voluptati. *Taxans eos, qui ex impossibilitate peccandi curant agere (aut semel fictam) pœnitentiam.* lib.3.sect.3.n.54.p.84.

Claus. 3. *Hic si esset Propheta, sciret vtique, quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum.* Vt confundat Christus Pharisæum murmuratorem, mirificè Magdalenam collaudat. *Detractio enim assolet haud proximi famam lædere, sed eum mirificè efferre præconiis.* lib.3.sect.4.n.23.p.93.

CONCIO III.

Initium totius Euang. *Hostis luxuries non bello adorto, sed fuga vincendus.* lib.3.sect.4.n.51.p.36. Magdalena luxuriæ vulnere saucia accedit ad Christum, lacrymas profundit, abluit pedes Domini, à quo ipsa augustius abluitur. Denique Dominus profatur pœnitenti: *Vade in pace* Nec enim Deus vult à Magdalena bellum pristinis indici voluptatibus.

Claus. 1. *Vt cognouit.* Magdalena conuersioni, illico vt cognouit, seu audiuit Dei vocem, studuit, haud differre curauit. *Quia illud ipsum, mox non exequi Dei vocem, pœnitentiam monentis: idem est, ac præcordia obdurari.* lib.3. sect.3.num.48. p.83.

Claus. 2. *Et stans retrò.* Retrò stat, verecundiæ dico vulnere affecta, vt pudoris Martyrium litet Saluatori. *Pudor enim perpetrati criminis apud nobilis animi præcordia diri vulneris superat grauitatem.* lib.3.sect.3.n.66.p.86.

Vides hanc mulierem? Amor Iesu in Magdalenam conuuersam eum excitat, ad eius laudes vberrimè proferendas. *Quidquid enim amantibus affectatur oculis, optimum exponitur; porrò in diuina dilectione merito.* lib.3.sect.4.n.31.p.94.

CONCIO IV.

Initium totius Euang. *Nè, dum videris peccatorem magnum fuisse venia donatum, fallaci fortassè spe affectus, audeas adhuc indulgere peccatis.* lib.3.sect.3.n.61.p.85. En mulier peccatrix aduocatur, accurrit, lacrymis abluit pedes, & crimina absoluuntur. Crede mihi, huiusmodi pœnitentiæ portentum penè *cœpit* in Magdalena: & in ea quodammodo terminatur: *Lacrymis cœpit rigare pedes eius.*

Claus.1. *Attulit alabastrum vnguenti.* Nec aliena domus, nec conniuatum apparatus, nec pudor fœmineus Magdalenam ab vnguentis recedentem impediunt, nè faciliter accedat ad Christum. Cordis enim idola qui proiicit facillimè Domino colligatur. lib.3.sect.3.n.74.p.87.

Claus.2. *Hic si esset Propheta, sciret vtique quæ, & qualis esset mulier: quia peccatrix est.* Pharisæus ipse Magdalenæ impudicitiam velut Propheta taxat. *Quinimo enim aliena luxuries e Prophetam ostentat. O censorum falsa iudicia!* lib.3. sect.4. n.37.p.94.

Claus.3. *Fides tua te saluam fecit.* Iubetur Magdalena à via puritatis in viam scandali vlterius non labi: *Vade in pace.* Profectò *periculosum est, pœnitenti, vel solum respicere statum priorem.* lib.3. sect.4.n.44.p.95.

Claus.4. *Vade in pace.* Peccatrix in Ciuitate scandalum omnino iubetur auferre. *Qui non curat occasiones fugere, haud potest vera pace potiri.* lib.3. sect.4.n.57.p.96.

---

5. Feria 2. post Dominic. 4. Quadrag.

Propè erat Pascha Iudæorum. Ioan. 2.

Salut. DE Templo Dominus negotiatores flagelli vulneribus exturbauit; no orationis domum, negotiationis spiritualis locum temporaria negotiatione profanarent. O Deiparam Templo illo sacerrimo figuratam! Apud te orationis, negotiationis spiritualis domus adest. *In Templo Mariano* (inquit Richardus Laurent.lib.10.) *cantatur, & psallitur. Vnde Psal.28. In Templo eius omnes dicent gloriam ad honorem Filij glorificando Mariam. Sacerdos huius Templi Christus Dominus eius studens immunitati. In medio huius Templi, negotiationis spiritualis domo, suscepimus misericordiam Dei. Vnde dicimus Patri, suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio Templi tui, id est, remissionem peccatorum. Quia ad hoc venit Filius Dei in hoc Templum, vt saluum faceret populum suum a peccatis eorum.*

CONCIO I.

Initium totius Euang. *A negotiatione spirituali incipiendum est ad temporalium negotiorum prosperitatem.* lib.4. sect.1.

Ant. de Escob. & Mend. Tom. III.

n.14.p.103. Ideo Magister cœlestis Ierosolymam veniens, illicò sese recipit in Templum: & dum à Dei laudibus incipit, miram perficit aduersus Templi prophanatores victoriam.

Inuenit in Templo vendentes oues & boues, &c. Claus.1. Disperduntur oues, & boues, subuertuntur mensæ eorum, qui templa non verentur prophanare. *O quam labilis Respublica, vbi ciues Templi religioni non studens.* lib.4.sect.1.n.19.p.104.

Omnes eiecit de Templo. Christus diuinus Claus.2. prorsus ostenditur, dum omnes, funiculo complicato, è Templo exturbat. *Et quandò non diuinus obiicitur, qui sacerrimo Templo litat reuerentiam!* lib.4.sect.1.n.24.p.105.

Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Claus.3. Querimonia Iudæorum de effusæ pecuniæ dolore exorta est. *Nil enim sic compungit auaros, quam pecunia eis lucra prohiberi.* lib.4. sect.2.n. 14.p.111.

CONCIO II.

Grauissimum piaculum grauissima agnatum vindicta est, in Ecclesiasticis muneris lucris temporariis studere. Initium totius Euang. lib.4. sect.1.n.36 p.107. Sacerdotum studio illæ apud Delubrum mercimoniæ vendebantur. Vnde Sacerdotes vendentes, & ementes Christus merito flagellauit in mercatoribus, complicato funiculo, ac cunctos subuertit nundinarum apparatus.

Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis. Claus.1. Ex funiculis Christus flagellum fecit peccatoribus à Templo deturbandis. *Deus enim noster ex criminibus flagella ad supplicium componit.* lib.4. sect.2.n.42.p.108.

Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Soluite Templum hoc, &c. Claus.2. Christus ostendit, se potestatem, ac dominatum in Iudæos habere; quia pro eis est moriturus. *Ille enim verè Dominus ostenditur, qui subditis amoris documenta exponit.* lib.4.sect.2.n.23.p.112.

Quadraginta & sex annis ædificatum est Templum hoc. Claus.3. Licet quadraginta & sex anni minimè impensi fuerint Templi exædificationi, verè asseritur; quadraginta & sex annis esse extructum; quia Regum desiderium pro opere computatur. *Edisce, te posse desiderio per magna operari.* lib.4.sect.2.n.29.p.113.

CONCIO III.

Initium totius Euang. Christus se ostendit, quodammodò exitialem admodum peccatorum societatem timere, horrens peccati consortium, vt nos *deceat, à prauis socijs seiungi.* lib.4.sect.1. n.48. p.108. Ideo Dominus Templi, qui thronum in ipso collocatat, flagelli vulnere & miraculi excitatione eurat ementes, & vendentes è Templo exturbare.

Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit. Claus.1. Acriter & flagello, & verbo vulneratos Iesus Templi prophanatores exturbauit. *Quia domum vitæ domum mortis sibi constituebant,* lib.4.sect.1.n 30.p.106.

Ipse autem IESVS non credebat semetipsum eis. Claus.2. Nec credentibus Iudæis in eum se

credebat Christus; quia agnoscebat humani cordis mutabilitatem. *Nullus adeo iustus, & perfectus est securus à casu, nullus tutus omnino locus homini fragili, mutabili.* lib. 4. sect. 2. num. 34. p. 115.

Clauf. 3. *Non se credebat eis.* Christus semetipsum non credit eis, qui non crediderunt, speciatim sedentibus nummulariis. *Quia peccatores publice sedentes, & enulgantes crimina, scandalo oborto specialissimè inuisi sunt Conditori.* lib. 4. sect. 2. n. 42. p. 115.

---

6. Sabbat. post Dom. 4. Quadr.

Ego sum lux mundi. Ioan 8.

Salut. DVm Christum mundi lucem exaudio necessario recordor Orientis, nempe Mariæ. Apposite Richardus Laurent. l.b. 7. *Maria est Aurora, seu prima claritas Dei, nam ipsa fuit initium diei gratiæ. Ideo dicitur Aurora consurgens in plenam claritatem diei. Propter hoc dicitur de Christo Sap. 16. Oportet preuenire Solem ad benedictionem tuam, & ad ortum Solis adorare te. Rectè Maria dicitur Oriens Solis; nam ex ea ortus est Christus, qui est lux mundi. Per hanc Auroram Solem prauenit, qui Matris intercessione Filium sibi reddit propitium. Ad Orientem lucis adorat, qui Matri obsequendo iram Filij mitigat.*

CONCIO I.

Initium totius Euang. *Quando preces, vel apud domesticos, calumniatores, aut murmuratores Regi, Domino, aut patrifamilias defuere? Certè calumnia vel Deum audet vulnerare.* lib. 5. sect. 1. n. 15. p. 12. Postquam Scribæ, ac Pharisæi, qui adulteram mulierem adduxerant, recessere: adsunt adhuc, qui calumniandi, ac detrahendi Saluatori, officium expleant, aduersus lucem ipsam totius fulgoris fontem tenebras curantes excitare: *Tu de te ipso, &c.*

Clauf. 1. *Ego sum lux mundi.* Dum Christus se mundi lucem esse affirmat, nos à peccatorum tenebris liberandos asserit. *Vera lux mentis oculos acuit ad peccatorum cognitionem.* lib. 5. sect. 1 n. 9. p. 120.

Clauf. 2. *Qui sequitur me non ambulat in tenebris.* Necessarium est, sequentem Christum lucem, in peccati tenebris non ambulare. *Peccati enim tenebra cum IESV fulgentissimo luminari vna in sede non commorantur* lib. 5. sect. 1. numer. 22. p. 121.

Clauf. 3. *Tu de te ipso testimonium perbibes. Respondit* IESVS: *Et si ego testimonium perbibeo de me ipso, testimonium meum verum est.* Christus fert testimonium de se ipso luce mundi, quod sapientes Hebræorum Magistri non cognouere. *Quia proprium est sapientia cœlestis, non intelligi ab hominibus. Stultitiæ plana documentum est intellectu facilem semper ostentari.* lib. 5. sect. 2. n. 21. p. 129

CONCIO II.

Initium totius Euang. *Inuidia pressus homo agnoscere non vult ea ipsa, quæ videt pulchra & dignoscit in proximo* lib. 5. sect. 2 n. 30. p. 130. sese Dominus lucem esse ostenderat egregiis operibus. Iudæi autem post tot gesta, asseruot Christum solo sermone de se testimonium exhibere: *Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum.* Addit Dominus, *Ego testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me Pater.* Et post tot lucis testificationes, adhuc illi laborantes inuidia capti oculis ostentantur.

Ego sum lux mundi. Christus verax sapientiæ lux. *Vera sapientia, non solum mentem illuminat, sed & voluntatem ad virtutem succendit.* lib. 5. sect. 1. n. 16. p. 121. Clauf. 1.

Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Deus lux vera non obscurat creata luminaria, quæ quidem præsente Domino, lumen habent. *Edocet* IESVS *creata sydera, quonammodo debeant elucere sine aliorum claritatis imminutione.* lib. 5. sect. 1. n 49. p. 125. Clauf. 2.

Ego non iudico quamquam. Christus Deus & homo aptè asserit, se non iudicare homines. *Humanitatis enim Iesu agnota omnimoda misericordia.* lib. 5. sect. 2. n. 35. p. 135 Clauf 3

CONCIO III.

Deitati agnatum, veritatem ferre, ac protegere. lib. 5. sect. 2. n. 42 p. 132. Se Dominus lucem asseruit, abnegarunt Iudæi inuidia succensi. At Christus probat se lucem existere, verumque esse quod de se attulit testimonium: asserens se Dei Patris Filium verum. Initium totius Euang.

Ego sum lux mundi. Magisterium Iesu apposite almæ luci comparatur. *Magistri Euangelici mundi lux fulgentissima, quodammodo Deitate conspicui.* lib. 5. sect. 1. 27. p. 122 Clauf. 1.

Ego sum lux mundi. Non Palæstinæ, Iudææ, Galilææ solum: sed totius mundi lucem se existere Dominus affirmauit. *Edocens dum omniura se Deum, ac Dominum communiter profitetur, Præsules omnium futuros subditorum.* lib. 5. sect. 1. n. 35. p. 123 Clauf. 2.

Ego sum lux mundi. Christus non se Solem asserunt, sed lucem, omnium fontem fulgoris. *Vt ostendat, Dei famulos, speciatim ministros Euangelij subiectos non esse stellarum influxui; sed Dei solius subiacere ditioni.* lib. 5. sect. 1. n. 43. p. 124 Clauf. 3.

Neque me scitis, neque Patrem meum. Iudæi Christum Iesum non agnoscentes, neque habentes: Patrem consequenter non habent, & cunctis bonis necessario priuantur. *Qui habens Iesum, omnia possidet bona: & sine Iesu, misera laborat inopia.* lib. 5. sect. 2. n. 48. p. 132 Clauf. 4.

Fer. 3. post Dom. 4. Quadrag. 7.

Iam die festo mediante, ascendit IESVS *in Templum.* Ioan. 7.

IN Templum docturus Dominus ingressus est: *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.* Alibi ostendi, Mariam Templum esse Deitatis habitaculum. Cum autem audio Iesum in Templum ingressum, mihi libet Mariam Templi limen exponere. Ait Richardus Laurent. Salut.

Laurent. lib. 10. *Limen est ingressus Templi, & per Virginem ingressus est Christus ad humanitatem sacerrimum planè Dei Delubrum & fideles ingrediuntur in Ecclesiam cœlestem, & Templum vitæ æternæ. Et nota quod limen quadrangulum describitur. Ezech 41. & Maria quadrata erat per quatuor virtutes cardinales. Limen hoc planè quadratum, Primum latus, abnegare se. Secundum, abnegare suos. Tertium, abnegare sua. Quartum proprium abnegare sensum, & propriam voluntatem alicui subiicere, exemplo Christi* hodie ingredientis Templum, *qui dixit Ioan. 7. Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me, & hoc est nihil sibi de se ipso reseruare, sed propter Deum alicui se subiicere imperio.*

CONCIO I.

Institutum totius Euang. *Proprium quidem est inuidi, ac calumniatoris, ad præclara quæque proximi oculos claudere; ad defectus autem vel minimos aperire.* lib. 6. sect. 1. n. 29. p. 141. Mirantur Iudæi Christum tam augustæ doctrinæ fulgorem semittere, cum non didicisset. Pluribus ostendere intendit IESVS doctrinam esse Patris, qui eum immiserat. Nec ideo Iudæi praua iudicia compressere, sed exitium Domini meditati sunt. Porro videntes Dominum Magistrum se plusquam Discipulum ostentare, debuissent laudibus efferre doctrinam, nisi liuoris morbo corripentur.

Clausf. 1. *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.* Christus suam vocat doctrinam, quam docebat, non suam; quia à se inuentam non esse sed à Patre acceptam, profitetur. *Vera enim sapientia non inflat Doctorem, sed eum efficit fulgere humilitate.* lib. 6. sect. 1. n. 35. p. 142.

Clausf. 2. *Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* Ineptè legis Moysis transgressores Principes, quærebant, Christum ob legis violationem interficere. *Nam qui aliorum plectit delicta, omnino se debet innocentem ostentare.* lib. 6. sect. 2. n. 21. p. 147.

Clausf. 3. *Dæmonium habes; quis te quærit interficere?* Syncera turba, quæ non agnoscebat Principum intentionem circa Christi necem, tribuit dæmoni illud iudicium. *Agnatum cum Dæmone est, temerariè de internis hominum intentionibus iudicare.* lib. 6. sect. 2. n. 28. p. 148.

CONCIO II.

Institutum totius Euang. *Semper errat, qui personarum solummodo faciei intuetur, qui rerum adaptat superficiei.* lib. 6. sect. 2. n. 33. p. 149. Dei Filium se Christus ostēderat ex doctrina, quam non didicerat, præstantia. At Iudæi id Dæmonis opus esse asseruere. Ideo veritatis assertor. *Nolite iudicare secundum faciem, sed rectum iudicium iudicate.* Nam quod ex facie rectum quidem non est, sed innumeris fallaciis agnatum.

Clausf. 1. *Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina mea.* Rectè operantibus, id est, Dei voluntati obsequentibus vera scientia promittitur à Iesu. *Ille enim vera sapientia fulgore ornatur, qui vitæ recta exprimit actiones.* lib. 6. sect. 1. n. 42. p. 143.

Clausf. 2. *Dæmonium habes; quis te quærit, interficere?* Vt Iudæi possent Domini animum horribiliter discruciare, eum dæmonium habere, impudentes affirmant. *Nihil enim crudelius contumelia, ad præcordia nobilis, ac iusti hominis sauciandæ.* lib. 6. sect. 2. n. 39. p. 150.

Clausf. 3. *Vnum opus feci: & omnes miramini.* Soli Principes, ac Pharisæi mirabantur, siuè tumultuabantur, turbabantur: Christus autem omnes præsentes quasi eodem crimine reos arguit. *Quam prudenter! Certè obiurgatio Concionatoris, quo generalior, eo mitior est.* lib. 6. sect. 2. n. 49. p. 151.

CONCIO III.

Premens Chrysostomus tempus, quo Dominus ad Templum ascendit, ait: *Iam die festo mediante, ascendit in Templum, & docebat. Dominus tardatione sua auditores attentiores facere volens non in primis diebus ascendit, sed circa solemnitatis medium.* Mox vt ascendit docebat. *Qui primis diebus eum quæsierunt, repente eum præsentem vident in Templo docentem.*

Discurs. 1. *Iam die festo mediante.* Cur attentiores requirit Dominus auditores? Certè vt adnotent ascendisse in Templum docturum non festo incipiente, sed mediante, ne audientium aures festi strepitu occluderentur. *O quanta attentione, ac reuerentia Dei verbum oportet exaudiri!* lib. 6. sect. 1. n. 14. p. 139.

Discurs. 2. *Iam die festo mediante, ascendit.* Cum mundi festiuitas vergit in finem Christus in Templum ascendit, hominibus ostentandus. *Tunc enim homines oculos acuunt* (quod, autore Chrysostomo, Dominus expetebat) *ad salutis negotia aspectanda, cum vitæ, felicitatisque temporariæ finem instare agnoscunt.* lib. 6. sect. 1. n. 19. p. 139.

Discurs. 3. *Ascendit Iesus in Templum, & docebat.* Postquam Euangelista expressit, Dominum ad Templum ascendisse: illico adiicit, doctrinæ, seu prædicationi operam dedisse; (vt Chrysostomus.) *In Templo enim nihil gerendum, quod ad Dei obsequium non attineat,* lib. 6. sect. 1. n. 24. p. 140.

Sabbat. post Dom. 5. Quadr.

Cogitauerunt Principes Sacerdotum, vt & Lazarum interficerent. Ioan 12.

Salut. CVm videret Dominus aduentare Gentiles vt veraciter hostes possent inclamitare: *Totus mundus vadit post illum*: agnoscit se ex hoc à Patre clarificatum esse. At hinc se turbatum exponit. *Venit hora vt clarificetur Filius hominis. Nunc anima mea turbata est.* Profectò verè humilis, de suis laudibus assolet erubescere. O quàm Mater, ex hoc capite, Maria Iesu! laudatur ab Angelo, & turbatur. *Aue gratia plena. Quæ cum audisset turbata est.* Luc. 1. Pulchrè ad hæc Richardus Laurent. lib. 4. *Turbata est Maria, quia audiuit, se laudari. Qui enim verè humilis est, de suis laudibus erubescit. Et cum omnes soleant inde lætari, ipsa turbata est exemplo Filij, quem cum quærerent videre Gentiles Ioan. 12. respondit, Venit hora, vt clarificetur Filius hominis, Et paulo post, Nunc anima mea, turbata est valdè.*

CONCIO I.

Initium totius Euang. *Deus non fuco, sed naturali compositione delectatur.* lib.7.sect.n.19.p.159. Cum corat turba Dominum plausu excipere incedentem, asello insidentem ob egregia facinora, quæ viderat, ac audierat ob Lazarum à mortuis suscitatum: *acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei.* Non tapetibus viam sterount, sed palmarum froodibus, ad victoriam Domini celebrandam.

Claus.1. *Cogitauerunt Principes Sacerdotum, vt & Lazarum interficerent.* Lazarus suscitatus à Domino quid deliquit, vt interfectioni sit addicendus? *Porrò felix ostenditur, & agnata est ruina felicitati.* lib.7.sect.1.n.35.p.160.

Claus.2. *Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum sicut scriptum est: Noli timere filia Sion, ecce Rex tuus.* Si Rex à Sion filia recipiendus inducitur, cur asellum requirit, ad equitandum? *Quia quo quis augustior, eo efficacius superflua reiicit, necessaria solummodò admittens.* lib.7.sect.1.n.47.p.161.

Claus.3. *Pater, clarifica nomen tuum.* Postulat Dominus, ex passione, & Cruce clarificari à Patre. *Passio enim & Crux clarificauit Christum, id est, cum fecit Dei Filium ostentari.* lib.7.sect.2. num.16. p.165.

CONCIO II.

Initium totius Euang. *Rex, seu Præsul subditorum sustinet passiones, eorum ponderibus grauatur, compatient ipsis.* lib.7. sect.2 n.22.p.165. Rex Sion augustissimo incedit appparatu, à filia Sion recipitur. Gentiles, Philippo intercessore accedunt adoraturi. Portò Dominus, *anima mea*, inquit, *turbata est.* Christus turbatur suscipiens in se membrorum suorum infirmitatem.

Claus.1. *Pater clarifica nomen tuum.* Licet voluntate humana naturali Christus mortem non expeteret: voluntate deliberata Patris submissus voluntati appetit, & efflagitat. *Edocens, nos Patris cœlestis imperiis difficilibus subiacere.* lib.7. sect.2. n.30.p.166.

Claus.2. *Et ego si exaltatus fuero à terra.* Videtur Dominus dubitate de sua in Cruce exaltatione. *Quia aliquorum peccatorum malitia tanta est, vt quodammodo vel Deo impossibilis videatur.* lib.7. sect.2.n.39.p.167.

Claus.3. *Qui mihi ministrat, me sequatur.* Non dixit, Mecum moretur, sed Me sequatur; quia viris loquitur studentibus perfectioni. *Perfecti enim Christi imitatores necessario Christum nunquam sedentem, sed semper ambulantem sequuntur.* lib.7. sect.2.n.46.p.168

CONCIO III.

Initium totius Euang. Ait D. Chrysostomus apud Saa, *Nullam Christi miraculum ita Iudæos inuidos furere fecit; erat enim hoc mirabilius, & coram multis factum. Cumque hic non possint queri contra Dominum, contra Lazarum irruunt. Cogitauerunt itaque, vt & Lazarum interficerent.*

Claus.1. *Cogitauerunt.* Quanta cœcitate laborabant Principes cogitantes interficere Lazarum, quem suscitare poterat occisum, qui mortuum ad vitam reuocauit. *Et quando inuidia luminibus capta non ostenditur?* lib. 7. sect. 1. n.16.p.157

Vt & Lazarum interficerent. Cogitant inuidi Principes non solum Christum, sed & Lazarum de medio tollere. *Inuidia enim crudelissima lues.* lib.7.sect.1.n.23.p.158

Quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. Principes Sacerdotum expetunt de medio tollere Lazarum, vt adulatione Cæsaris animum demulcerent. *Cuncti enim curant Principum auribus, profusa adulatione, assentari.* lib.7.sect.1.n.35.p.160. *Claus.2.*

Dom. in Palmis. 9.

Cum appropinquasset Iesus Ierosolymis. Matth. 21.

Cum Dominum hodierna die contemplor appropinquare Ierosolymis, & venire Bethphage, *ad montem Oliueti*: mox illum mansuetum peccatoribus adoentare video; *Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* E Mariæ etenim benignitate, quid nisi pietatem traheret delinquenti? Appositè Richardus Laurent. lib.8. *Maria est mons Oliueti Mat. 21. Cum venisset Iesus ad montem Oliueti. Sic dictus ille mons propter copiam oliuarum, & Mariam Dominus cumulauit plenitudine gratiæ, & fecit Matrem misericordiæ. Hic mons, in quo beneplacitum fuit Deo habitare in eo nouem mensibus corporaliter, & in quo, secundum quod Deus, habitabit in finem, id est, sine fine, sine termino, sine mensura.* Ideò nunquam non *dicitur filia Sion, Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* *Salut.*

CONCIO I.

Ille quidem Princeps est dignus plausu, qui subditos scit, concordia, ac pacis vinculo colligare. lib.8. sect.2.n.26.p.184. Iubet Dominus, Discipulos asinam adferre, eques Sioois filiæ ostentatur mansuetudine fulgens, pacis assertor, obuiam ei procedunt ciues viam frondibus exornantes. Debitus planè Regi plausus pacifico. *Initium totius Euang.*

Ite in Castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam. Non equum, sed asinam Dominus eligit, vt sedeat, & triumphum agat. *Quia non sapientibus mundi, sed insipientibus Dei fuere reuelata mysteria in sapientiæ secularis confusionem.* lib.8.sect.1.n.20.p.174. *Claus.1.*

Inuenietis asinam alligatam. Discipuli ad asinam alligatam, id est, ad peccatores immittuntur. *Peccator enim miserè alligatur, turpissimè laborare cogitur.* lib.8. sect.1. numer.26. p.175. *Claus.2.*

Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. An aptè Propheta asserat, Regem esse Christum, cum tam humili, ignaro agricolis, vtitur equitatu? *Ita planè; nihil enim sic Principem, seu virum nobilem manifestat ac humilitatis submissio.* lib. 8. sect.1.n 47.p.177. *Claus.3.*

Osanna filio Dauid. Non imprecantur turbæ sibi fœlicitatem, sed ipsi Regi Messiæ iusto. Quare non & sibi? *Verum quia iustus, & sanctus vir munus est Vrbis, Reipublicæ felicitas.* lib. 8. sect.2.n.33.p.185. *Claus.4.*

CONCIO

CONCIO II.

Intentum totius Euang. *Humilibus agnatum Imperium, plauſumque excitat ſubditorum humilitas.* lib.8. ſect.2.n.39. p.185. Aſcenſor aſini hodie Chriſtus aſpicitur, nec tamen vt alias ſæpè excitator miraculorum oſtenditur;& à ciuibus Rex acclamatur. Quid Regium in aſini aſcenſore? Porrò quia humilitas hominem Regio decore ornatum exponit. *Dicite filia Sion, Ecce Rex tuus venit tibi, ſedens ſuper aſinam.*

Clauſ. 1. *Soluite, & adducite mihi.* Opus ne Deus vnico peccatore habet? *Dicite quia Dominus his opus habet.* Neceſſarius ne homuncio Conditori? *Tanti ducit Deus vnum hominem, vt cum ipſo omnia poſſidere videatur: ſine ipſo nihil.* lib.8. ſect. 1.n.33.p.175.

Clauſ. 2. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.* Manſuetus venit Rex, vt ſubditos homines facilius ad ſe adducat. *Nam manſuetudo Præſulis trahit ſubditos obſequium voluntarios.* lib.8.ſect.1.num.39. pag.176.

Clauſ. 3. *Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta.* Qui vltro ad paſſionis, & mortis ignominiam properabat, cur tanti triumphi gloriam ambit? *Profectò quia Crux tam glorioſa eſt, vt per gloriam ad ipſam ſit properandum.* lib.8 ſect.2. num.13. pag.182

CONCIO III.

Intentum totius Euang. *Illa egregia laus, quæ ex alieno ore procedit: propria laudatio vituperium eſt.* lib.8.ſect.2.n.19. p.183. Dum Chriſtus Diſcipulos immittit aſinam allaturos, dum aſcenſor aſinæ vti vilis oſtenditur, dum ſe homuncionem communem, ſeu vulgarem exponit: à turbis acclamantibus excipitur, mirificè collaudatur. Quam auguſta ore elogia ex alieno!

Clauſ. 1. *Ecce Rex tuus venit tibi.* Magna admodum cœleſtis Regis dignatio, ſingulis hominibus venire. O iuſti dignitas, qui poteſt clamare: Rex Deus meus qui planè eſt! *Taxandi hinc Principes, qui non ſunt omnium ſingulariter ſubditorum.* lib. 8. ſectio 1. numero 55. pagina 178.

Clauſ. 2. *Sedens ſuper aſinam.* Super aſinam ſedens, ſiuè pauper incedit, dum triumphat: non æquum iubet afferri. *Sumptuum enim oſtentationis cum peculio ſunt menſuranda.* lib.8. ſect.1. num.61. pag.179

Clauſ. 3. *Venit tibi.* Commendat Euangeliſta Regis cœleſtis gloriam, & ſubditorum exaltationis cauſam, dum aſſerit, ſubditis venire. *Ille enim commendabilis Princeps, ac Præſul, qui non ſui, non vnius: ſed ſubditorum omnium vtilitati ſtudet.* lib.8.ſect.1.n.69.p.180

---

10. ## Domin. in Albis.

Cum eſſet serò die illa, & fores eſſent clauſæ. Ioan. 20.

Salut. DEiparentis auxilium huiuſce Euangelij expoſitioni eſt agnatum: quia irrefragabile virgineæ integritatis teor eſſe argumentum. Audi D. Idelphonſum ſerm. de parturit. Mar. qui quidem premens illud noſtri Ioannis *Cum fores eſſent clauſæ, vbi erant Diſcipuli congregati propter metum Iudæorum, ſtetit* IESVS *in medio eorum*, fatur: *Proculdubio patet ſenſus, quia clauſo vtero ad nos venit, ſicut ianuis clauſis ingreſſus eſt ad Diſcipulos. Si quidem aſpectus Diſcipulorum vtrumque tunc probauit, ſcilicet quod & fores eſſent clauſæ, & quod Dominus per eaſdem introiens, coram præſens adſtaret. Sic & fides noſtra vtrumque de Chriſto certiſſimum tenet; quod & peruia fuerit Mariæ integritas naſcente Domino ex ea; & tamen vterus non fuerit reſeratus.*

CONCIO I.

Præſulum præſentia admodum ſubditis ſalutaris, abſentia omnino exitialis eſt. lib.9.ſect.1.num.59. p.591. Diſcipuli, abſente Domino adeò conturbantur, vt clauſis foribus, in domo Marci recluderentur: Thomas ouis erronea penè deperiiſſet. Aſt redeunte IESV, & Diſcipuli pace fruuntur. *Pax vobis*; & Thomas gregi addicitur: *Dominus meus, & Deus meus.* **Intentum totius Euang.**

Vbi erant Diſcipuli congregati propter metum Iudæorum. Venit IESVS, *& dicit eis: Pax vobis.* Vt Diſcipulos metu affectos ex impugnatione Iudæorum reddat milites validiſſimos, eos pace donat. *Nihil enim ſic præcordia roborat aduerſus incommoda, quam donum pacis.* lib.9.ſect.1.n.30. p.192 **Clauſ. 1.**

Et oſtendit eis manus, & latus. Vt Dominus qui glorioſus reſurrexerat, à Diſcipulis poſſet ag oſci, oſtendit eis non fulgores immortalitatis, ſed mortalitatis ſtigmata. *Hominum enim proprium eſt, quod glorioſum eſt in proximo, ſeu Præſule non attendere: quod fragile, & abiectum eſt, adſpectare.* lib.9.ſect.1. num.38. pag.193 **Clauſ. 2.**

Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis. Poſtquam pacis exbibuit abundantiam, remittendi peccata poteſtatem dedit; quia ex libera à labe conſcientia vera hominis pax. *Peccatum enim verum animi bellum omnium incommodorum eſt colligatio.* lib.9. ſect.2. numero 14. pag.200 **Clauſ. 3.**

CONCIO II.

IESV *præſentia & animi gaudium vna commorantur in ſede.* lib.9.ſect.1.num.61.p.197. Dum Diſcipuli concutiuntur formidine, dum recluduntur ob Iudæorum metum: neceſſario triſtitia afficiebantur. Quid mirum, ſi Dominus aberat? At apparente Domino, qui eum videbant, conſequentiæ vi afficiebantur exultatione: *Gauiſi ſunt ergo Diſcipuli viſo, Domino.* **Intentum totius Euang.**

Oſtendit eis manus, & latus. Reſeruauit Princeps noſter vulnerum cicatrices, vt ex eis curis ſubditis medicamenta præpararet. *Principis enim Præſulis prudentia eſt, ſupponere, vel probatiſſimos ſubditos poſſe ægrotare, ſeu delinquere.* lib.9. ſect.1.n.44 p.194 **Clauſ. 1.**

Iterum dixit eis, Pax vobis. Iterat Dominus pacis præconium, vt oſtendat, ſe Cruci ſuffixum fuiſſe, vti mundum pace vera donaret. *Ille etenim Princeps egregius eſt, qui abundantiori pace Regnum donauit: non qui fortius cum hoſte certamen inſtituit.* lib.9. ſect.1. numero 49. pag.195 **Clauſ. 2.**

Clauſ.3. *Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus, & latus.* Cum Chriſtus Diſcipulos pace donat, oſtendit eis vulnera belli, quibus fuit acquiſita pax. *Etenim pax non ſtabilitur niſi poſt bellorum incommoda, poſt vulnerum pericula.* lib.9. ſect.1. n.54.p.196

CONCIO III.

Intentum totius Euang. *Qui a communitate abſtrahitur, ſingularitati ſtudens communi ſalutari bono priuatur.* lib.9. ſect.2. num.20. pag.200. Diſcipuli aderant congregati, cum Dominus apparuit, & omnes pacis munera recepere. At Thomas ideo pacem tunc non accepit cum Diſcipuli receperunt, *quia non erat cum eis.* Reddit Thomas ad communitatis gremium, & apparet IESVS eum pace donaturus; quia cum eis adelat.

Clauſ.1. *Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. non credam.* Vt ſolum Thomam ab incredulitatis lupo eripiat Dominus, iterum venit, & quaſi iterum, affectu ſcilicet, vulneratur. *Pro vno etenim homine, ſi oportet, rurſum Dominus profunderet cruorem, omne redemptionis pretium impenderet.* lib.9. ſect.2. numero 26. pag.201

Clauſ.2. *Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, &c.* Non percutit incredulum Thomam, ſed ei dicit. *Quia verbis dulcibus, non vulneribus peccatoris durities eſt emollienda.* lib.9. ſect.2. n.32. p.202

Clauſ.3. *Dominus meus, & Deus meus.* Quam cito incredulus Thomas fidei Magiſter Chriſticolis exponitur. *Profectò peccator (obduratus licet) qui Chriſto accedit, citò deſinit eſſe peccator. O præſentia Dei emolumenta!* lib.9. ſect.2.num.38. pag.203

---

11. Domin. XXII. poſt Pentecoſt.

Abeuntes Phariſæi, conſilium inierunt, vt caperent eum in ſermone.
Matth.22.

Salut. CÆſar ne totius orbis moderator eget ciuium ſtipe? Menander appoſitè, *Vix non eſt Rex, qui probatur egere.* O Regem cœleſtem, verè Deum, qui meis non indiges ſubſidiis. An non vere Reginam ſimul Deiparam appellarim, apud quam cœleſtis theſaurus continetur? Fatur Richardus Laurent. lib.4. *Maria non indiget, vt Cæſar, tributo; ipſa enim dicitur theſaurus Domini. Vnde Sapient.8. Infinitus eſt theſaurus hominibus, quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei. Maria theſaurus, quia in ea, vt in gazophylacio repoſuit Dominus omnia bona gratiarum, meritorum, virtutum, donorum: & de theſauro largitur ipſa larga ſtipendia ſuis militibus, & operariis.* Non ergo indiget Maria tributo, ſed tu indiges ad ſalutem impetrandam vt ei precum tributa impendas. O vere Regina!

CONCIO I.

Intentum totius Euang. Quis in aula non ſeducitur? O aulæ vim ad ſeducendum! *Porrò, ſi poſſibile eſſet Chriſtum ſeductioni parere, ad id nil aula accomodatius.* lib.10. ſect.1. n.10. p.208. Ideo Phariſæi conſilio inito, vt IESVM in ſermone caperent, duos diſcipulos cum aulicis Herodianis mittunt. Hi de tributo Cæſari impendendo diſſerunt. Dei autem Filius, eorum agnita nequitia, curat eorum laqueos comminuere: *Quid me tentatis hypocritæ?*

Clauſ.1. *Magiſter ſcimus, quia verax es.* Exerunt Phariſæi dæmonis perſonam, qui quidem vt tentet, genio ſe accommodat eorum, quos aggreditur. *Agendum de adulatoribus omnium ſe ſe guſtui aptantibus.* lib.10. ſect.1. numero 18. pag.209

Clauſ.2. *Magiſter ſcimus.* A dæmone adulatores huiuſmodi aſtum didicere. *Diabolus enim ſe ſe genio eorum, quos demulcere ſatagit, accommodat.* lib.10.ſect.1.n.24.p.209

Clauſ.3. *Quid tibi videtur? Licet cenſum dare Cæſari, an non?* Peſſimi hi Herodiani ſe ſimulant legis inquiſitores, vt nequitiam operiant. *Iuſtorum enim proprium eſt, circa legis præſcripta excitare quæſtiones, Dei viam requirere, ſalutis greſſus veſtigare.* lib.10.ſect.1.n.50.p.214

CONCIO II.

Intentum totius Euang. *Tributorum exactores aſſolent reliquos peccatores iniquitate ſuperare.* lib.10. ſect.1.n.10.p.216. Phariſæorum Diſcipuli cum Herodianis tributorum exactoribus rogaturi accedunt: *Licet ne cenſum dare Cæſari, an non?* Dominus autem Herodianorum crimen aptè nequitiæ acri nomine deſignauit. Moneantur Principes, *vectigalium exactiones peſtes eſſe Reipublicæ, pauperum expilationem.*

Clauſ.1. *Non eſt tibi cura de aliquo; non enim reſpicis perſonam hominum.* Optimus Princeps, Præſul, Iudex, IESVS, cui nulla de aliquo cura, vt reſpiciat perſonam. *Edoceantur hinc Principes, ac Iudices, ſolum perſonarum aſpicere merita: non ipſas perſonas intueri.* lib.10. ſect.1. numero 30. pag.211

Clauſ.2. *Non enim reſpicis perſonam.* Commendatio IESV Prædicatoris, docentis Dei viam in veritate, maxima eſt, perſonas non aſpicere. *Reges enim, Proceres, equites, pauperes egregio Concionatori æqualiter obiiciuntur non vt tales perſonæ, ſed vt peccatores.* lib.10. ſect.1. numero 37. pag.212

Clauſ.3. *Scimus, quia verax es.* De aliquo mundiali commodo, diuitiis, honore non curat, qui veritatem poſſidet. *Non eſt tibi*, inquiunt, ô verax, *cura de aliquo. Veritas enim omnem theſaurum, cunctas diuitias ſuperat excellentia. Qui verax eſt, diues eſt.* De præconibus age hinc veritatis. lib.10. ſectio 1. numero 44. pagina 213

CONCIO III.

Anſelmus, *Tributum reddendum eſt Cæſari, cuius eſt.* Chryſoſtomus, *Intellige, ſi in nullo pietati noceat; alioqui diaboli tributum eſt.* Hilar. *oportet autem reddere ſoli Deo corpus, animum, & voluntatem. Dei enim numiſma homo, in quo Dei imago figurata.*

Diſcurſ.1. *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* Iuſta tributa Imperatoris ſunt. *Quia ſcilicet ad ſubdi-*
ditorum

ditorum, commeda erogantur. lib.10.sect.2.n.18 pag.217

Discurs.2. *Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari.* Cæsari ipsi reddenda tributa, non exactoribus. *Heu! hac tempestate exactoribus redduntur tributa, imo ipsi sibi deprædantur.* Vnde nunquam perueniunt ad Cæsarem. lib.10. sect.2. numero 26. p.218

Discurs.3. *Et quæ sunt Dei, Deo.* Non sunt danda Cæsari, quæ Dei sunt. *Taxentur hinc Principes, qui ab Ecclesiasticis tributa exigere tentant.* lib.10. sect.2.n.35.p.219

12\. Fer. V. post Cineres.

Accessit ad eum Centurio. Matth.8.

Salut. Efferens Dominus Centurionis fidem, profatur: *Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in Regno cælorum.* Promittuntur Deiparæ vero Regno cælorum ciues innumeri ex Gentilitate, autore Richardo Laurent. lib.11. *Promittitur seruo Maria, vel incola huius Regni Iob 5. Cum lapidibus regionum erit pactum tuum. Hos lapides appellat Glossa electos regionum, id est, qui de omnibus Regionibus sunt electi, & congregati. Vnde Dominus Matth.8. Multi ab Oriente, & Occidente venient. Cum talibus est Maria pactum, quia illi eam diligunt, & illa pro eis orat, vt saluentur: Et recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob.*

CONCIO I.

Intentum totius Euang. *Qui diligit, plus ex dilecti tribulatione afficitur, quam ex propria passione.* lib.11.sect.1.n.33. pag.227. Cur Centurio nobilitate fulgens non immisit seruos, quos habere ipse profitetur: *Habens sub me milites*, vt à Domino eius nomine postularent, vt sanitate donaret ægrotum? Ipse ad dilecti serui salutem procurandam accedit; quia eum diligebat. Cur, si erat seruus, & non filius, tam anxiè accurrit, & non semel suum appellare dignatur? *Puer meus iacet. Sanabitur puer meus.* Certè quia eum toto amabat affectu.

Claus.1. *Accessit ad eum Centurio.* Viri nobilitatem exprimit Euangelista, dum vocat Centurionem. Aptius explicat Dominus, dum fidelem appellat: *Non inueni tantam fidem in Israel. Vera nobilitas non à maioribus, sed a moribus deriuatur.* lib.11.sect.1.n.19.p.215

Claus.2. *Domine puer meus, iacet in domo paralyticus, & male torquetur.* Abundans Centurio militibus, se putat, sine vllo famulo existere, dilecto vno dum priuatur. *Dominum exprimit sic vnius peccatoris amissione affici solitum, ac si omnibus hominibus priuaretur.* lib.11. sect.1.numero 27. pag.226

Claus.3. *Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Exprimit Centurio, se indignum ad Christum recipiendum; quia in domo eius forsan erant idola. *Hinc argue, quanta sit puritate præmissa, Dominicum corpus recipiendum.* lib.11.sect.1.n.51.p.230

CONCIO II.

Quam commendabilis est ille, qui postquam proficit in meritis, curat proximorum studere acquisitioni. lib.11.sect.2. num.30. pag.235. *Intentum totius Euang.* Accedit ad Dominum gentilis Centurio è fide Christicola, rogat pro famulo ægrotante, studet reuerentiæ, dum curat prohibere Christi suam in domum ingressionem. Laudat Dominus Centurionis fidem, & profatur: *Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.* Fides Centurionis in vtilitatem famuli exundauit.

Accessit ad eum Centurio. Si, teste Luca, seniores, ac amicos rogatores immisit: quonammodo Matthæus asserit, ipsum accessisse, ac rogasse? *An quia tunc veraciter rogare Dominum dicimur, cum adimus mediatores, & simul operibus precamur?* Ita plane Diuorum intercessio hinc confirmatur. lib.11. sect.1. num.40. pag. 228 *Claus.1.*

Rogant eum. Prius quam Centurio rogaret pro puero è calamitate liberando, amicos immisit prius rogaturos. *Tam necessaria sanctorum intercessio, vt non debeamus audere ad Dominum ire, nisi amicorum præmissa precatione.* lib 11.sect.1. n.49 p.229 *Claus.2.*

Fiat tibi. Merito sanatur famulus, & herus sanctificatur simul, ac laudibus effertur. *Dignissimus enim præconiis Dominus, qui scit laboranti famulo subuenire.* lib.11.sect.2.n.38.pag.236 *Claus.3.*

CONCIO III.

D. Hieronymus, *Fides Gentium in Centurione præponitur Israeli.* Ideo ait: *Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, &c. Filij autem Regni eiicientur in tenebras.*

Multi ab Oriente, & Occidente venient. Ob vnius Centurionis Gentilis laudes Christi expressas, sic eum Dominus laudat: vt quodammodo omnium fidelium ex Gentilitate patrem appellarit. *Edocet Dominus minima obsequia beneficiis maximis esse rependenda, in commendationem gratitudinis.* lib.11. sect.2. numero 9. pag.232 *Discurs.1.*

Ab Oriente, & Occidente venient, &c. Filij autem Regni eiicientur. Filij Regni, id est, Hebræi Abrahæ filij excluduntur à Regno: & Gentiles ignobiles admittuntur. *Quia apud Deum illa nobilitas, illa propinquitas æstimatur, quæ ex virtute fulgurat.* lib.11. sect.2. num.15. pag.233. *Discurs.2.*

Filij autem Regni eiicientur in tenebras. Quomodo Regni filij foras eiciuntur, id est, à cælesti Regno deturbantur, si nunquam intus extitere? *Profecto quia Dei promissio tam infallibilis est, (si obicem non apponat iniquitas) vt executioni iam data videatur.* lib.11.sect.2.num.22. pag.234 *Discurs.3.*

Fer.V. post Dom.I. Quadr. 13.

Egressus Iesus secessit in partes Tyri. Matth.15.

Qvam apposite Richardus Laurent. lib.6. profatur! *Hæc est Mulier Chananæa egressa* *Salut.*

de

de finibus Tyri, & Sidonis, id est, de profundo secularis conuersationis sine labe (Maria enim cum peccatoribus conuersatur sicuti IESVS cum Ægyptiis, nec inficitur) *quæ clamat ad Deum Filium suum pro filia, id est peccatrice anima, cuius etiam personam Maria misericorditer in se transformat dicens : Miserere mei, fili Dauid ; & cui misericorditer respondet Filius, O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.*

CONCIO I.

Intentum meum Euang. *Pœnitens omninò à criminum occasione recedat, si studet vera affectus pœnitudinis.* lib.12. sect. 1.num.25. pag 245. Chananæa venit ad Christum suæ filiæ, seu animæ precatura salutem : sanitate à Domino donatur : *Fiat tibi sicut vis.* Porrò mulier à finibus pristinis egreditur, à conuersatione noxia abstrahitur. Nec enim intra fines pristinos poterat agere pœnitentiam.

Clauf.1. *Et egressus inde* IESVS. De terra Genesar Christus secedit, fugiens murmuratores. *Cœtus enim detrahentium nunquam non à se ablegat Saluatorem.* lib.12.sect.1.n.19.p.242

Clauf.2. *Et ecce mulier Chananæa*, &c. *Miserere mei Domine, filia mea malè à dæmonio vexatur.* Si filiam miserabilem exponebat Chananæa, cur sibi misereri à Domino precabatur ? *An non quia filiorum ærumna magis parentes, quam ipsos filios tolerantes assolent afficere?* lib 12.sect.1.no.37. pag.245

Clauf.3. *A finibus illis egressa.* Cur pater puellæ vexatæ à dæmone non venit quæsiturus medicinam, sed mater egrediens ? *Certè quia fœminæ velocius feruntur ad pietatis actiones.* lib.12.sect. 1 n 51.p.247

CONCIO II.

Intentum meum Euang. *Debent planè parentes spiritu di filiorum incommodo discruciari, & diligentissimè adhibere vulneri medicamina.* lib.12. sect.1. num.45. p.246. Malè à Dæmonio vexata filia exprimit spiritale peccatoris incommodum. *Ecce mater* è domo, imò è finibus suæ Prouinciæ egreditur, medicamina quæsitura ægrotanti. Clamat, repellitur, instat ; nec quiescit, donec assequatur : Fiat tibi, sicut vis.

Clauf.1. *Malè à dæmonio vexatur. Malè*, id est, dirè admodum Chananææ filia vexabatur à diabolo. *O quàm crudelis tyrannus, quàm horribilis hominum tortor ! Hinc gehennæ diritas confirmatur*, apud quam dæmones hominum tortores æternùm aderunt. lib.12. sect.1. numer.58. pag.248

Clauf.2. *Qui non respondit ei verbum.* Non semel rogatus à Chananæa Dominus, vt sanitatem ægrotanti puellæ impertiretur, nihil respondit. *Profectò quia volebat sanitatem largiri. Parum enim assolet loqui, qui multum assolet operari.* lib.12. sect.1 n.65.p 249

Clauf.3. *O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Datur Chananææ catellæ filiorum panis, quia se se catellam professa est. *Quomodo enim poterat humilitas tanta sine tanta existere exaltatione ?* lib.12.sect.2.n.25.p.295

CONCIO III.

Accedit Chananæa è finibus Tyri egressa, precatur, vt filiæ ægrotanti Dominus salutem exponat, eam à diaboli vulnere liberando. Differt Dominus sanitatem, instante muliere: *Etiam Domine, nam & catelli comedunt de micis.* Denique IESVS miseretur, & commodat: *Fiat tibi, sicut vis.* Quare distulit, quod tandem impendit ? Respondet Chrysostomus, *Ideo tardauerat Dominus, vt tanta mulieris appareret virtus orationis, perseuerantia, prudentia.*

Etiam Domine, nam & catelli comedunt de micis: Differt Dominus Chananæam donare valetudinem filiæ, vt illa preces multiplicaret: *Orationis enim instantia ita Deus delectatur, vt moras exeras elargitio, vti preces producantur.* lib.12.sect.2.n.9.p.251 *Discurf.1.*

Etiam Domine. Instat Chananæa, & vim quodammodo infert largitori, *Edocens, illos proculdubio cælorum Regnum consequi, qui vim facere Deo norunt.* lib. 12. sect.2. num. 15. pag.252 *Discurf.2.*

Nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum. Ratione validissima obiecta, Chananæa impetrat filiæ sanitatem. *Ratio enim apud Principes iustos plus valet qualibet intercessione.* Vnde Dominus Apostolos intercedentes, *Dimitte eam, quia clamat post nos*, quasi non audiuisse videtur, aut repulisse : prudenti autem fœminæ rationem alleganti respondet : *Fiat tibi.* En Chananæam virtutes orationis, perseuerantiæ, ac prudentiæ exponentem. lib.12. sect.2.n.20.p.252 *Discurf.3.*

HISTORIA RVTH.

CONCIO I.

Abiit homo de Bethlehem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide. Ruth.1.

RVth illustrissimæ quidem fœminæ Christi patentis augustissimum elogium, Deiparæ Mariæ typum exhibuisse. Richardus Laurent. lib.6. ait, *Maria significata est per Ruth, quæ reliquit populum suum, & domum patris sui propter Noem, quæ interpretatur pulchra, id est, propter amorem spiritualis pulchritudinis : & ideo Booz, id est, Christus concupiuit eam.* Ergo Ruth illa Moabitis laudibus efferenda suam Mariam benignissimam experietur. *Salut.*

Grauis in Iudęa terra fames incubuit in Iudicis cuiusdam diebus, quando præerant Iudices. Quam vt effugeret Elimelech Bethlehemita, cum vxore sua Noëmi, & duobus filiis Mahalon, & Chelion se in regionem Moabitidem recepit, quæ magis erat frumento copiosa. Porrò Elimelech non longè post ingressum decessit, vxore Noëmi cum vno, alteroque filio inibi remanente. Accepere filij Elimelech vxores Moabitidas, quarum vna Orpha, altera Ruth appellabatur, decemque annis apud matrem cum votibus permansere. Diem obiere suum. Noëmi autē & marito, & filiis orbata cum recreatam à longa sterilitate patriam *Histor.*

audis

audisset, ad eam constituit remigrare. Quam duæ nurus Ruth & Orpba prosecutæ sunt eo studio, vt ad Bethlebem vsque obstinato consilio venturas se esse dicerent. Sed alteram, id est, Orpbam licet ægre, perpulit tamen, vt ad patrios lares reuerteretur. Dixerant illæ: *Tecum pergemus ad populum tuum.* Quibus Noëmi, Reuertimini filiæ meæ. Num vltra habeo filios in vtero, vt viros ex me possitis sperare? Iam senectute confecta sum, nec apta vinculo coniugali. Quid si possem hac nocte parere filios? Si eos expectare velitis, nuptui maturos, antè senectæ annos videbitis, quam nubatis. Orpha igitur (heu misera) osculata socerum est reuersa ad Deos suos. At vt idem Ruth faceret Noëmi haud potuit obtinere; quæ se velle dixit ad Israelitarum religionem accedere, & earum rerum esse particeps quæcumque socrui essent a fortuna paratæ.

Clauf.1. *Abiitque homo de Bethlehem Iuda vt peregrinaretur.* Homo de Bethlehem iustus peregrinatur? Bethlehem domum panis fames opprimit? Moabitæ gentiles abundant frumento? Profectò *quo sanctior quis est durioribus laboribus assolet agitari.* lib. 1. sect. 1. n. 23. p. 8.

Clauf.2 *Manseruntque ibi decem annis.* Noëmi apud impios gentiles diu commorata Israeliticam non exuit pietatem. *Edocens Religiosos, Euangelij ministros posse securitate frui, dum inter peccatores commerantur.* lib. 1. sect. 1. num 31. pag. 9

Clauf.3. *Reuertimini filiæ meæ cur venitis mecum?* Ex hoc capite taxo Noëmi pietatem. Mater enim familias non deberet nurus à profectione in Bethlehemum absterrere; potius eas hortari, vt à Diis patriis recederent vni Numini obsequium præparantes. Porrò *Præsulis, ac patris est, subditos, aut filios suos ad Dominum adducere.* lib. 1. sect. 1. n. 58. p. 12

Clauf.4. *Orpha osculata est socrum, ac reuersa est: Ruth adhæsit socrui suæ.* Æterna Ruth fœlicitate potita est, quia non mobilitate laborauit, vt Orpha: se tenaciter pio pergendi in Bethlehem adhæsit proposito. *Æternæ enim salutis negotium animum expetit constantia præditum. O quam damnationi agnati inconstantes!* lib. 1. sect. 2. n. 26. p. 17

CONCIO II.

Profectæque sunt simul, & venerunt in Bethlehem. Ruth. 1.

Salut. INgrediente Noëmi Vrbem Bethlehemiticam *dicebant mulieres: Hæc est illa Noemi. Quibus ait, Non vocetis me Noemi, id est, pulchram: sed vocate me Mara, id est, amaram; quia amaritudine valde repleuit me omnipotens.* Virgo Deipara profatur: *Quasi cypressus in monte Sion.* Eccli. 24. Cur cypresso comparatur? An quia arbor medicinalis? Richardus Laurent. lib. 12. *Maria nobis medicinalis est, quia genuit salutem animarum fidelium, Christum medicum vulnerum nostrorum. Certè Maria cypressus, quia arbor illa sapore est amara, & Virgo multum amaricata est in passione Filij. Vnde competit ei illud Ruth. 1. Ne vocetis me Noemi, id est, pulchram; sed vocate Mara, id est, amaram; quia valde repleuit me omnipotens amaritudine.*

Peruenere tandem socrus & nurus in Bethlehem, quo tempore hordeacea messis in ea regione feruebat. Quam cum cognitæ olim mulieres admirabundæ salutarent, vocarentque vsitato nomine *Noemi*, quod aliquid innuit fortunatum, ac pulchrum illa prohibebat, acta nempe laboribus exilij, ne antiquam repeterent salutationem, quæ in ærumnosum illum haud bene quadrabat statum; sed quando omnia amaritudinis plena occurrerent, appellarent *Maram* quæ Latino sermone sonat *amaritiem*. Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noëmi, quam Dominus humiliauit, & afflixit Omnipotens? Dixit ergo Ruth ad socrum suam, Si iubes, pergam in agrum, ac spicas colligam, quæ fugerint manus metentium vbicumque clementis in me patrisfamilias reperero gratiam. Cui illa, Vade, inquit, filia mea. Egressa Ruth ad spicilegium, incidit casu in messem cuiusdam soceri sui Elimelech cognati potentis, & prædiuitis, nomine Booz. Veniebat hic de Bethlehem, cumque messores salutasset, aspecta puella à iuuene qui præerat messoribus rogitauit, cuius esset? Cui respondit adolescens: Hæc Moabitis, quæ cum Noëmi de regione Moabitide aduenerat. Cum ergo Booz puellæ nomen audiisset, & honestos mores, illam beneuolo excepit animo, & liberali manu, (collaudatis meritis, & officiis tam in mortuos filios, quam in matrem Noëmi viduam à marito, & orbatam à filiis) sequere, inquit, vbi messuerint puellæ, mandaui enim pueris meis, vt nemo molestus sit tibi: sed etiam si æstu affecta fueris, vade ad sarcinas, vt aquis puerorum reficiaris. Porrò Ruth cadens in faciem suam, Vnde, ait, mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem? Iubet denique vti mensam habeat, quandiu duret messis, cum messoribus, puellisque communem. *Histor.*

Amaritudine repleuit me Omnipotens. An iratus? Minimè, sed propitius simulans à pia fœmina recessionem. Certè *non iræ, sed amoris est documentum, Deum nonnunquam simulare recessum, animumque mitum absentia distorquere.* lib. 2. sect. 1. n. 14. p. 25 *Clauf.1.*

Et ait Booz ad Ruth: Audi filia, nè vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco: sed iungere puellis meis. Puellis, inquit, *iungere.* Nec decebat, puellam pueris sociam hærescere. Hinc exponitur, quam prouide lex Israelitica curauerit seorsim viros seorsim fœminas vel ad Templum proficisci. *O animi pestis viri ac fœminæ frequens collocutio!* lib. 2. sect. 1. n. 21. p. 26. *Clauf.2.*

Ne vadas in alterum agrum ad colligendum. Elimelech propinquus liberali manu curat nurui propinqui prouidere. *Edocens speciali studio propinquis benefacere.* lib. 2. sect. 1. num. 37. pag. 28 *Clauf.3.*

Nunciata sunt mihi omnia, quæ feceris socrui tuæ: & quod reliqueris parentes tuos, & terram, in qua nata es: & veneris ad populum, quem antea nesciebas. Profectò *nullus lapis non amouendus, vt Deum inueniamus.* lib. 2. sect. 1. n. 49. pag. 30. *Edoceantur spirituales viri, à cognatis recedere, si perfectionis viam velint inire.* lib. 2. sect. 1. n. 43. pag. 29 *Clauf.4.*

CONCIO III.

Atque inde surrexit, vt spicas de more colligeret. Ruth. 2.

Salut. *Messis multa, operarij pauci.* Porrò Dominus verus Booz messores immisit Apostolos. At si quis spica à messoribus fortè negligitur, aut messorum manus fugit: an eum paleis omittetur æternis arsura flammis? Adest certè Maria melior Ruth, quæ spicilegium faciat. D. Bonauentura. Spec.cap.5. *Ruth ergo in oculis Booz, Maria in oculis Domini hanc gratiam inuenit, vt spicas, id est, animas à messoribus derelictas colligere ad veniam possit.*

Histor. Sedit itaque Ruth ad messorum latus pransura, ac sibi polentam congessit: non solum autem saturata est, sed & reliquias attulit. Surrexit inde, vt spicas ex more colligeret. Porrò Booz pueris suis præcipit, ne quis ei esset molestus, imò vt industria illius commoditati simulatè prouiderent messoribus edixit. De vestris, inquit, manipulis proiicite de industria, & permittite remanere, vt absque rubore puella colligat, & colligentem nemo corripiat. Cùm autem onusta bene ad socrum rediisset, docuissetque apud quem illum diem posuisset vtiliter, admonuit, quandò tam liberalem habuisset hospitem, ad alium ne diuerteret: sed omisso spicilegio, donec messorium opus esset absolutum, adhæreret puellis, & cum illis simul falce potius meteret stantes quam manu legeret spicas iacentes. Quod illa fecit, vt præscriptum fuerat à socru, donec triticea etiam fuit messis peracta. Ad socrum puella reuertitur, à qua audiuit: Booz iste, ô filia, cuius in agro puellis es coniuncta, propinquus est noster, & hac nocte hordei aream ventilare contendit. Lauare igitur, vngere, & vestimentis ornare cultioribus: in aream descende, ne quisquam non aspectet, donec fuerit prandium perfectum. Quando autem ierit ad capiandum somnum, aduota locum, in quo decumbat, veniesque, & pallium discooperies, quo ipse operitur, à parte pedis: iacebis ibi. Ruth respondit, Quidquid præceperis, perficiam.

Clauf. 1. *Ostendit socrui suæ.* Ruth socrus præcepto abiit ad Booz, plena cibariorum reliquiis, & spicilegij vberi fructu reuersa est ad socrum. *Si iubes*, dixerat, *vadam in agrum.* Proficiendi & spiritualiter, & temporaliter viam esse obedientiam, Ruth edocuit. lib. 2. sect. 2. num. 53. pag. 37

Clauf. 2. *Etiam si vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam*, Vndenam vile exercens ministerium puella Booz adeò oculis placuit? Sciebat ille puellæ erga socrum submissionem, seu obedientiam: *Nunciata mihi sunt omnia, quæ feceris socrui tuæ.* Profectò *obedientia quid augustum est, vel viles homines maximè illustrans.* lib. 2. sect. 2. n. 47. p. 36

Clauf. 3. *Booz iste, cuius puellis in agro iuncta es.* Vidisti puellas, ac pueros dare operam messi, Vndenam viro tanta rerum abundantia? Asserunt Doctores, ex liberalitate, ac munificentia, qua pauperibus succurrit. Quam piè, quam abundè curauit Ruthæ prouideri! *De vestris manipulis proiicite de industria. Eleemosyna hinc incrementa contemplare.* lib3. sect. 1. num. 89. pag. 57

Non te videat homo. Curat prudentissima Noëmi Rutham oculos hominum fugere, dum rei licitæ, (id est, Nuptiarum, acquirendarum) dat operam: ne iudicantes temere falsum et crimen adscribant. *Temerarium enim iudicium nunquam a mendacij piaculo liberatur.* lib. 3. sect. 4. n. 16. p. 92 Clauf. 4.

CONCIO IV.

Descenditque in aream, & fecit omnia, quæ sibi imperauerat socrus.
Ruth. 3.

Ruthæ Booz, *Benedicta es à Domino filia; quia non es secuta iuuenes. Quidquid dixeris mihi, faciam tibi: scit enim omnis populus, mulierem te esse virtutis.* Quid abneget cœlestis Booz, si virtutis mulieri omnia sint concedenda? An non Maria virtutis mulier? Richardus Laur. lib. 6. *Maria est mulier sedula, sensata, tacita, sancta, pudorata, stabilis, & in corde gerens mandata Dei. Ipsa enim mulier est virtutis designata per Ruth. Quidquid ergo dixerit mihi*, ait Deus, *faciam tibi.* Salut.

Edocta igitur Ruth à socru, quid facto opus esset, vt sibi Boozi conciliaret Nuptias. se quam potuit diligenter Rutha ornauit, & noctu ad illum locum placida accessit, ac sedato gressu, vbi suum sibi lectum Boozus strauerat: & sub eodem stragulo eius iacuit ad pedes; quæ quidem vsitata fuit apud Hebræos ambiendi, imò & celebrandi connubij ceremonia. Expauit primùm Booz ad mulieris aspectum, cum illam neque eodem subiisse lodicem, imò neque ad aream venisse suspicaretur. Et ait illi, Quænam es? Ruth autem, Ego sum Ruth ancilla tua. Expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es. Vbi igitur, quænam esset puella, Booz agnouit, & quid eo coniugali symbolo caperet, intellexisset: bonò illam animo esse iussit, & facturum se promisit, quod haberet in votis, nisi propinquus alter esset impedimento, qui quidem propiùs attingebat cognatione socerum Elimelech. Quare dormire iussit ad recessum vsque nocturnæ caliginis. Nec abnuo, inquit me propinquum, sed alius certè me propinquior adest. Quiesce hac nocte, & facto mane, si te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta est: sin autem ille noluerit, ego te absque vlla dubitatione suscipiam, viuit Dominus: vsque mane quiesce. Histor.

Scit omnis populus, mulierem te esse virtutis. Cunctæ Ruthæ actiones apud Boozum amantem egregiæ exponuntur. *Quidquid enim amantibus oculis aspectatur, optimum exponitur.* lib. 3. sect. 4 n. 31. p. 94 Clauf. 1.

Fecit omnia, quæ imperauerat socrus. Imperat illa: *Lauare & vngere, & induere cultioribus vestimentis.* Haud iubet faciem fuco deformare, nec vestimenta quærere pretiosa; quia Boozo typum Dei gerenti, erat præsentanda. *Deus enim non fuco, sed naturali compositione delectatur.* lib. 7. sect. 1. numer. 29. pag. 159 Clauf. 2.

Benedicta es à Domino, filia: & priorem misericordiam posteriore superasti; scit enim omnis Clauf. 3.

populus, mulierem te esse virtutis. Promittitur virtuti fælicitas, abundantia. *Omnibus etenim ei abundat, qui virtuti studens impletioni voluntatis Dei impendit obsequium.*

Clauf.4. *Non es secuta iuuenes pauperes, neque diuites.* Si virtutis erat mulier aptè posset sequi iuuenes & casta exponi. Absit. *Moneantur boni viri pudici cum fœminis fugere solitudinem: fœminæque castitatis amatrices cum iuuenibus fugere societatem.* lib.3.sect.2.n.34.p.68.

CONCIO V.

Salut. *Dormiuit itaque ad pedes eius vsque ad noctis abscessum.* Ruth.3.

Non semel Ruth *filia* & à Socru, & à Booz appellatur. Hic ait, *Benedicta es à Domino, filia.* Quo quidem ex capite Ruth typum agit Deiparæ, cui Dauid, *Audi, filia, & vide.* Psal.44. Apprimè Richardus Laurent. lib.6. *Vocatur à Deo Maria Filia propter paternam, quam habet circa eam solicitudinem. Filia est patris absconsita Eccl.24. quam inuenit Angelus clausam in thalamo. Filia Principis. Cant.7. id est, Christi secundum Deitatem. Filia denique per imitationem Patris veri Booz. Vnde Ruth 3. Benedicta es, Filia; & priorem misericordiam posteriore superasti.*

Histor. Dormiuit ergo Ruth ad pedes Booz vsque ad noctis recessum. Surrexit autem antequam luce progrediente sese homines possent mutuò dignoscere, Booz profante: Caue, ne quis de tua ad lectum nocturna accessione dignouerit. Pallium tuum expande, & vtraque manu teneto ita. Qua extendente, & tenente, mensus est Booz sex hordei modios, & humeris puellæ imposuit, ne vacua rediret ad socrum. Quæ quidem cogitauit, quid egisset; narrantæ nutu cuncta quæ Booz promisisset. Noëmi autem ait, Expecta, filia, donec videamus, quem res exitum sortiatur. Nobilis enim vir proculdubio executioni dabit, quidquid tibi promisit victoneus. Aduocat itaque Booz, vt promissis staret, ad portam, vbi seniores consederant, & quo frequens, indicijcausa, populi multitudo conuenerat, propinquum illum suum, cui cum Elimelech propior erat cognatio. Partem, inquit, agri fratris nostri Elimelech Noëmi, quæ reuersa est de regione Moabitide, vendit. Si vis possidere iure propinquitatis, eme, & posside. Sin autem displicet tibi, exponas precor, vt sciam quid debeam agere. At ille respondit: Ego agrum emam. Cui Booz, Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes tibi aptare in vxorem, vt nomen propinqui tui in hæreditate sua valeas suscitare. Qui respondit, cedo propinquitatis iuri: neque enim posteritatem familiæ meæ debeo delere: tibi licet meo priuilegio vti, quo me libenter carere profiteor. Hic autem mos antiquus in Israël inter propinquos, vt si quando alteri alter suo iuri cederet, vt esset firma concessio, soluebat homo suum calceamentum, & proximo offerebat. Dixit ergo propinquo suo Booz, solue calceamentum tuum: quod statim iuris cessor de pede suo soluere festinauit.

Clauf.1. *Caue nequis nouerit, quod huc veneris.* Quando, precor, *vel apud domesticos calumniator domino, aut parenti defuit?* lib.5.sect.2.n.15. p.128.

Cedo iuri propinquitatis, neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo. Accipiens scilicet peregrinam ignobilem. Haud sic Booz. Cur autem hic de Ruthæ nobilitate non dubitauit? Certè quia vidit eam egregia humilitatis documenta exposuisse. *Nihil certè sic nobilem manifestas, ac humilitatis submissio.* lib.8.sect.1. n.47.p.177. Clauf.2.

Tu meo utere priuilegio. Priuilegium quidem Boozo non onus erat, Ruth sibi vxorem alligare. *Vera enim nobilitas, & fulgor non à maioribus, sed à moribus deriuatur.* lib.11.sect.1.n.19. p.225. Sciebat plane Booz Rutham *mulierem esse virtutis.* Clauf.3.

Vndenam porro sciebat, laudabilem illam esse fœminam? Fatur ipse, *scit enim omnis populus, qui habitat intra portas Vrbis meæ, mulierem te esse virtutis.* Non dignouit Booz puellæ virtutem ex proprio illius ore, sed ex omnium ciuium acclamatione. *Illa egregia laus, quæ ex alieno ore procedit. Propria laudatio vituperium.* lib.8.sect.2.n.19.p.183. Clauf.4.

CONCIO VI.

Testes vos estis hodie, quod possederim omnia, quæ fuerunt Elimelech, &c. Ruth 4.

Cum Booz Ruthæ aperit, cur eius speciem concupierit, fatur: *Nunciata sunt mihi omnia, &c. & quod reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populum, quem antea nesciebas.* Cap.2. Digna Ruth Boozi coniugio, meritò Booz concupiscit Ruthæ speciem, quia ipsa parentes populumque reliquit? O quam digna Dei coniux Deiparens! *Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex speciem tuam.* Psalm 44. Richardus Laurent. lib.6. *Oblita est Maria populum suum, & domum patris sui; quia nec populum suum augere prolis multiplicatione, nec domui patris sui relinquere curauit heredem. Sed quidquid honoris in populo, quidquid de paterna domo rerum terrenarum habere potuisset: omnia arbitrata est vt stercora, vt Christum lucrifaceret. Ideo concupiuit Rex decorem suum omni pulchritudine virtutum. Maria enim significata est per Ruth, quæ reliquit populum suum,* &c. Salut.

Cedente ergo illo propinquo iuri propinquitatis, Booz maioribus natu, & vniuerso populo profatus est. Testes vos estis hodie, quod iure omnia, quæ fuerint Elimelech, possideam, & Chelion, & Mahalon filiorum Noëmi potiar hæreditate; Rutham viduam Mahalon sumpserim in vxorem, vt nomen defuncti valeam sua in hæreditate suscitare. Nos, inquiunt, testes sumus. Fiat hæc Moabitis fœmina, quæ domum tuam ingreditur Dei miseratione, & munificentia, Rachel altera, & Lia, quæ domum Israël ædificarunt. Vt scilicet in Ephrata sit exemplum virtutis; & celebri nomine in Bethlehemô potiatur. Fiatque domus tua velut domus Phares, quem Thamar peperit Iudæ, ex semine, quod Dominus tibi puellæ huiusce dederit. Ruthæ ergo Boozus coniugali fœdere coniungitur, ex qua filium suscepit, cui nomen Obed. Propter quod varia, atque festiua ad Noëmi legalem auiam vicinarum mulierum gratulatio. Hæc porrò nutricis in modum infantuli fouebat ætatulam, & teneros informabat mores: cuius ad extremum Histor.

vſque ad Dauidem Regum ſucceſſio propagata deſcribitur. Phares genuit Eſron, Eſron Aram, Aram Aminadab, Aminadab Nahaſſon, Nahaſſon Salmon, Salmon Booz, Booz genuit Obed, Obed Iſai, Iſai autem Regem Dauidem filium expoſuit.

Clauſ.1. *Teſtes vos eſtis hodie.* Quod promiſerat Booz paucis verbis, multis implet actionibus. *Profectò parum aſſolet loqui, qui multum aſſolet operari.* lib.12.ſect.1. n.65. p.249. Ideo Noëmi videns Boozi munificentiam verba vincentem ait: *Neque enim ceſſabit homo, niſi compleuerit, quod locutus eſt.* cap.3.

Clauſ.2. *Fiat domus tua ſicut domus Phares, quem Thamar peperit Iuda.* Regnum è Iuda. Vndenam ergo ex alienigena Regnum? *Porrò humilibus agnatum imperium.* lib 8. ſect.2.n.39.p.185.

Susceptum Noëmi puerum poſuit in ſinu ſuo & nutricis, ac gerulæ fungebatur officio. Quid prouectæ ætatis fœminæ cum adoleſcentularum miniſterio? *Fœminæ quidem nunquam non veloces ad pietatis actiones.* lib.12.ſect.1.n.51.p.247. Clauſ.3.

Booz genuit Obed, Obed genuit Iſai, Iſai genuit Dauid. Quam cito Rutha Regum parens efficitur: imò Meſſiæ Regis cœleſtis parens exponitur! *Et quomodo poterat humilitas, ac ſubmiſſio tanta ſine tanta exiſtere exaltatione?* lib.12.ſect.2.n.25.p.253. Clauſ.4.



PER



PERFECTÆ CONCIONES DE SERMONIBVS CHRISTI.

Ad volumen quartum.

Iuxta recentem perficiendorum ſermonum normam.

1\. Feria IV. Cinerum.

Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Matth.6.

Salut. EDocet Dominus, vbinam theſaurizare debeamus: *Theſaurizate vobis theſauros in cœlo.* Richardus Laurent. lib.11. fatur, *Maria de vita hac theſaurum bonorum operum tranſtulit in cœlum, vbi ipſa theſaurizat, ſuante Domino Matth.6. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. Quidam enim de bonis, quæ faciunt, non quærunt niſi retributionem temporalem; ſed tales receperunt mercedem ſuam, quam inquirebant.*

CONCIO I.

Intentum totius Euang. *Mortis memoria efficit nos erga proximos ſublevandos admodum munificos.* lib.1. ſect.2. num 6. p.269. Curat Dominus cum ieiunium fidelibus indicitur, nos allicere ad pauperum ſubſidium, eis elargiendo, quod ex ieiunantis menſa ſuperfluit: & ideo mortis memoriam attexuit adiiciens: *Vbi ærugo, tinea, latrones*; quibus vocabulis mortis aſſignatur inſtantia. Quam facilè ac libenter pauperi impendet, quod ex ieiunio reliquum acquirit, qui ſe moriturum meditabitur!

Clauſ.1. *Cum ieiunatis, nolite fieri, ſicut hypocritæ, triſtes.* A ieiunij virtute curat Dominus hypocriſim imprimis ablegari. An delictorum maximum? Minimè, ſed Deo maximè eſt inuiſum. *Quia hypocrita mendax, nequior diabolo, plenus ſatana. Qui autem ab hypocriſi liber eſt, quaſi omnium virtutum gloria fulget, videlicet ab omni quaſi liber iniquitate.* lib.1. ſect.1.n.7.p.263.

Clauſ.2. *Sicut hypocritæ triſtes.* O quam indiuiſibilis hypocritæ comes triſtitia! *Qui enim mundo placere nititur, triſtitia premitur. Soli Dei obſequio hæreſcit lætitia.* lib.1.ſect.1.n.14.p.263.

Clauſ.3. *Exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes.* Non qui facies exterminant, aut corrumpunt, vt appareant pœnitentes: ſed qui verè exterminant corpus ieiuniis, & aſperitatibus, commendantur. *Vera enim pœnitentia non nititur apparentia fictione, ſed operis aſperitate.* lib.1.ſect.1.n.27.p.265.

CONCIO. II.

Intentum totius Euang. *Facilis admodum ieiunij moleſtia eſt, qui cinerum recordatur.* lib.1. ſect.2. num.12. p.270. Ideo Dominus poſtquam perfectiſſimum ieiunium indixit: *Cum ieiunatis*, &c. *Ne videaris hominibus ieiunans, ſed Patri tuo*; adiicit mortis memoriam mente obuoluendam. *Nolite theſaurizare vobis theſauros*, &c. Mirum enim in modum cuiuſlibet virtutis moleſtia emollitur, cum cineres oculis obuerſantur.

Clauſ.1. *Nolite fieri ſicut hypocritæ, triſtes.* Nōn dixit abſolutè, Nolite fieri triſtes: ſed cum additamento, Nolite fieri triſtes ſicut hypocritæ. *Edocent, ſolummodo eas laudabiles lacrymas, quæ ad diluenda crimina profunduntur.* lib.1. ſect.1. n.21.p.264.

Clauſ.2. *Ne videaris hominibus ieiunans.* Dei ſeruus, cum ieiunat, aut quodlibet opus virtutis gerit? non hominibus, ſed Deo ſoli placere ſatagit. *Edoceamur opera iuſtitiæ occultare; vt ſoli Deo obſequentes, à Deo qui videt in abſcondito remuneremur.* lib.1.ſect.1.n.33.p.266.

Clauſ.3. *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra*, &c. Mortis memoria ad abluendam conſcientiæ faciem obiicitur. *Quia cinerum memor, & ſe ab iniquitate expedis & virtuti præſtas obſequium.* lib.1.ſect.2.n.30.p.272.

CONCIO III.

Intentum totius Euang. *Vndique ſi hoſtibus agitaris, memoria mortis cur gladium validiſſimum plane non ſtringis?* lib.1. ſect.2. Obſeruat.4. p.272. Dum Dominus ſuos fideles ad ieiunium allicit, ſimul ducit ad campum cum validiſſimis hoſtibus inuiſibilibus pugnaturos. At ne inermes expediret, eos armorum fortitudine curat protegere, hac mortis memoria roborare: *Nolite theſaurizare, vbi ærugo, & tinea demolitur*, &c.

Clauſ.1. *Cum ieiunatis.* Non dixit. *Ieiunate*, ſed cum ieiunatis, ſupponens, quidem, neceſſariò ieiunandum eſſe fideli. *Certe qui eſt ad certamina arripiendus, de ingenio humanitatis: debet ſeſe ieiunij armamento munire.* lib.1. ſect.1. num.42. p 267.

Clauſ.2. *Vbi ærugo, & tinea demolitur.* Metallum fortiſſimorum mors eſt ærugo, æruginı ſubiacet fortitudo. *Doceantur auditores, mortem ſuperbia noſtra ſupercilia deprimere.* lib.1.ſect.2.n.17. p.271.

Clauſ. 3. *Vbi latrones effodiunt, atque furantur.* Aptè memoria mortis ſub latronis appellatione inducitur. *Latronis insidia nunquam non timenda? Mortis memoria à mente nunquam ablegenda.* lib. 1. ſect. 2. n. 30. p. 272.

CONCIO IV.

Ex Strabi mente in ærugine, tinea, ac latronibus mortis memoria indicitur: theſaurus autem idem eſt ac criminum colligatio; improbus enim theſaurizat ſibi iram. *Nolite* ergo *theſaurizare*, id eſt, non theſaurizabitis iram crimina replicando, *vbi ærugo, ac tinea demolitur, & vbi fures effodiunt*, id eſt vbi mortis memoria geritur haud locus criminibus.

Diſcurſ. 1. *Nolite theſaurizare, vbi ærugo demolitur.* Ærugo metallorum exitium eſt. Homines cogit ab auaritia, ſeu diuitiarum amore eripi. *Nihili enim pendit diuitias, qui cinerum terminum meditatur.* lib. 1. ſect. 2. n. 49. p. 275.

Diſcurſ. 2. *Nolite theſaurizare, vbi tinea demolitur.* Tinea purpuræ mors homines efficit à ſuperbia cadere. *Flocci enim facit honores, qui cogitat, ſe breui moriturum.* lib. 1. ſect. 2. n. 43. p. 274.

Diſcurſ. 3. *Nolite theſaurizare, vbi fures effodiunt.* Fures deliciarum, ac voluptatum terminus à luxurie homines auertunt. *Nam meditatione mortis periere cupidinis artes.* lib. 1. ſect. 2. n. 57. p. 276.

---

2. Feria III. poſt Dom. II. Quadr.

Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſæi. Matth. 23.

Salut. INcreata ſapientia profatur, *Quaſi balſamum non mixtum odor meus.* Eccl. 24. Vbi Richardus Laurent. lib. 12. aſſerit Chriſti opera balſamum eſſe, cui odor doctrinæ. *Odor meus, id eſt, odor doctrinæ mea eſt quaſi balſamum. Appellatur hic doctrina odor, quia operi dat, quod ſit odoriferum; niſi enim opus conſonet doctrina odoriferum non eſt. Ideo de Phariſæorum operibus doctrinæ non reſpondentibus dixit Dominus Matth. 23. ſuper cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſæi. Quod dicunt, facite; quod operantur inique, non faciatis. Filium autem Mariæ imitata eſt balſamum de balſamo. Bene hoc balſamum aromatizans, quia charitas Mariæ in omnibus virtutibus operatur. Docet autem dicens cum ſapientia: Si quis eſt paruulus, declinet ad me.* Ergo *ſecundum Mariæ opera, ac dicta facite.*

CONCIO I.

Momentum totius Euang. *Quam ſtulti Concionatores, Magiſtri, ac Præſules: qui curantes alios ad ſalutem adducere, ipſi adducuntur damnationi.* lib. 2. ſect. 1. n. 22. p. 284. Tales ſcribæ, ac Phariſæi, qui alligantes aliis onera grauia, veritatiſque præſcripta tradentes in cathedra: viuentes inique ſibi exitiales oſtendebantur.

Clauſ. 1. *Quæcumque dixerint vobis facite.* Tunc cum Phariſæi errantes in doctrina ſe oſtendant, Dominus iubet, exequi nos quod docent in cathedra? Aptè quidem; quia dum confidit in illis, eos quaſi cogit ad rectam doctrinam proferendam vel contra ingenium Phariſaicum. *Monentur Præſules confidentia ſubditos cogi ad virtutem.* lib. 2. ſect. 1. n. 16. p. 282.

Secundum verò opera eorum nolite facere. Monet Dominus ſuos Diſcipulos, ne audientes, & gerentes, quæ traduntur dogmata à Phariſæis: eorum opera imitentur. *Facillimè enim imitamur Magiſtrorum, aut Præſulum exemplum, quod quidem lex viuens exiſtit.* lib. 2. ſect. 1. n. 36. p. 286. Clauſ. 2.

Amant primos accubitus, &c. Phariſæorum Magiſtrorum vitium, accumbere, ſedere: minimè laborare. *Taxentur, qui ex miniſterio Euangelico, quod laboris eſt, reiiciunt: quod commodi, aſſumunt.* lib. 2. ſect. 2. n. 7. p. 290. Clauſ. 3.

CONCIO II.

Agnata eſt exultationi, ac vanitati conturbatio, deiectio, confuſio. lib. 2. ſect. 2. n. 21. p. 292. Momentum totius Euang. Curat Dominus Phariſæos & ſcribas honorum amatores confundere aſſertores quidem humilitatis verbo, operibus oſores. Intendit Diſcipulos à ſuperbiæ huiuſmodi, humilitatis amatores, piaculo amouere. Ideò ſuperbiæ dilectionem expreſſit.

Amant, primos recubitus, &c. & vocari ab hominibus, Rabbi. Non taxantur Phariſæi, quod cathedras amarent, ſeu docere proximos expeterint; ſed quod primas cathedras honoris cauſa quærerent. *Euangelij miniſter non quærit, quæ ſua ſunt; ſed quæ Ieſu Chriſti.* lib. 2. ſect. 2. n. 29. p. 293. Clauſ. 1.

Et vocari ab hominibus Rabbi. Quam ſtultè Phariſæi amant primo accubitui, aut cathedræ adſcribi, vt omnibus præponerentur. *Verius planè primum locum obtinerent, ſi non ſummo amarent hæreſcere. Neceſſariò quidem humilitas ſuos eleuat amatores.* lib. 2. ſect. 2. n. 15. p. 291. Clauſ. 2.

Et patrem nolite vocare ſuper terram. Monet Dominus Diſcipulos Dei filios effectos, rurſum ad terrenam proſapiam minimè declinare. *Turpe enim Chriſticolæ Dei filio, iterum ſe, admiſſo piaculo, terrenum profiteri.* lib. 2. ſect. 2. n. 35. p. 294. Clauſ. 3.

CONCIO III.

De Phariſæorum, ac ſcribarum vitiis Anſelmus, *Omnia, quæcumque dixerint vobis, facite: ſecundum opera eorum nolite facere. Doctrinam tene, non vitam, quia non concordat vita cum doctrina.* Addit Chryſoſtomus, *Sic aurum de terra eligitur, & terra relinquitur.* Audi Dominum.

Alligant enim onera grauia. Phariſæi iniqui onera grauia ſuprà legis præſcripta ſubditis miſeris addere affectabant. *Vnde taxandi Præſules, qui præcepta, aut leges propriis aggrauant dictaminibus, ſubditorum planè exitio.* lib. 2. ſect. 1. n. 30. p. 285. Diſcurſ. 1.

Dilatant phylacteria ſua. Vt Dominus vitia peſſima, innumeraque Phariſæorum exprimat: oſtendit, eos vanæ gloriæ vitio admodum eſſe addictos. *Nam qui vanus, ſeu inanis gloriæ cupidus eſt, ſe exprimit omnibus infectum piaculis: Sicut humilis cunctis plenum virtutibus.* lib. 1. ſect. 2. n. 42. p. 287. Clauſ. 2.

Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. Vt Phariſæorum mores fugiat Chriſtianus curet opera bona gerere cautela tanta vt non poſſint ab hominibus videri. *Agnatum enim virtutibus, occultari.* lib. 2. ſect. 1. n. 49. p. 288. Clauſ. 3.

Feria

3. Fer. V. Paraſce. ſeu in Cœn. Dom.

Sciens IESVS, *quia venit hora eius.*

Salut. TRanſitus hic Domini ex hoc mundo ad Patrem Deiparæ commeodat fulgorem. Sol enim iuſtitiæ recedens ſuæ præſentiæ vicariam vti Lunam fulgentiſſimam, Matrem reliquit. Ait Richardus Laurent. lib. 7. *Luna, Sole recedente, mundum illuminat; quia Sole iuſtitiæ tranſeunte de hoc mundo ad Patrem Ioa. 13 per mortem corporalem: Maria fide ſua totam illuſtrauit Eccleſiam. Eodem Sole aſcendente ad cœlum, dimiſſa eſt in mundo ad tempus vt Eccleſiam ſuis illuſtraret exemplis, ac mundum, id eſt, amatores munditiæ ſemper loco Chriſti Solis illuminat.*

CONCIO I.

Intentū totius Euang. *Sic Deus donat hodie hominibus, vt omnia ſemel elargiendo, ſæpe ſæpius donando omnia, obaratus eſſe videatur.* lib. 3. ſect. 2. n. 49. p. 313. Omnia tranſituro ex hoc mundo ad Patrem Ieſu dedit Pater in manus, vt largiter impenderet: largitati enim Ieſu vix omnia ſufficiunt.

Clauſ. 1. *Sciens Ieſus, quia venit hora eius.* Paſſionis hora ſpecialiſſime nota Chriſto, & ſpecialiſſimè eius hora nuncupatur. *Dulciſſima enim tam egregia amatori hora, in qua pro hominibus liberandis pati deberet. Nulla Domino in paſſione ac morte amaritudo extitiſſe videtur* lib. 3. ſect. 1. n. 16. p. 301

Clauſ. 2. *Sciens Ieſus, quia venit hora eius.* Venit hora lætitiæ, & Paſchatis Ieſu, cum venit mortis hora. *Verum enim Paſcha lætiſſimum planè tanto amatori, pro dilectis occumbere.* lib. 3. ſect. 1. n. 24. p. 302

Clauſ. 3. *Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Miris effectibus Dei Filius ſuum ineffabilem amorem declarauit. *Deſcribe amantis veri conditiones. Cupit affici opprobriis, exinaniri, ſeruire, pati ſolus in amati commodum.* lib. 3. ſect. 1. n. 53. p. 306.

CONCIO II.

Intentum totius Euang. *Profectò verus amor non verbis, ſed operibus comprobatur.* lib. 3. ſect. 1. n. 31. p. 303. Ideo Dominus cum dilexiſſet ſuos, eos dilexit in finem, id eſt, nihil prætermiſit, quod verum deceret amantem.

Clauſ. 1. *In finem dilexit eos.* Probat Chriſtus, ſe dilexiſſe in finem, dum pati, ac mori pro dilecto geſtit. lib. 3. ſect. 1. n. 36. p. 303

Clauſ. 2. *In finem dilexit eos.* Probat Chriſtus ſe dilexiſſe in finem, dum ſuis diuitiis omnibus donat amatum. lib. 3. ſect. 1. n. 43. p. 304.

Clauſ. 3. *In finem dilexit eos.* Probat Chriſtus, ſe dilexiſſe in finem, dum Euchariſtiæ epulum hac paſſionis inſtantia hominibus inſtituit. lib. 3. ſect. 1. n. 49. p. 303.

CONCIO III.

Intentū totius Euang. *Egregia ad mortem præparatio eſt, mori. Vnam quam in morte inſtrueris ad alteram.* lib. 3. ſect. 1. n. 61. p. 307. Vnde Dominus, qui ſuos dilexit in finem, id eſt, in mortem felicem terminum vitæ: ſpecialiſſimum diſceſſurus amorem oſtenzit, dans operam Euchariſtiæ inſtitutioni, vt do-

ceret Diſcipulos, quonammodo ad mortem ſe præparare deberent, dum ipſe in Cruce moritur, quodammodo in Euchariſtia prius obiit.

Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus. Sciens Dominus ſe Dei Vnigenitum, ad ablutionem pedum Diſcipulorum prouoluitur. *Agnata enim nobilitatis ſublimitati humilitas.* lib. 3. ſect. 2. n. 32. p. 311. Clauſ. 1.

Surgit a cœna, & ponit veſtimenta ſua. Sciens Dominus, ſe omnibus hominibus eſſe præpoſitum, cœpit ſubditis miniſtrare. *Præſulum enim proprium eſt, ſeruire iis, qui eorum ditioni addicuntur.* lib. 3. ſect. 2. n. 41. p. 312. Clauſ. 2.

Surgit à cœna. Cum Dominus ſeſe ad opus abiectum præparat, aptè ſurgere dicitur. *Quia humilitatis demiſſio potius eſt eleuatio.* lib. 3. ſect. 2. n. 55. p. 314. Clauſ. 3.

CONCIO IV.

Ad Euchariſtiæ ſumptionem magna admodum eſt neceſſaria puritas. lib. 3. ſect. 2. n. 72. p. 317. In finem dilexit, qui dilexerat ſuos; vnde eos Euchariſtiæ inſtitutione donare curauit. Profectò eos, qui iam aderant mundi, adhuc abluere ſatagit, ad epuli ſacratiſſimi præparationem. Intentum totius Euang.

Domine, tu mihi lauas pedes: Neſciebat Petrus, & ideo tenaciter primæ hærebat ſententiæ: *Quod ego facio, neſcis modò.* Certè *eorum, qui non ſciunt, proprium eſt, tenaciter ſuis votis hæreſcere.* lib. 3. ſect. 2. n. 61. p. 315. Clauſ. 2.

Domine non tantum pedes meos. &c. Edocens a Chriſto Petrus prudentiſſimè, ac ſapientiſſimè ſententiam mutat, à primi propoſiti tenacitate cadit, ſe dilui permittens. *Sapientis enim eſt, mutare conſilium.* lib. 3. ſect. 2. n. 64. p. 316. Clauſ. 2.

Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Breuem Dominus de ablutione verbis expreſſit ſermonem; quia ipſo ablutionis opere vberius prædicauerat. *Efficacius enim prædicant actiones, quam verba.* lib. 3. ſect. 2. obſeru 8. p. 318. Clauſ. 3.

Domin. 4. Aduent. 4.

Anno quinto decimo Imperij Tiberij Cæſaris. Luc. 3.

Salut. CLamitat in deſerto Ioannes, *Parate viam Domini.* Id eſt, vos præparare ad viam, id eſt Chriſtum, ineundam. Profectò Deipara eſt deſertum, vbi via Domini præparatur, ſemper enim Mariæ clamat interceſſio ac pietas: *Parate viam* Domini. Richardus Laurent. lib. 8. *Ego vox clamantis in deſerto; Parate viam. Maria eſt deſertum de qua Dominus dicit Iſa. 43. Dedi in deſerto viam, id eſt, Chriſtum, qui eſt via, & veritas. Ponam deſertum in ſtagna aquarum, Iſa. 41. Maria enim vere fuit deſertum, quia deſeruit diuitias, delicias, gloriamque mundi. Nec in hoc deſerto audiebatur vox hominis, ſed canebat turtur,* id eſt, Ioannes, quem ad Cœlicolas alites pertinere ipſe aſſeruit Propheta: *Ego mitto Angelum meum.* Quid, in deſerto Mariæ Ioannem proclamare? Certè innoitur, futuram ex Mariæ interceſſione Ioannis prædicationem fidelibus vtiliſſimam.

CONCIO I.

Initium totius Evang. *Omnes fideles debent Concionatorum officio fungi. Quod audiunt hi referant aliis: alij audientes, aliis adhuc satagant proferre sermonem.* lib.4.sect.2.n.18. p.332. *Factum est verbum Domini super Ioannem in deserto*, nec sibi retinuit, sed *venit in omnem regionem Iordanis prædicans*; vt aliis proficere valeret.

Claus.1. *Anno quintodecimo Imperij Tiberij*, &c. Anni Cæsaris, Præsidis, Tetrarcharum, Pontificum adnumerantur, & tandem finiuntur. *O Regnorum instabilitas. Vix Principatus incipit, cum terminatur.* lib.4.sect.1.n.19.p.323

Claus.2. *Sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caipha.* Tiberius, Philippus, Herodes, Lysanias, Pilatus: cuncti scilicet seculares Principes, sub Anna & Caipha: hoc est, Sacerdotali dignitati subduntur. *Sacerdotalis dignitas supra Reges. Vnde taxabiles Sacerdos, qui sese indecenter secularibus subdit dominatui.* lib.4.sect.1.n.34.p.325.

Claus.3. *Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ.* Ioannes prædicaturus pœnitentiæ baptismum, non pergit ad Vrbes, sed in deserto commoratur; vt cogat auditores ex Vrbibus exire. *Verè enim pœnitens, vt diluatur, debet omnino à vitiis occasionibusque eorum semoueri.* lib.4.sect.2.n.26 p.333.

CONCIO II.

Anno quinto decimo, &c. Ioannes eximius Baptismi Prædicator exsurgit. Vt autem & attentius, & reuerentius audiatur, Lucas eius proprietates exposuit. *Factum est verbum Domini super Ioannem*, &c. Nyssenus, *Amotus a conuersatione humana, inuisibilium speculationi vacabat: In deserto.*

Discurs.1. *Factum est verbum Domini super Ioannem in deserto.* Ioanni in deserto commoranti ab omni dependentia abstracto datur verbum euulgandum hominibus. *Ille namque eximius Præco, qui sine respectu ad mundiales dependentias, suggestum vnde veritatis assertor ascendit.* lib 4.sect.1.n 46. p.326.

Discurs.2. *Factum est verbum Domini*, &c. In deserto Ioannes vocem Domini audiuit. *Abstractio a tumultu decet eum, qui expetit Spiritus sancti vocem exaudire.* lib.4.sect.1.n.53.p 327.

Discurs.3. *Factum est verbum Domini super Ioannem.* Ioannis mira sapientia, qua (autore Nysseno) *inuisibilium speculationi vacabat*, virtutum exercitamentis acquisita fuit: non seculari è doctrina profecta. *Edoceamur, Euangelij ministros plus ex voluntate virtutibus ornata perficere circa proximi salutem quam ex intellectu scientia illustrato.* lib.4.sect.1.n.60.p.328.

CONCIO III.

Initium totius Evang. *Quam taxabiles, qui post innumerabilia grauissima peccata putant, leuissimam pœnitudinis sufficere diligentiam, ad remissionem peccatorum.* lib.4.sect.2.n.33.p.334. Cum orbis peccatis extenderet in ciuibus; vti ex Principum colligebatur prauitate: Ioannes venit peccatores adducere ad pœnitudinem. At ille ad *remissionem peccatorum* non lenem pœnitentiæ diligentiam indicit; sed *baptismum pœnitentiæ* prædicare satagit.

Claus.1. *Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris*, &c. Christus, ac Ioannes mundum in erroribus inuenere, quales Principes, qui regebant illum. *Etenim subditorum piacula arguunt Præsulum iniquitatem.* lib.4. sect.1.n.17.p.324.

Claus.2. *Et videbit omnis caro salutare Dei.* An etiam brutis animantibus salutaris Iesu natalitium appareat? Certè quodammodo pendet brutis; *quia dum Christus natus hominum aufert delicta: id tollit, per quod etiam cuncta creatura fuere flagellata.* lib.4.sect.2.n.56.p.338.

CONCIO IV.

Ad Kalendam.

Parate viam Domini. Paranda quidem via Domino nascituro. Anselm. *Prauitates, abiicite, fidem & bona opera accipite.* lib 4. sect.2. n.40. p.335.

Discurs.1. *Parate viam Domini.* Licet ad præparandam viam Domini tot apparatus Propheta prænunciet: ad præcordia Dominus nasciturus, Paruulus quidem, simula ingreditur. lib.4.sect.2. n 41.p.335.

Discurs.2. *Parate viam Domini.* Viam Domini præparamus, nos velut dominos ostentantes Iesu Domini æmulatores; vt nos viam regiam factos inire dignetur. lib.4.sect.2.n.45.p.335.

Discurs.3. *Parate viam Domini.* Ad paruulum Iesum excipiendum optima speciatim est præparatio, aspera in vias planas efformari, hoc est, mansuetudinis virtute pollere. lib.4.sect.2.n.50.p.337.

Domin. 5. post Pentec. 5.

Nisi abundauerit iustitia vestra. Mat.5.

Salut. Regnum cœlorum promittitur ei, qui abundantia iustitiæ fulgurarit? Meritò ergo Deipara ipsius cœlorum Regni nomine insignitur ob ineffabilem iustitiæ abundantiam. Audi Bernardum apud Richardum Laurent. lib.4. Maria est Ierusalem cœlestis ciuitas sancta, quæ abundantia iustitiæ omnem transcendit creaturam. Profectò iustitiæ abundantia Mariæ ipsa ex illo Psal.72. expressit. *Tenuisti manum dexteram meam.* Quod sic idem Richardus ex D Maximo exposuit. *Tenuisti, ne vnquam caderem: & in voluntate tua deduxisti me de iustitia in iustitiam; & cum gloria suscepisti me.* Abundantiæ enim iustitiæ Regnum cœlorum promissum est. *Tenuisti in puritate, deduxisti in iustitia abundantia, suscepisti in Regno cœlorum.* Pulchrè.

CONCIO I.

Initium totius Evang. *Qui accipit maiora beneficia, debet vberiorem, perfectionis studiosus, gratitudinem exhibere.* lib.5. sect.1.n.14.p.342. Ideo Apostolis perfectio vitæ maior exigitur, quia augustioribus sunt donati muneribus. Alij iustitia fulti, ad Regnum cœlorum aduolant, hi autem debent, iustitiæ abundantiam exponere, ad volatum.

Claus.1. *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisæorum.* Discipulos Magistros futuros Dominus iubet Pharisæos vincere in iustitia. *Ille enim strictiore iure, sanctitudine debet ornari, qui aliorum Magister exurgit.* lib.5.sect.1. n.28.p.343.

Claus.2. *Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio.* Raca nihil significans, plus videtur esse bestiarum fremitus, quam vox hominis. *Indicatur, hominem iracundum cum bestiis esse annumerandum.* lib.5.sect.1.n.48.p.347.

Claus.3. *Si offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris,*

fueris,&c. Prius ad fratrem nobis conciliandum pergamus, non expectatious eius aduentum, exemplo Christi in Eucharistiæ sacrificio. *Porrò Christus in Eucharistia prior venit ad nos, rogat, inuitat, allicit ad reconciliationem,& pacem*. lib.5. sect.2.n.10.p.349.

CONCIO II.

De iracundia frenanda Christi sermo procedit, Strabus. *Nesciebant homicidium esse nisi peremptionem; ostendit ergo, motum animi ad nocendum in homicidium computari.*

Discurs.1. *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Vt Dominus Discipulos, omnesque Christicolas ab homicidio deterreat, eos curat ab iracundia abstinere. *Vt enim crimina non perpetrentur, originem eorum tolli ab animo oportet. Age hinc de occasionibus delicti fugiendis.* lib.5. sect.1. n.27.p. 344

Discurs.2. *Qui autem occiderit reus, erit iudicio. Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio.* Si duo primi gradus iracundiæ nempe irasci, & dicere Raca, veniales sunt: quomodo eis capitalis pœna assignatur: Certè quia peccati venialis reus, paulatim decidit in lethalia. *Vnde admisso veniali, iam instat* (in dispositione,& velut morbi apparatu) *mortalis culpa pœna*. lib.5. sect.1.n.33.p.345.

Discurs.3. *Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit indicio.* Quomodo qui irascitur, reus est iudicio, seu sententia capitali, sicut ille, qui hominem occidit? *Puto quia ira illicò hominem tradit tortoribus flagellandum, occidendum; ira enim horribilis tortor.* lib.5. sect.1.n.41.p.346

CONCIO III.

Commendat Dominus charitatis colligationem dimittendi muneris, seu sacrificij exaggeratione expressa. *Si offers munus tuum, ad altare,& ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum antè altare, & vade prius reconciliare fratri tuo.* Chrysostomus, *Non vult Deus sacrificium à discordantibus. Vide autem vt Deus plus hominum vtilitates respiciat, quam suos honores.*

Discurs.1. *Relinque ibi munus tuum.* Apud altare constitutus fidelis recordatur, fratrem aduersus eum aliquid habere. *Quia videlicet quo quis Deo in Eucharistia propinquior est, eo consequenter differtius agnoscit, seruandam fraterna charitatis vnionem.* lib.5. sect.2.n.17.p.351.

Discurs.2. *Relinque ibi munus tuum.* Iubet Dominus, fideles à sacrificij perfectione recedere, vt fraternæ charitatis colligationi dent operam. *Innuit Dominus planè pacem bonorum omnium esse epilogum.* lib.5. sect.2.n.22.p.352.

Discurs.3. *Relinque ibi munus tuum.* Munus, quod litandum ad altare fuerat allatum, non refertur ad domum: sed illicò post reconciliationem factam, Domino offertur. *Moneat, propositum Deo factum, votum vè non contemnendum: sed quam primum executioni mandandum.* lib.5. sect.2. n.31.p.352.

Domin. 14. post Pentecost. 6.

Nemo potest duobus Dominis seruire. Matth 6.

QVi Mariæ seruiunt (inquit Richardus Laurent. lib.2.) *debent esse mundi immaculati, mundo minimè seruientes, quia non vult seruum alteri obligatum scient, quod nemo potest duobus dominis seruire. Non est seruiendum mundo, quia seruientem suum non solum non remunerat, ed etiam in discessu totaliter spoliat.* O Maria Domina, quæ in discessu & munera largiris seruis, & eos immortali ornas stola! Salut.

CONCIO I.

Haud in vna sede morantur dilectio Dei, & creaturæ. lib.6. sect.1 .n.10.p.357. Ideo Dominus, *Nemo*, inquit, *potest duobus dominis seruire*, &c. qui diuitiarum acquisitioni seruit, quonam modo poterit Deo obsequium impendere. Vnde à Dei famulis omnis circa victum, ac vestitum solicitudo intercidi tur, Dominus enim seruos suos iis donat bonis, quibus ad beatitudinis indigere acquisitionem videntur. Introitu totius Euang.

Nemo potest duobus dominis seruire. Qui Deo seruire ac ministrare perfectè curat, à terrenis ac secularibus negotiis abstrahatur necessarium est. *Seruire* enim Deo, & seculo est impossibile. Specialium doctrina hæc. *Religiosis accommoda, subtaxat eos, qui propinquorum, ac amicorum litibus, aliis ve occupationibus ab instituto alienis curam impendunt.* lib.6. sect.1.n.17.p.358. Clausl.1.

Non potestis Deo seruire,& mammona. Qui diuitiarum studio seruit, Deo minime potest obsequium exhibere. *Quia amans diuitias, Deum consequenter contemnit, eiusque præcepta transgreditur.* lib.6. sect.5.n.25.p.359. Clausl.2.

Ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, &c. Curat Dominus fideles omnino expeditos ab affectu ad terrena bona incedere: siquidem properant ad cœlestia. *Indicitur Religiosis, spiritualisque instituti alumnis omnium secularium, renunciatio.* lib.6. sect.5 o.50.p.362. Clausl.3.

CONCIO II.

Commendabilis admodum circa spiritualia feruor, ac diligentia: taxabilis desidia. lib.6. sect.2. n.28.p.368. Ideo Dominus duplicis dominij metaphora curat fidelibus suadere famulis, studium solummodo spiritualium acquisitioni esse impendendum: nec victui, nec indumento nimium meorem esse addicendam, siquidem quærenti Regnum Dei, & eius iustitiam, omnia adiicuntur. Introitum totius Euang.

Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, &c. Difficile quis mammonæ pondus valebit sustinere. *Importabile quidem omne diuitiarum onus obicitur.* lib.6. sect.1.n 42. p.361 Clausl.1.

Aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Mammona quidem est Dominus, quem sustinent acquirendis diuitiis studentes. *Profectò importabilis auaritia tyrannus.* lib.6. sect.1.num.34. p.360. Clausl.2.

Clauf. 3. *Ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis.* Monet Dominus superfluam victus curam esse damnabilem. Cur ergò locutus de cibo corporeo, hanc solicitudinem animo tribuit? *An quia peccatores de anima viliter sentientes, cum ea sic se gerunt; ac si corporis commoda tractarent?* lib. 6. sect. 1. n. 59. p. 363.

CONCIO III.

Ex mente Strabi sancti & volatilibus *quia cælum petunt*: & liliis, qui *puritate nitent*. designantur. Metaphora ergo volatilium, & liliorum indicitur fidelibus, quonammodo & secularium abstractioni, & spiritualium acquisitioni debeant studere.

Difcurf. 1. *Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt.* Quare solum adnotauit non serere, aut metere: & non addidit Dominus, alij studio captandi addici lucri volatilia? *Certè quia tam indecens fideli, seu spirituali viro, lucrorum captandorum affectatum studium, (auaritiæ planè progenies,) vt nec voluerit Dominus nominare.* lib. 6. sect. 2. num. 14 p. 366

Difcurf. 2. *Considerate lilia agri, &c; quoniam neque Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis.* Vt Dominus pulchrum liliorum indumentum ostenderet, Salomonis vestibus aptè comparauit; quia Principis solius est, indumenta pretiosa ostentare. *Quid ergo Religioso Ioannis imitatori* (Idej planè in deserto) *cum pretioso, aut splendenti indumento?* O tempora! Nunc Dominus nullam in Principum & Sacerdotum, & ciuium vulgarium indumentis differentiam inueniret. lib. 6. sect. 2. n. 22 p. 367

Difcurf. 3. *Quærite ergo primum Regnum Dei & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis.* Primo debet fidelis circa spiritualium rerum assecutionem studium impendere: mox circa corporalium. *Necessarium enim nobis sit oportet, quidquid ad animæ profectum non dirigitur. Præcipuum sit studium spiritualia acquirere.* lib. 6. sect. 2. numer. 45. p. 369.

---

7. Fer. 6. post Cineres.

Audistis, quia dictum est antiquis. Mat. 5.

Salut. DEus in dilectionis inimicorum documentum Solis exposuit luminare. *Qui Solem suum oriri facit super bonos, & malos.* Et quinam Dei Sol nisi Maria, de qua sponsus. *Pulchra vt Luna, electa vt Sol.* An super iustos, & iniustos Mariæ oritur luminare? Audi Laurent. lib. 7. *Maria Sol dicitur sua omnibus largiens, quia quidquid habet quantum in se est, omnibus communicat, amicis, & inimicis, bonis, & malis. Propter hanc communitatem dicitur de Patre, & de Sole Maria: Qui Solem suum facit oriri super bonos & malos.*

CONCIO I.

Intentũ totius Euang. *Religiosis, subditis, omnibusque fidelibus sit ad obedientia difficilia quæque irrefragabilis ratio. Deus iubet, qui præest exemplo.* lib. 7. sect. 1. n. 24. p. 375. Difficilè sanè præceptum inimicos diligendi ad Euangelij perfectionem sectandam. At absque cunctatione obseruandum; quia Iesus Dei Filius præcipit: *Ego dico vobis* qui quidem exemplo præcedens, pro suffixotibus exorauit; *Qui Solem suum oriri facit, super bonos & malos.*

Clauf. 1. *Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.* Omnibus hominibus dictum est à natura, Ama amicum, odio prosequere inimicum. *Hinc difficultas præcepti exponitur, Christi præcipientis amari lituanda.* lib. 7. sect. 1. num. 13. p. 374.

Clauf. 2. *Vt sitis filij Patris vestri.* Diligentibus inimicos offertur Dei filiatio, id est, hæreditas æterna, qua minimè donantur, qui odio inimicos prosequuntur. *Odio insequens inimicum; O quam ingens damnationis documentum!* lib. 7. sect. 1. n. 29 p. 376.

Clauf. 3. *Ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Præmisit particulam. *Attendite.* Accuratissimam attentionem expetit Dominus, vt inanis gloriæ vitare insidias valeamus. *Inanis enim gloria latro est, bonorum operum thesaurum abripiens.* lib. 7. sect. 2. num. 11. p. 386

CONCIO II.

Intentum totius Euang. *Vna dilectio inimicorum quasi infinita virtus est, omnem legis obseruationem, omnem perfectionem spiritualem continens.* lib. 7. sect. 1. n. 45. p. 378. Ad hoc vt filij Dei nominemur, & simus, necessaria nobis est legis totius obseruatio. Cur ergo solummodo dilectionis inimicorum fit memoria, *vt simus filij Patris, qui in cælis est*: nisi quia inimicos diligens omnibus iustitiæ fulgoribus necessum est exornari? Ideo huiusmodi fidelibus inimicos amantibus ait: *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis, &c.* quasi supponens sanctos esse, ex omnium præceptorum, ac consiliorum obseruatione, qui inimicos amare studuere.

Clauf. 1. *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris.* Qui benefaciunt inimicis diuinæ naturæ participatione condecorantur quodammodo. *Diligere enim inimicum hominem ab humanitate recedentem quasi diuinam eleuat ad naturam.* lib. 7. sect. 1. n. 37. p. 377.

Clauf. 2. *Vt sitis filij Patris vestri.* Si iam noster est Pater Deus, quid ex dilectione filiationis accipimus? *Profectò per gratiam Dei filij adoptione sumus. Pater noster est Deus. At ex dilectione inimicorum huius Patris nostri simus filij quodammodo naturales: Vt sitis filij Patris vestri.* lib. 7. sect. 1. n. 80. p. 382.

Clauf. 3. *Amen dico vobis Receperunt mercedem suam.* Qui tuba canunt antè se gerentes opus iustitiæ, vt videantur: suam mercedem, id est ruinam recipiunt. *Quid enim ex gloria inani potest expectari nisi ruina?* lib. 7. sect. 2. n. 19. p. 387.

CONCIO III.

Intentum totius Euang. *Illud ipsum inimicum diligere, idem est, ac de illo horribilem sumere vindictam.* lib. 7. sect. 1. n. 55. p. 379. Si dictum fuit in lege, Odio habebis inimicum tuum, quomodo soluit legem, qui non venit *soluere, sed adimplere*? Profectò quia dum iubet diligere inimicos, quia inimico benefacere, eiusque iniurias patiẽter tolerare idem est, ac eum flagellare, decorticare, succedere, &c.

Vt

Clauf. 1. *Vt sitis filij Patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos: & malos.* Cœlestis Pater benignissimus fouet iustos, parcit peccatoribus, eisque cuncta largitur. *Igitur qui inimicos odio prosequitur, omnino à Dei cognatione excluditur.* lib. 7. sect. 1. n. 88. p. 384.

Clauf. 2. *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera.* Ad bonorum operum expressionem adeò debes abscondita inire, vt vel te ipsum tuæ fugiat dexteræ operatio. Qui enim rectè agens, absconditur, se ipsum fugiens aspectatorem, augustius illustratur. lib. 7. sect. 2. n. 25. p. 387.

Clauf. 3. *Et Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.* Solùm cœlestis Pater homini reddit præmium obsequij. *Ostende hinc, eum à gloria cadere, qui propriam gloriam ab hominibus quærit; illum autem, qui Dei requirit gloriam à Deo reddente glorificari.* lib. 7. sect. 2. n. 32. p. 388.

CONCIO IV.

Intentum totius Euang. *Dum parcis inimico iniuriam inferenti, acriorem ab ipso sumis vindictam, quia eum Deo tradis puniendum.* lib. 7. sect. 1. n. 55. p. 379. Ideò etsi lex iussisset verè, *Odio habebis inimicum tuum*: dum iubet Dominus inimicum diligere, quasi iubet eum odio prosequi. Quia scilicet odij maximi effectus est, inimicum horribilibus iustitiæ diuinæ manibus tradere puniendum; dum nos à vindicta abstinemus.

Clauf. 1. *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri.* Christus se Dei naturalem filium manifestat, dum inimicis parcens, Patrem æmulatur, qui ignoscens peccatoribus ostentatur Deus. Ergo homo diligens inimicum, se quodammodo naturalem Dei Filium ostendit. lib. 7. sect. 1. n. 68. p. 381. Syllogismum confirma. Pater æternus se Deum manifestat, inimicis dum ignoscit. n. 69. ibid.

Clauf. 2. Vnigenitus Dei Filius se naturalem Dei Patris Filium ex amore inimicorum ostendit. n. 72. p. 381.

Clauf. 3. Ergo inimicos diligens homo se Dei filium ostentat & Filij, & Patris æmulatorem. n. 75. p. 382.

---

8. Feria III. post Dominic. III. Quadrages.

Si peccauerit in te frater tuus. Matth. 18.

Salut. PEtrus à Domino rogitauit, Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies? Dixit illi IESVS, Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Vis ô Petre, vt vno verbo exprimam, quoties fratri delinquenti dimittas? Dimitte quoties Maria quæ nos amat, dimittit nobis. Richardus Laurent. lib. 4. *Diligendus est proximus voto, verbo, & beneficio, scilicet corde, ore, & opere. Tribus istis modis diligit nos Maria, omne bonum nobis desiderando, pro nobis iugiter exorando vsque septuagies septies, id est, semper, tam pro iustis, ne cadant: quam pro peccatoribus, vt resurgant. Misericordia autem, & beneficiis eius pleni sunt cæli, & terra; nec est, qui se abscondat à calore eius.*

CONCIO I.

Summus oportet erga peccatores longanimitate, ac pietate vti. lib. 8. sect. 1. n. 62. p. 400. Ideò Dominus, qui iubet, à nobis corripi delinquentem proximum; monet, haud audiente proximo correptionem nostram, sed repellente: non illico Ecclesiæ deferendam accusationem, aut proximum vti Ethnicum habendum, sed vnum aut duos prius adhibendos testes. Intentum totius Euang.

Si peccauerit in te frater tuus. Si de quolibet peccato, quod committitur, sermo est: quare Dominus dixit, nos eos corripere, qui in nos peccauerint? *Certè, quia nullum peccatum perpetratur, quod contra nos non sit: cum omnes propter vnius delictum sæpe hic puniamur.* lib. 8. sect. 1. n. 15. p. 393. Clauf. 1.

Corripe eum. Si deliquerit frater, nobis videntibus, aut scientibus: (id enim est in te peccare, id est, *si pecare dando te en rostro, o delante de ti.*) corripiendus est. *Nec enim facilè qui reprehendendi munus gerit, adducendus est, ad taxandum proximum, aut subditum ex auditione, aut relatione sæpe fallaci.* lib. 8. sect. 1. numero 27. p. 394. Clauf. 2.

Si duo è vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo. Omnia, quæ à Deo petenda sunt, asserit Dominus consensionis, & vnitatis merito esse impetranda. *Nisi oratores, aut doctores concordia fuerint colligati, nec à Deo exaudiuntur, nec proximo proficient.* lib. 8. sect. 2. n. 16. p. 404. Clauf. 3.

CONCIO II.

Correptio Præsulis, vt proficiat, amore, & mansuetudine debet exundare. lib. 8. sect. 1. n. 34. p. 396. Ideò Dominus monet inter nos & ipsum solum proximum reprehendere, Ecclesiæque non manifestare delictum, nisi testibus adiectis. Intentum totius Euang.

Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum. An fratrem meum corripiam delinquentem? An non fraterna charitas violatur? *Imò verò quia tuus frater est, sic tuo iure teneris, eum corripere delinquentem.* lib. 8. sect. 1. n. 22. p. 394. Clauf. 1.

Vade, & corripe eum. Si debemus corripere omnia proximi delicta, cur speciatim dixit Dominus: *Si peccauerit in te? Certè vt innuat velocitatem, qua vti debemus, vt proximum extrahamus à crimine.* lib. 8. sect. 1. n. 49. p. 398. Id enim quod nos pungit, excitat quidem, vt velocius exsurgamus. Clauf. 2.

De omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo. Quidquid Euangelij ministri petierint, pro salute corrigendorum, impetrabunt. *Tanta enim orationis efficacia, vt vel Ethnicum, & Publicanum pene desperatum, corrigendum, ac conuertendum vim exerat.* lib. 8. sect. 2. n. 22. p. 405. Clauf. 3.

CONCIO III.

Durum est, correptionis verba exaudire ab eo, ad quem ex officio non attinet reprehendere. lib. 8. sect. 1. n. 56. p. 399. Vnde Dominus, qui iubet à nobis proximum reprehendi, quia officium fratris, fratrem taxare delinquentem: præcipit contumaciam delinquentis ad Ecclesiam deferri, ad quam spectat fratrem tuum velut Ethnicum, ac Publicanum exponere, si eius maternam Intentum totius Euang.

maternam correptionem non exaudierit.

Claus. 1. *Corripe eum inter te & ipsum solum.* Cum frater est corripiendus, solitudini consulatur. *Nec enim euulganda crimina illius, quem cupimus emendari; quia publicatio delicti insolentiorem assolet efficere delinquentem.* lib. 8. sect. 1. num. 40. p.396.

Claus. 2. *Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus.* Si postquam tuo muneri, & obligationi feceris satis, frater adhuc incorrigibilis exponitur: noli illum in numerum fratrum deputare. *Nec enim vir misericors, & Dei æmulator, omnibus semper parcit: sed post expectationem demum punit.* lib.8. sect.1.n.67.p.401.

Claus. 3. *Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum.* Congregandi sunt fideles congregati in nomine Christi, si persistens debeat esse concordia. *Ea enim sola amicitia verax, affectuosa, & operatrix est, quam Christi charitas conciliat.* lib.8. sect. 2. num. 28. p.406.

Claus. 4. *Ibi sum in medio eorum.* Commendatur à Domino concordia suo in nomine colligata: non ea concordia, vbi ipse non est. *Concordia enim illorum, in quibus non est Deus: admodum exitialis.* lib.8.sect.2.n.34.p.407.

---

9. ## Dominic. II. post Pasch.

Ego sum Pastor bonus. Ioan. 10.

Salut. SE bonum Dominus Pastorem affirmat, & quia animam suam pro ouibus tradit; & quia oues agnoscit, & quia recedentes curat adducere. Certe de pastione gregis nihil memorat. O quam dulcia gramina ouibus cœlestis Pastoris præparantur! Richardus Laurent. lib.8. pulchre ait: *Quia campus communis locus pascua, in Maria vita, & exemplis reficiuntur, & pinguescunt diuini Pastoris fideles oues. Pascua hæc virent fide & virtutibus, & æterna per incrementa sanctitatis. Nutritur humore, & imbribus gratiarum, dat ouibus fœnum cognoscendi nos esse fœnum, vt humilientur.* O diuini Pastoris excellentiam! Et si morti pro ouibus traditus non fuisses, licet ouiculas tot muneribus non donares: omnia te præstitisse videreris dum Mariæ pascois gregem reficere dignaris: & posses inclamitare: *Quid potui facere gregi meo, & non feci?* Quæritat Deipara, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas?* vt respondeat sponsus, *si ignoras te, ô pulcherrima.* Cant.1. Ac si diceret, An ignoras, te esse mei gregis campum pulcherrimum plenum virtutibus, vbi fideles oues reficiuntur?

CONCIO I.

Intentum totius Euang. *Debent Præsules subditis non dominos, sed patres, imo matres se exhibere.* lib. 9. sect. 1. n. 24. p.412. Vnde Dominus expressurus suum in Ecclesia Præsulatum, non dixit, Ego sum Rex, aut Dominus; sed, *Ego sum Pastor bonus.* At expressurus, se materno affectu oues, seu subditos prosequi: addit boni Pastoris explere proprietates. *Bonus Pastor, &c.*

Claus. 1. *Ego sum Pastor bonus.* Se bonum Pastorem asserens Dominus, illustrissimum de se prædicauit elogium. Probus enim Præsul in ipsius Dei cedit vtilitatem, eum regnare quodammodo faciens. lib.9.sect.1.n.20.p.412.

Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis. Claus. 2.
Quam rari boni Pastores sunt, si boni Pastoris insigne est, vitam pro ouibus vltroneè impendere. *Quonammodo animam pro ouibus dabis, qui substantiam recusas exhibere?* lib.9. sect.1.n.31. p.414.

Mercenarius autem videt lupum venientem, & fugit. Claus. 3.
Mercenarius, cuius non sunt propriæ oues, videt lupum, cum venit: At Pastor bonus, antequam veniat, venturum præuidet, & prouidet gregis incolumitati. *Illustris planè Præsulis est, præuidere velut prophetico spiritu subditis obuentura mala, vt studeant auertere.* lib. 9. sect.1.n.42.p.416.

CONCIO II.

Debent Præsules, se subditis munificos ostentare, haud lucri vllius studiosos. lib.9.sect.1.n.13.p.412. Intentum totius Euang.
Ideò Dominus se Pastorem, Rex omnium, expressit, qui animam dat, id est, omnia ouibus impendit; nullatenúsque mercenarij æmulatur ingenium propriis lucris curam expendens.

Lupus rapit, & dispergit oues. Lupus vt possit Claus. 1.
oues rapere, curat eos dispergere. *Gregis enim, seu communitatis exitium est, ouium, siue fratrum dissipo.* lib.9.sect.1.n.49.p.417.

Et animam meam pono pro ouibus meis. Se ve- Claus. 2.
rum Pastorem ostendit, dum asserit, ex dilectione erga oues munus gerere, propriis lucris minimè inhiantem. *Certe nihil sic impedit animorum profectum, quam Euangelij ministros temporariis lucris studere.* lib.9. sect.2. num.23. p.422.

Et cognosco oues meas. Bonus Pastor oues Claus. 3.
agnoscit, quia ipse eas visitat, nec Vicariis, (plerumque mercenariis,) inuisendas committit. *Taxentur Præsules, qui curiis assidentes à Diœcesibus absentes: quique nunquam, vel raro oues curant inuisere.* lib.9.sect.2.n.38.p.424.

CONCIO III.

Præsulatus onus quidem est, magis quam honor, Intentum totius Euang.
validissimis humeris formidandum. Profectò idem est Præsulem fieri, ac neci addici. lib. 9. sect. 2. n.15. p.421. Recole expressas à Domino boni Pastoris conditiones. Oues non dimittit vti mercenarius assolet, oues agnoscit, & ab ouibus agnoscitur. Quid plura? Bonus Pastor vitam suam dat pro ouibus, quia idem est Pastorem fieri, ac necem tolerare.

Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis. Claus. 1.
Non monet Dominus expressè boni Pastoris proprium esse temporaria subsidia ouibus impertiri. *Quia id essentiale Præsulatus muneris est.* Edoceantur Præsules ex eo, quod Pastores sunt, debere ouium prouidere temporariæ egestati. lib.9.sect.1.n.37.p.415.

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est. Claus. 2.
Ineffabilis in Pastore cœlesti, etiam cum iratus obiicitur, mansuetudo elucet; quia videlicet pertinet ad eum *de ouibus, Moneat Præsules, nunquam non subditorum ostentari Pastores benignitate affectos etiam cum erroneis ouiculis.* lib.9. sect.1.n.57 p.418.

Et animam meam pono pro ouibus meis. Probat Claus. 3.
se euidenter Dominus bonum Pastorem, amatorem

torem quidem ouium; dum eas laborando visitat, & moriendo redimit. *Nec enim sine sumptu verus amor ostenditur: & (si licet, vulgariter explicare.) Obras son amores.* lib.9.sect.2.num.33. p.423.

Clauf.4. *Et cognoscunt me mea.* Oues, seu subditi perfecti agnoscunt Pastorem, seu illi obediunt quasi cognitionis, non operationis externæ velocitate. *Indicatur subditis prompta obedientia ad nutum, sine signum Rectoris voluntatis.* lib. 9. sect.2.n.44.p.425.

---

10. Dominic. XVII. post Pentecost.

Magister, quod est mandatum magnum in lege? Matth. 22.

Dilectionis erga Deum, & proximum normam obtines in Deipara. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut te ipsum.* Ad quæ Richardus Laurent. lib.4. *Maria dilectio erga Deum fuit sicut sponsa ad sponsum, dilecta ad dilectum, matris ad vnigenitum. Potest dicere illud Ierem.31. In charitate perpetua dilexi te. Et illud 2. Reg.1. Sicut mater amat filium vnicum, ita te diligebam. At tanta fuit Mariæ charitas erga proximum, vt ex quo Filium concepit, ipsum pro salute pati desiderauit. Vnde sicut dicitur de Patre, sic Deus dilexit mundum vt Filium suum vnigenitum daret. Ioan. 3. Sic & dici potest de Matre, sic Maria dilexit mundum. id est, peccatores, vt filium suum vnigenitum daret pro salute mundi.*

CONCIO I.

Intentum totius Euang. *Tota lex pendet in ordinata erga Deum, ac proximum charitate. Deus primum amandus, deinde proximus propter Deum.* lib.10.sect.1.n.30.p.432. Ideò rogantibus Pharisæis, *Quod est mandatum magnum,* hoc est, primum, *in lege?* Dominus respondit. *Diliges Dominum Deum tuum,* &c. *Hoc est, primum mandatum. Secundum autem simile est huic; Diliges proximum tuum.* Cur simile primo dicitur secundum esse mandatum? Certè quia proximus propter Deum est diligendus.

Clauf.1. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Deus ex toto corde amatur, & si non amatur ex toto corde, verè non diligitur. *Nam vbi Dei verus amor est, nec particula affectus creaturæ relinquitur.* lib. 10.sect 1.n.20.p.432.

Clauf.2. *Cuius filius est? Dicunt ei, Dauid. Quomodo ergo Dauid vocat eum Dominum: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam,* &c. Particula *donec* innuit supplicij tarditatem. Cur tam serò Deus ad inferendum supplicium exsurgit? Certè quia permittens homines addere peccatis peccata, eos seuerissimè punit. *Peccantis enim crimen supplicium horribile existit.* lib.10.sect.2.n.11.p.441.

Clauf.3. *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Perpetuò contemptu afficiuntur impij, quia Deum delinquendo contempsere. *Peccator enim, hic author est æterni supplicij, quo torquendus æternum est in gehenna.* lib. 1. sect. 2. n. 19. p.442.

CONCIO II.

Qui nos vehementer diligit, vult fideles flagrantissimo affectu succendi. lib. 10. sect. 1. n. 45. p.435. Deus adeò te diligit vt tuus esse non dedignetur: *Diliges Dominum Deum tuum.* Si Deus cum sit Dominus tuus est totus: quid mirum ex te totum ad dilectionem exquirere affectum. Diligendus Deus tuus ex toto corde, *&c.* & proximus velut alter ipse est diligendus. — Intentum totius Euang.

Totas animi vires diuinæ dilectioni impendendas Dominus prædicat. An absumptis totis viribus, homo imbecillis, aut imbellis? *Profectò fortissimus ostentabitur; quia Dominus amatores suos reddit inexpugnabiles.* lib. 10.sect.1.n.36. p.434. — Clauf.1.

Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ostenditur, supplicium impiis differendum esse, non quidem propitio, sed irato Numine. *Supplicio enim non cohiberi peccatorem, aut mox non puniri, maxima condemnatio. Quo enim tardiora supplicia, eo grauiora.* lib. 10.sect.2. n.24 p.443 — Clauf.2.

Nec quisquam ausus est ex illa die eum amplius interrogare. Dominus ideò quæstionem eis difficilem proposuit, vt interrogarent, qui solutionem ignorabant: & posset Dominus ineffabilem eis dilectionem ostendere. *Documentum est enim dilectionis magna insipientes homines edocere.* lib.10.sect.2.n.30.p.444. — Clauf.3.

CONCIO III.

D. Augustinus lib.1. de Doctr.Christ. cap.27. *Nemo se debet propter se diligere, sed propter Deum. Itaque qui rectè proximum diligit, hoc debet cum eo agere, vt toto corde diligat Deum. Non est autem hic sui dilectio prætermissa; dicitur enim vt diligas sicut te ipsum.* — Intentum totius Euang.

Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Mandatum diligendi proximum sicut te ipsum est secundum, & primum, debes enim proximum amare, vt Dei consequaris amicitiam. *Vt ergo amicus sis Dei, proximum diligere satage. Deus non amatur, sic proximus non diligitur.* lib. 10. sect.1.n.68.p.438. — Clauf.1.

Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio in proximum vera ostentatur, cum eum velut nos ipsos amamus. *Nam opera, quæ in illum conferimus, veram comprobant charitatem.* lib. 10. sect.1.n.52.p.436. — Clauf.2.

Proximum tuum sicut te ipsum. Eadem commoda debemus desiderare proximo, quæ nobis expetimus. Hoc enim est proximum vt te ipsum amare. *O quam ab huiusmodi præcepto abstractus, qui cuncta sibi commoda ascribit, nullum proximo.* lib.10.sect.1.n.59.p.437. — Clauf.3.

Dominic. V. post Pasch. 11.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo. Ioan. 16.

Oratio quidem omnium nostrarum ægritudinum est medicamentum. Perimus hodie cum Ecclesia panem spiritualem, ac temporarium, ad animi, & corporis refectionem. — Salut.

nem. Profectò à Maria orare didicimus, siue ipsa est os Ecclesiæ precantis. Audi Richardum Laurent. lib.2. *Debemus Mariæ sacrificium deuota orationis. Ipsa enim est os nostrum; quia assiduè pro nobis Filium interpellat. Vnde Apoc. 12. Terra, id est, Maria aperuit os suum ad Filium exorandum pro muliere, id est, fideli anima, quam serpens, id est, diabolus, & fame, & laboribus circa temporalia infestat. Et ipsa est, quæ primò legitur in nouo Testamento pro homine exorasse dicens: Vinum non habent. Ergo roganda est à nobis precaturis Mater misericordiæ: vt misericordiæ opera nobis miseris exhibeat; vt videlicet frangat panem esurientibus, & gratiam cor hominis confortantem.*

CONCIO I.

Intentum in tim Euang. *Profectò erat, & non erat ille, qui terrenis postulat commodis donari. Non erat, quia nihil petit.* lib.11. sect.1. n.21. p.450. *Vsque modo,* (ait Dominus,) *non petistis quidquam*: quia in IESV nomine non postulastis. Nihil enim petit, qui conferentia ad salutem non postulat.

Claus.1. *Si quid petieritis in nomine meo.* In nomine IESV petit, qui à terrenis cunctis abstractus, (ne distrahi possit,) studium orationi impendit. *O quam facile impetrat, qui mentem collecturus, ab omnibus visibilibus, cum orat, abstrahitur.* lib.11. sect.1 n.28. p.451.

Claus.2. *Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Christus missus à Patre ad hominum salutem, sic in mundo vixit inter peccatores, vt purissimus rediexit ad Patrem. *Concionatores, operariique Euangelici tunc inter immundos mundi persistunt, cum missi à Deo, inter peccatores commorantur.* lib 11. sect.2. n.8. p.459.

Claus.3. *Ecce nunc palam loqueris.* Asserunt Discipuli, Christum omnia scire: quia perspicuis verbis concionatur, nullis vsus parabolarum occultis sermonibus. *Etenim ille sapientior Concionator ostenditur, qui tam perspicuis vtitur verbis, vt valeant ab auditoribus penetrari.* lib.11. sect.2. n.23. p.461.

CONCIO II.

Anselmus conditionem triplicem indicit oraturis. *Confisi mea præsentia, debetis petere quid, id est, quod aliquid sit comparatione rei permanentis, id est, pertinentis ad salutem. Petite ergo Patrem.*

Discurs.1. *Confisi mea præsentia.* Haud debes oraturus à Dei præsentia abstrahi. Ideò Dominus, *Exiui à Patre & veni in mundum*, &c. Christus à Patre missus in mundum, in mundum venit, non relinquens Patrem. *Sic spiritualis vir orationi studiosus ad externa negotia procedat, vt nec ad instans à Dei præsentia separetur.* Sic rectè omnia geret. lib.11. sect.2. n.16. p.460.

Discurs.2. *Debetis petere quid, id est, quod aliquid sit comparatione rei permanentis. Si quid petieritis,* inquit, *Patrem in nomine meo.* In nomine Saluatoris non petimus qui rogamus contra rationem salutis. *Monemur, orationis materiam vnicum salutationis negotium esse debere.* lib. 11. sect. 1. n.43. p.454.

Discurs.3. *Petite ergo Patrem.* Fatur Dominus, *si quid petieritis Patrem.* Prima sit orationis nostræ efficacis conditio; vt Patrem iam filij ipsi postulemus. *Si enim ex iustitia iure filij non sumus, quonammodo orare poterimus.* lib. 11. sect. 1. n. 34. p.451.

CONCIO III.

Orationis piæ fructus vberrimos recenset Anselmus. *Nunc petite, vt gaudium vestrum sit plenum, quod est in æternis, & tunc omnia verè accipietis.*

Petite, & accipietis. Cur non dixit, *Petite, vt ego petam?* Christus respondit, *Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis; ipse enim Pater amat vos.* Quare Dominus innuit absque intercessione sua nos consecututos à Patre, quidquid petierimus? Certè vt exprimat orationis vim, quæ prece non indigeat Dominica quodammodo. si Deo ipsi vim inferre videatur. lib.11. sect.1. n.55. p.456. Discurs.1.

Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Orationem sequitur gaudij plenitudo, ex omnium munerum collatione. Cuncta enim bona precibus acquiruntur, vnde plenum sit gaudium exorantis. lib. 11. sect. 1. num. 49. p.455. Discurs.2.

Petite, & accipietis. Si tam efficax oratio nostra, vt IESV simul precatore quodammodo non indigeat: cur non semel nos petere monet: *Si quid petieritis: Petite, & accipietis.* Cur non dicit, Accipitis, sed de futuro, Accipietis? Ne desperent, si oratores, illico non acceperint quod precantur. *Sæpe enim oranti munera differuntur, vt Deus diutius precum nostrarum suauissimo concentu potiatur.* lib.11. sect.1. num.62. p.457. Discurs.3.

Feria II. III. & IV. in Litaniis Maioribus. 12.

Quis vestrum habebit amicum, &c. Luc. 11.

Litaniæ Maiores ad bonorum temporariorum abundantiam accipiendam ex terræ fructibus institutæ sunt ab Ecclesia. At *quia nulla populo Christiano nocebit aduersitas, si nulla ei dominetur iniquitas*: Deiparam precamur omnimoda à criminibus absolutione donari. Testor versus illos Litaniarum caput post Trinitatis inuocationem: *Sancta Maria, Sancta Dei Genitrix, Sancta Virgo virginum, ora pro nobis.* Ad quæ perpulchre ad argumentum Richardus Laurentin lib.2. *In Litaniis Sanctorum tribus nominibus interpellamus Mariam vt oret pro nobis; quæ sunt: Sancta Maria, Sancta Dei Genitrix, Sancta Virgo virginum, ora pro nobis. Et hoc contra tria vitia, quæ principaliter nos infestant, superbiam, auaritiam, luxuriam: è quibus omnis terra sterilitas. Maria interpretatur stella maris, quæ modica est, & lucida; & Maria modica est per humilitatem, lucida per exemplum. Ecce medicina contra superbiam. Genitrix solet esse filiis pia, & misericors. Ecce medicina contra auaritiam, quæ spoliat auaritiam, quæ Filium pro pecunia crucifixit. Virgo virginum duplicem notat munditiem carnis, ac spiritus, contra affectum, & actum luxuriæ. Et ita in his tribus appellationibus insinuatur,* Salut.

tamicumque quolibet morbo peccati maculatus fuerit quis, in Virgine Maria Dei Genitrice potest la uacrum inuenire,

CONCIO I.

Introitum ad Euang. *Munificentissimè Deus cunctis bonis cumulat peccatores.* lib. 12. sect. 1. n. 20. p. 468. Ideo inducitur homo accedens importuno tempore, postulans non panis particulam, sed tres panes. Non petit velut Chananæa micas, sed mensæ Domini postulat satietate donati. *Surget* quidem, & dabit illi *quotquot habet necessarios*, etiam si rubore affectus non ausus fuerit postulare.

Claus. 1. *Quis ex vobis habebit amicum*, &c. Amicus surgit, vt ad amicum panes petiturus accedat. *Prima orantis conditio, vt amicus Dei sit, qui precatur.* lib. 12. sect. 1. n. 12. p. 467

Claus. 2. *Et ibit ad illum media nocte.* Pergens media nocte, amicus ille, aptè ad petendum describitur. *Vt ex silentio nocturno orationis necessaria exponatur attentio.* lib. 12. sect. 1. n. 28. p. 469.

Claus. 3. *Commoda mihi tres panes.* Tres panes petit, & amico, & famulo amici, & sibi quidem, qui à cœna abstinuerat. *O quàm aptè ad orationis efficaciā se ieiunio munierat.* lib. 12. sect. 1. n. 39. p. 470

CONCIO II.

Introitum ad Euang. *Illico Deus nostras preces exaudit.* lib. 12. sect. 1. n. 48. p. 471. Surgit amicus media nocte, vt tres panes ab amico petat. *Accommoda*, inquit, *mihi tres Panes.* Porro illico *de intus* respondet. Neque enim Israëlis custos obdormit.

Claus. 1. *Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad eum media nocte.* Molestus planè importuno tempore accedens. Attamen *propter improbitatem eius surget, & dabit illi.* Licèt importunè amicus accessit, tamen propter instantiam precum, illi panes necessarij sunt traditi. *Docemur orationis ineffabilem efficaciam.* lib. 12. sect. 1. n. 68. p. 473

Claus. 2. *Petite, & dabitur vobis.* Edocet Dominus verborum aceruatione orationis efficaciam, vt impetrare valeamus. *Perseueranti enim in precibus Deus cuncta largitur. Sæpe autem non consequimur, quia non perseueramus.* lib. 12. sect. 2. num. 9. p. 476

Claus. 3. *Petite, quærite, pulsate.* Cur Dominus munificentissimus cupiens donare, quod petimus, monet nos sæpe postulare, & non illico concedit? *Profectò vt ardentius exoremus, & desideratum munus gratius nobis existat.* lib. 12. sect. 2. num. 17. p. 477

CONCIO III.

Introitum ad Euang. *Mirum in modum Deus nostris orationibus delectatur.* lib. 12. sect. 1. n. 58. p. 472. Amicus inducitur ad amicum accedens precaturus: filius ad patrem: *Quis ex vobis patrem petit.* Si igitur Deus amicus, si Pater: quare differt, necessarios panes largiri petenti? Quare cunctatur dicens, *Noli mihi molestus esse*, &c. Profectò vt perseueret orans, & Deus diutiua precum suauissima voluptate potiatur.

Claus. 1. *Pulsate, & aperietur vobis.* Non solum requiritur, vt petas orando: sed oportet pulses operatione, vt consequatis. *Efficax enim sola illa oratio quæ ab operante rectè procedit.* lib. 12. sect. 2. n. 23. p 478

Petite, quærite, pulsate. Non vsus est Dominus singulari., *Pete, quære, pulsa* sed plurali. Petite, quærite, pulsate; vt communitatis commendes orationem. *Profectò multorum oratio potentissima. Difficile quidquam, imo impossibile quodammodo perficit.* Agendum hinc de communibus Litaniarum precibus. lib. 12. sect. 2. n. 30. p. 479

Quis autem ex vobis patrem petit panem. Pater hominum Deus panem, ouum, piscem dat, siue spiritum bonum, non autem lapidem, serpentem, scorpionem, id est noxia quæque. *Edisce Deum sæpe abnegare quod petimus; quia saluti contrarium est.* lib. 12. sect. 2. n. 40. p. 480. *Claus. 3.*

HISTORIA TOBIÆ.

CONCIO I.

Tobias ex Tribu, & Ciuitate Nephtali. Tob. 1.

Tobias ex stercoribus hirundinum obcæcatus cœcos exprimit peccatores, qui Mariæ intercessione à vitiorum tenebris liberantur. *Salut.* Isaias ait, *Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt.* cap. 45. Ad quæ Richardus Laurent. lib. 2. *Per omnes istos significatur Mariæ potestas super peccatores, quos illuminat. Ægyptus tenebra, quia amor mundi excæcat. Vnde Tobias excæcatus est stercoribus hirundinum.* Ad Mariam igitur cæcitate laborans Tobias accedat procul dubio illuminandus: nosque peccatores edocturi viam cœcorum duces, ne cum ipsis mittamur in foueam, Mariæ fulgorem precibus ambiamus.

Histor. Tobias senior dum in patria vixit, & Tribu Nephtali, iuuenis quidem cum liberior ætas multa permittit, ætatem illam imperitā, & leuem sic instituit: vt nihil faceret, meditareturque, quod non oleret senile iudicium. Et cum ea regio, in qua ætatem egit primam, sic esset corrupta, vt paternæ religionis oblita, aureos vitulos adoraret: ipse tamen statutis à lege temporibus Templum Solymitanum obibat, præstabatque diligenter, quod antiqua religio à viro exigebat Hebræo. Porrò captiuus sub Rege Salmanasar vixit. Vitam inibi nactus non solum liberam, sed etiam honestam, eo tempore multorum subleuauit inopiam: & per latissimam discursans regionem, alios verbo, alios necessario vitæ subsidio solabatur. Sennacherib durius insectatus est Iudæos, & præcipuè Tobiam, quem norat, sepeliendis cadaueribus operam assiduam, piamque nauare. Illum igitur spoliauit bonis, & è vita ablegasset, nisi ipse Regium declinaret furorem & Rex foret à filiis, seu potius per filios à Deo scelerum vindice sublatus. Accumbebat Tobias in die solemni mensæ, quam suis vicinisque luculenter instruxerat: cumque eo tempore didicisset quendam ex contribulibus in foro iacere iugulatum, surrexit impransus, & tulit domum cadauer illud, vt noctu periculo cum minori conderet. Cum autem aliquando ex pio illo labore fatigatus dormiret, ex

 hirundi

hirundinum nidulo demiſſum ſtercus videndi eripuit facultatem. Quo labore tale ſuo ſæculo præbuit patientiæ documentum, quale Iob quondam antiquo ſæculo exhibuerat. Nam & alij irridebant cœco, inſultabátque libero conuitio, quaſi inanis fuerit illius in egenos benignitas, & in Deo hactenus concepta fiducia. Pro quibus verbis impiis præclara documenta, & ſalutaria monita rependebat. An mitiorem habuit vxorem? Hæc cum hædum balantem putaret eſſe furtiuum, quem illa ex opere textrino portauerat: graui in illum bacchata eſt reprehenſione.

Clauſ.1. *Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem ſuam, & conſolabatur eos.* Quanta cœleſti lætitia captiuitate preſſus potiebatur, qui alios triſtes donabat ſolatio? *Qui mundo placere nititur, triſtitia premitur, cum aduerſis agitatur: Soli Deo obſequio hereſcit lætitia.* lib. 1. ſect. 1. n. 14. p. 263.

Clauſ.2. *Cum Sennacherib iratus multos occideret ex filiis Iſrael, Tobias ſepeliebat corpora eorum.* Vndenam Diuo cum periculo tanto tanta in proximos viuos, ac mortuos munificentia? Certè ex ipſa cadauerum meditatione. *Mortis enim memoria nos efficit erga proximos ſubleuandos admodum munificos.* lib. 1. ſect. 2. n. 6. p. 269.

Clauſ.3. *Sepeliebat corpora eorum.* Sic captiuitatis diræ vincebat pericula, ſic cunctos hoſtes inuiſibiles memoriæ mortis ſtricto gladio trucidabat. *Si vndique captiuus hoſtibus agitaris: cur memoriæ mortis gladium non ſtringis?* lib. 1. ſect. 2. obſeru. 4. p. 272.

Clauſ.4. *Statim exiliens de accubitu ſuo peruenit ad corpus: tolléńſque illud, portauit ad domum ſuam occultè.* Quam aptè iuſtitiæ opus occultè gerit! Edocemur, *opera iuſtitiæ occultare, vt ſoli Deo obſequentes, à Deo, qui videt in abſcondito, muneremur.* lib. 1. ſect. 1. n. 33. p. 266.

CONCIO II.

Eadem die contigit, vt Sara filia Raguelis, &c. Tob. 3.

Salut. Virgo illa Sara Tobiæ iunioris futura vxor, ſic anxia Deum precabatur. *Nunquam cum ludentibus miſcui me; neque cum his, qui in leuitate ambulant, participem me præbui.* O verè abſcondita, Mariæ ſimulachrum! Richardus Laurent. lib. 12. Opportunè, *Maria eſt virga tenuiſſimo cortice contecta. Fuit enim quaſi cortice tecta per amorem ſolitaria vitæ, deſignata per illam virginem Saram: quæ dicit Tob. 3. Nunquam cum ludentibus miſcui me,* &c.

Hiſtor. Mœrore affectus cæcus, (veraciter videns,) ſenex, profundit orationem, in qua ſua, parentúmque ſuorum peccata profitetur; atque ideò addit, nullum ſupplicium, quod ſibi Deus, aut parentibus ſuis vnquam impoſuerit, iniuſtum videri. Orat tandem, ſibi vt liceat hac vita pacificè defungi. Porrò illa ipſa die Sara Raguelis filia exulcerata grauiter ab ancilla, quæ ipſi ſeptem virorum homicidium, obiecerat, quos prima nuptiarum nocte diabolus oppreſſit: poſt triduanum ieiunium, quod ad orationem, & lacrymas adhibuit, laudato pris de more Deo, ſua proponit merita, & à ſe illius ſeptem virorum cædis remouet culpam, fatetúrque, vexationes eiuſmodi non ab offenſo, & irato: Sed à miſericorde, & à benigno Deo ſolitas prouenire. Quibus quidem purgari vult homines, non perire. Petit autem idem penè, quod Tobias, nempè vt ab ipſa Deus improperium illud, & cædis illatæ depellat ſuſpicionem. Exaudita denique vtriuſque precatio, & per Raphaëlem Angelum liberatus vterque: hæc ab infamia, illi à cœcitate, ac paupertatis anguſtiis. Ratus ergo Tobias ſenior, ſibi iam extremum diem imminere, aduocat filium Tobiam, eique documenta tradit ſalutaria tanto digna parente. Primum, inquit, commendo, vt corpus meum exanime ſepelias, matrem honores, mecúmque cum deceſſerit eodem concludas, in tumulo. Deinde moneo, ne Deum vnquam tua è memoria patiaris excidere: néve vllo tempore ad animum tuum peccatum admittas. Commendo maiorem in modum miſericordiæ virtutem, cuius fructus mirificos exponi, quis dubitet? Hortor, vt vxore tua contentus, nullius te concubitu audeas contaminare. Neque ſpiritus alas inſulentes. Nec operarij laborem permittas à mercede vacuum abire. Tandem ne quid audeas, quod tibi ab aliis fieri deteſtes. Panem tuum eſurientibus impertire. In rebus dubiis conſilium à ſapientibus pete, Deum vbique lauda, & illum in rebus gerendis habe authorem, ſequere ducem, & tanquam finem vltimum vbique reſpicias. Profectò ne quid aut orbato à parentis prouidentia filio, aut vxori viduæ deeſſet, ad toleranda orbitatis, ac viduitatis incommoda, ſubſidium: ſenex indicat, Gabelo cognato datam eſſe mutuo magnam argenti ſummam, iubétque, vt illam pro ſuo, matríſque alimento recuperare ſatagat. Tandem monet iterum, vt Deum timeat, & ab eo magnam rerum omnium abundantiam expectet. Promittit filius, facturum ſe, quod fuerat à parente præceptum. Verum in repetenda à Gabelo pecunia, illud, inquit, inuenio expeditum minus, quod neque viam noui, neque modus mihi ſubit vllus, quo illam à debitore recuperem. Reſpondet ſenex, Quod ad pecuniam pertinet, cautum tibi eſt, accepto chirographo, ne poſſit Gabelus illam eierare. Neque laborandum de via, cum conduci mercede aliquis poſſit, qui ignorantem ſine errore deducat. Aliquem igitur aſſume de foro, quem ſequaris, & viæ ducem, & quem habeas in hac peregrinatione ſolatium. At forum iuueni pergenti occurrit Angelus eo habitu, vt ſtrenuus adoleſcens videretur, & accinctus ad curſum; qui dixit, viam illam ſibi eſſe exploratam, & cognitum Gabelum, & genus ſuum ab Iſraële deriuatum. Deducitur ad Tobiam parentem, qui bene ſibi omnia de adoleſcente ominatus, pactus mercedem, filium ſuum, témque totam maiorem in modum commendat. Qui cum omnia prolixè ſeniori ſponderet, & benè iuberet de profectione ſperare, mandatóque negotio: in viam ſe dat cum iuniore Tobia à parentibus viatico ſufficienter inſtructo. Dolet mater, & luget abeuntis filij deſiderio; quam conſolatur pater, ſpe de reditu fortunato concepta.

Clauſ.1. *Nunquam cum Iudentibus miſcui me*, &c. Sanctiſſima virgo Sara nunquam non in occulto morabatur. Portò *agnatum eſt virtutibus, occultari.* lib. 2. ſect. 1. numero 49. p.288.

Clauſ.2. *Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum, & caue, ne aliquando peccato conſentias.* Sanctus parens curat filium Sanctis imbui conſiliis. *Illorum ſubtaxans ſtultitiam Magiſtrorum, parentum, Præſulum: qui curantes, alios ad ſalutem adducere, ipſi malè operantes, adducuntur damnationi.* lib.2.ſect.1.n.22 p.284.

Clauſ.3. *Ne aliquando peccato conſentias.* Turpe Hebræo, turpius planè *Chriſticolæ Dei filio, iterum ſe, admiſſo piaculo, terrenum, diabolique filium profiteri.*

Clau, 4. *Cum acceperit Deus animam meam*, &c. Omnia documenta ſenis ad mandatorum Dei obſeruationem diriguntur, nullum ex marte proprio monitum ingerit ex ſenioris licentia. *Taxentur Præſules, qui præcepta, aut leges propriis aggrauant dictaminibus, ſubditorum planè exitiali moleſtia.* lib.2.ſect.1.n.30.p.285.

CONCIO III.

Profectus eſt autem Tobias, & canis ſecutus eſt eum. Tob.6.

Salut. Iuxta fluuium Tigris commnrante Tobia, & abluente pedes à piſce inuaditur, & liber exſurgit. Profectò fideles horribili liberantur à piſce. An Raphaelis monito? Certè ipſius fluuij Tigris patrocinio. An non Maria Tigris? Richardus Laurent. lib. 9. Maria eſt Tigris. Nam ſi Tigris nutrit piſces hominem deuorantes: ſicut legitur Tob. 6. *Maria obruit deuoratores hominum. Item Tigris cum magno impetu fluit in mare mortuum, & benè ſignat Mariam, quæ quotidie infundit gratiam peccatoribus deſperatis, qui prius erant mare per amaritudinem vitiorum, & mortui in peccatis.*

Hiſtor. Proficiſcitur ergo Tobias, Azaria ſocio, cane ſequente, & iuxta fluuium Tigrim commoratur. Portò ingreſſum iuuenem Tigrim lauandi gratia fluuiale quoddam monſtrum aggreditur, quem Raphaëlis monito apprehenſum branchiis adoleſcens, occidit, & exenterat: cuius carnes pro via durat, & condit ſale, fel tamen, & viſcera ad alios vſus meliores reſeruat. At cum ventum eſſet ad Rages Medorum vbi tunc Raguel habitabat, (nam alia erat eiuſdem nominis ciuitas, vbi ſuum Gabelus domicilium habebat,) ſuum Angelus admonuit alumnum, vt ad cognatum ſibi Raguelem diuerteret: addens vnicam illi eſſe filiam, eámque ipſi, & totam Raguelis deberi ſubſtantiam. Cúmque hortaretur iuuenem, vt ſibi illam peteret à parente, obſtupuit ille gnarus ſeptem viros, quibus ante fuiſſet à parente deſponſata, à dæmone fuiſſe ſuffocatos. Quem ab eo metu Angelus iubet eſſe ſecurum. Nam in eos docet habere poteſtatem, qui quaſi equus, & mulus nil aliud in Matrimonio quærunt, niſi vt libidinem expleant. Quod periculum vt effugiat, oſtendit, quid facere debeat, antè quam operæ vacet coniugali: quod totum ad Matrimonij honeſtatem, & finem ſpectat. Ingreditur itaque cum Angelo Tobias Raguelis domum: quem cum primum ex facie, deinde ex Angeli relatione Tobiæ ſenioris filium eſſe cognoſceset, gauiſus eſt cum tota familia vehementer. Cui liberale præbet hoſpitium, & conuiuium iubet apparari. Prius tamen quam accumberet menſæ ab Angelo Tobias inſtructus, Saram Raguelis filiam ſibi vxorem à parente poſtulat deſpondesi. Hæret primum pater, de ſucceſſu inopinati coniugij metuens: quem Angelus de re tota benè ſperare iubet, & huic timenti Deum vxorem hanc affirmat deberi. Annuit denique pater, & Nuptiis de more contractis poſt hoſpitales epulas, noui coniuges in connubiale thalamum inducuntur.

Clauſ.1. *Domine, inuadit me.* Famulum mercede conductum Dominum Tobias appellat? An non potius à ſocio famulante Dominus ipſe deberet vocitari? *Agnata quidem nobilitatis ſublimitate humilis ſubmiſſio.* lib. 3. ſect. 2. numero 32. p.311.

Clauſ.2. *Domine, inuadit me.* Verè Dominus erat Raphaël cœlicola potentiſſimus, qui tamen homini ſeruiebat. *Primorum enim proprium eſt, ſeruire eis, qui ipſorum ditioni adducuntur.* lib. 3. ſect 2.n.41.p.312.

Clauſ.3. *Aſſauit carnes eius, & ſecum tulerunt in via.* Quam appoſitè cibis ieiunij vtitur, qui ſeſe ad Aſmodæi certamina præparabat! *Certè qui ad pugnam ſpiritualem eſt arripiendus, de ingenio humanitatis: debet ſeſe ieiunij armamento munire.* lib.1.ſect.1.n.42.p.267.

Clauſ.4. *Audio, quia tradita eſt ſeptem viris & mortui ſunt. Timeo ergo, ne fortè & mihi hæc eueniant.* At monente Angelo, ſapiens adoleſcens illico ſententiam mutare decernit. *Eſt enim eorum, qui non ſciunt, tenaciter ſuis votis hereſcere.* lib.3. ſect.2.n.61. p.315. *At ſapientis eſt mutare conſilium.* Inibi n.65.p.316.

CONCIO IV.

Recordatus itaque Tobias ſermonem Angeli. Tob.8.

Salut. Piſcis incenſo iecore dæmon iuuenem occiſurus aufugit. O Maria! Protectione tua diabolus nocere non poteſt. Certè Tigris fluuius Deiparens piſcem Chriſtum progignit, cuius præcordia pietatis plena dæmones immittunt in fugam. Bellè Richardus Laurent. lib. 9. *Tigris interpretatur velox, vel ſagitta, & vadit contra Aſſyrios: & beata Virgo quaſi ſagitta Domini exemplo ſuæ humilitatis & caſtitatis deſtruit diabolum. Tigris nutrit piſces hominem deuorantes, & ſimul dæmonem effugantes: Maria autem nutrit Chriſtum, qui ad fugandos dæmones, ac liberandos homines deſcendit in mundum.*

Hiſtor. Obſecutus Tobias Raphaëlis monitis, accenſo, atque fumante piſcis iecore, Aſmodæum exterminat, à quo ſeptem alij Saræ ſponſi fuerant interfecti: quem procul ab ea ciuitate in Ægyptia ſolitudine Raphaël religauit. Deinde cum longam vterque coniux orationem produxiſſet, ſub galli cantum Raguël iubet foſſam in qua cadauer Tobiæ conderet, aperiri, ſi quid nouo coniugi aduerſum accideret. Sed, vbi per exploratricem ancillam omnia ſalua dignouit, actis eam ob rem Deo gratiis, foſſam

ante lucem opplet, & ad luculentum, & nuptiale conuiuium amicos conuocat, & notos. Quo peracto, dimidium bonorum partem nouis tribuit coniugibus: & quod erat reliquum, tabellis spondet, scriptis, ac legitimè obsignatis. Dum hæc in Rages Medorum à Tobia iuniore geruntur, solliciti parentes afflictabantur in Niniue, veriti, ne quid filio accidisset aduersi. Præcipuè mater, quæ cum prius lacrymis abeuntem filium fuisset prosecuta: nunc illo supra constitutum diem commorante, sic afficiebatur ægrè, vt dolor nulla posset consolatione leuari, qui intimos sensus excruciabat. Vrgebat interea iunior Tobias in patriam reditum; cui videlicet dolori erat parentum sollicitudo, & dolor. Quem cum reti- nere vellet apud se socer aliquando, iisque variis tentasset modis, non tamen ab ingenuo adolescente potuit obtinere. Quare cum nouos coniuges multis onerasset bonis, docuissetque filiam, quid modestam nurum, quid honestam vxorem, quid prouidam matrem familias deceret: precatus abeuntibus felicem reditum, illos cum bona gratia permisit excedere.

Claus. 1. *Orabant ambo simul, vt sanitas daretur eis.* Sponsæ dixerat, *Sara, exurge, & deprecemur Dominum hodie, & cras.* Orationis huiusce materia, solummodo à dæmone liberatio. *Orat profectò, & non orat, qui terrenis postulat commodis donari.* lib. 11. sect. 1. num. 21. p.450.

Claus. 2. *Deprecemur Dominum hodie, & cras.* Cunctis bonis donati surrexerunt. *Cuncta enim bona precibus acquiruntur, vnde plerum fit gaudium exorantis.* lib. 11. sect. 1. n. 49. p. 455.

Claus. 3. *Filij sanctorum sumus, & non possumus ita coniungi, sicut gentes, quæ ignorant Deum.* Quam apta ad orationem dispositio Dei timor! *Si ex iustitia vere filij sanctorum*, id est, *Dei non sumus, Deúmque scire ostentemus actionibus: quonammodo orare poterimus?* lib. 11. sect. 1. n. 34. p. 452.

Claus. 4. *Et benedixerunt Dominum, Raguel videlicet, & Anna vxor eius, & dixerunt: Benedicimus te, Domine Deus Israel, quia non contigit, quemadmodum putabamus.* Post tam ingens munus acceptum exigitur à Sanctis vberrima actio gratiarum. *Nam qui accipit maiora munera, debet vberiorem, perfectionis studiosus, gratitudinem exhibere.* lib. 5. sect. 1. n. 14. p. 342.

CONCIO V.

Cúmque reuerterentur, peruenerunt ad Charan. Tob. 11.

Solut. Tobiæ senioris oculi felle piscis inuncti illuminantur. Omnium peccatorum cæcitas Maria ministrante ablegata est. Quid Tobias nisi *Medicina Dei.* Maria Dei medicina felle piscis, IESV scilicet ope cæcos lumine donat. Opportunè Richardus Laurent. lib. 1. *Maria est illuminatrix nostra, quæ collyrio inungens oculos cæci illuminat. Raphaël hoc collyrium inuenit, ipse enim interpretatur medicina Dei, hoc confecit ex felle piscis assi, quo illuminatus est Tobias. Piscis assus Christus passus, qui in veru Crucis assatus passus est felle. & potatus aceto. Per cuius amaritudines, si cum amaritudine recolantur, illuminat medicina Dei Maria oculos spirituales.*

Histor. Priusquam reditus pararetur, adiuratus à socero Tobias, recusare non potuit, quin aliquot dies apud illum poneret. Quare ne quid præterea temporis in pecunia à Gabelo repetenda consumeret, rogat Raphaëlem, vt rebus ad profectionem necessariis instructus, illam sibi curam, ac laborem assumat. Perfecit omnia diligenter Angelus, & insuper Gabelum ad Nuptias secum honestandas adduxit. Qui lætus ad Tobiæ conspectum, & illum de more osculatus amanter, & secunda prosperè in posterum omnia precatus, obiit cum aliis quod paratum erat geniale conuiuium. Igitur postquam recesserunt à Raguele Tobias & Sara; nimis lentus videbatur Angelo reuertentium gradus, qui norat, quam relicti parentes filij desiderio languerent. Quare monet, vt duo, qui simul è Niniue discesserant, celeri gradu reliquam turbam, & impedimenta præcedant: & alij omnes sedato subsequantur ingressu. Admonet præterea, vt secum afferat fel piscis, quod eo vsque seruauerat. Ascendebat quotidie sollicita mater præcelsa loca, vnde posset circumiecta spatia speculari; quæ cum redeuntē filium agnouisset, gaudio properauit exiliens, vt Tobiæ nunciaret; quod illa cognouit plenius, eum canem viæ comitem blandientem cauda didicit aduenisse. Occurrit licet cæcus aduentanti filio senex, quem osculo excepit. Nec moratus filius iuxta id, quod in mandatis habebat ab Angelo, oratione præmissa, felle piscis paternos inungit oculos, & videndi restituit facultatem. Quod consecuta est actio gratiarum, ingens gratulatio amicorum, omnium lætitia: quam auxit septimo post die adueniens Sara cum multis opibus, copiosáque familia.

Obsecro te, vt vadas ad Gabelum, reddásque ei chirographum suum, & recipias ab eo pecuniam. Claus. 1. Cur Tobias ipse ad pecuniæ recuperationem non accurrit? Despector diuitiarum qui Sanctorum filius Deo soli præstabat obsequium. *Quia amans diuitias, Deum consequenter contemnit, cuiúsque præcepta transgreditur.* lib. 6. sect. 1. n. 25. p. 359.

Tobia frater scis quemadmodum reliquisti patrem tuum. Claus. 2. Reliquit certè, & non reliquit, quem nec nuptiarum gaudia potuere abducere, ne à socero rogante, vt remaneret, diuelleretur. *Exprimit missos Euangelij ministros, qui quidem sic ad proximos debent proficisci, vt nec ad instans à Patris Dei separentur præsentia.* lib. 11. sect. 2. n. 16. p. 460.

Cúmque adorassent Deum, & gratias egissent consederunt. Claus. 3. Priusquam filius patris oculos fellis collyrio inungeret, orauit, fœlicissimo quidem euentu. *Munificentissimè enim Deus cunctis bonis cumulat peccatores.* lib. 12. sect. 1. num. 20. p. 468.

Et sustinuit quasi dimidiam horam: & cœpit albugo ex oculis eius quasi membrana oui egredi. Claus. 4. Cur munificentissimus Dominus non illico cœci oculos aperuit, deditque seni incunctanter videndi facultatem? *Vt ardentius interim dimidia illa hora exoraret Tobias iunior, & desideratum munus gratius ei existeret.* lib. 12. sect. 3. num. 17 p. 477.

CONCIO VI.

Tunc vocauit ad se Tobias filium suum. Tob. 12.

Salut. Raphaël profatur, *Sacramentum Regis abscondere bonum est.* Occultauit Angelus vsque ad opportunam ad Dei gloriam reserationem. An non Maria Raphaël secretorum Regalium custos? *Mater eius conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo.* Luc. 2. Richardus Laurent. lib. 4. *Hoc est*, in arca memoriæ reponebat. Quia sicut dicitur Tob. 12. Sacramentum Regis abscondere bonum est. Omnia ergo, quæ de Domino, vel à Domino dicta, *vel facta cognouit, sine qua intellexit, sine qua non dum intelligere potuit, omnia memoria commendauit: vt cum tempus prædicanda, vel scribenda incarnationis eius adueniret, sufficienter omnia, prout essent gesta, posset explicare quærentibus.* O Raphaëlem vincens Deipara!

Histor. Commemoratis ergo beneficiis maximis, & plurimis, quæ accepisset ab Angelo, quem virum putabat Azariam: rogat à patente iuuior Tobias, vt dimidium offerat illorum bonorum, quæ secum attulisset. Sed Angelus satis sibi mercedis esse significat, si gratias agant Deo, eique benedicant; à quo quidquid bonorum accepere, profectum est. Deinde laudat orationem, misericordiam, ieiunium, & illa virtutum omnium opera, quibus se Tobias impensè tradidit. Quæ ipse offerebat in conspectum Dei, à quo missus est; vt illa perficeret, quæ tunc admirabantur. Deinde Angelum se esse dicit, & ea voce perterritos confirmat, & erigit: monetque, vt Deum benedicant, illiusque admiranda facinora perpetuò prædicent. Quod illi confestim, vt imperatum fuerat, præstiterunt. Orationem habet Tobias, quæ diuinas continet laudes, quod se in perpetuum facturum esse promittit, idque vt alij faciant vehementer hortatur. Profert deinde senex de Ierusalem tanquam in typo, & de Ecclesia præcipuè illustre vaticinium: vbi multa, eaque gloriosa de Ierosolyma restituta prædicuntur, quæ ad duodecim Tribus se extendunt, quarum decem iam tunc erant variè dispersæ, duas verò non dissimilis manebat exitus: Tobias igitur post visus recuperationem vixit annis quadraginta duobus, & filios nepotum suorum aspectauit Iam moriturus accersit filios, atque nepotes, quibus prædicit imminente iam Niniue interitum, quem ciuium clamor, & impietas vehementer vrgebat. Quare monet, vt cum primum mater excessisset è viuis, illamque eodem secum tumulo condidissent, aliò euolarent. Cumque iterum de captiuarum Tribuum reditu, & gloria prophetasset, iterum ad virtutem, laborante iam, ac deficiente spiritu, exhortatus est; quo cum vitam egit pacatam, & lætam, quam fæliciorem reddit religiosa posteritas; quæ Deo, hominibusque probata ad longa vsque secula in religione, morumque sanctitate permansit. Completis itaque annis centum duobus senex honorificè est sepultus in Niniue. At post matris suæ obitum Tobias iunior cum Sara & filiis, & nepotibus abscessit ex Niniue, ad socerosque remigrauit. Eos in senectute bona inuenit incolumes, curam eorum gessit, eorum clausit oculos, omnique Raguelis hæreditate ipse potitus, quintam generationem filiorum aspectauit. Completis denique annis nona ginta nouem in timore Domini, cum gaudio decubuit in tumulo.

Seruite Domino in veritate. Non serniatis (ait senex) Domino sicut hypocritæ assolent verbo tenus. Curat Tobias filios, nepotesque suos ab hypocrisis peste liberari, *Quia hypocrita mendax, nequior diabolo, plenus Satana; qui autem ab hypocrisi liber est, quasi omnium virtutum gloria fulget, velut omni liber iniquitate.* lib. 1. sect. 5. n. 7. p. 263. Claus. 4.

Prope erit interitus Niniue. Ipsa quidem piaculis inclamante, propriæ auctore ruinæ. *Peccator enim hic auctor est temporarij, ac æterni supplicij, quo torquendus est in gehenna.* Vnde Niniue superbia laborans æterna deiectione, ac subuersione deprimetur. lib. 10. sect. 2. n. 19. p. 442. Claus. 5.

Regem sæculorum exaltate in operibus vestris. Multus est senex in commendanda filiis, ac nepotibus toto ex corde Dei dilectione. *Nam vbi Dei verus amor est, nec particula affectus creatura relinquitur.* lib. 10 sect. 1. n. 20. p. 432. Claus. 5.

Aspicite ergo quæ fecit nobiscum. Vt filios ad omnimodam Dei dilectionem adducat, memorat Deum totum quasi acciuctum ad beneficia eis conferenda sese ostentauisse. *Ergo qui nos vehementer diligit, vti operibus ipsis manifestat, vult nos in ipsum omnimodo affectu succendi.* lib. 10. sect. 1. n. 45. p. 435. Claus. 6.



INDEX RERVM,

Quæ in tertio, & quarto volumine Euangeliorum Temporis continentur.

A

Ablutio.

Ablutio pedum, & Sermo IESV.



CRENA Dominus, se Dei vnigenitum, ad Ablutionem pedum Discipulorum prouoluitur: Agnata enim nobilitatis sublimitati Humilitas. n.32. p.312

Sciens Dominus, se omnibus hominibus esse præpositum, cœpit subditis ministrare; Præsulum enim proprium est seruire eis, qui eorum ditioni addicuntur. n.41.p.312

Omnia in manus dedit ei Pater, vt largiter impenderet; largitati enim IESV vix omnia sufficiunt. Sic enim donat hodie hominibus, vt omnia elargiendo semel, sæpesæpius donandi omnia obæratus esse videatur. Vbi de Eucharistia quasi ex Dei dantis debito exigenda. n.49.313

Cum Dominus sese ad opus abiectum præparat, aptè surgere dicitur; Quia humilitatis demissio prorsus est eleuatio. n.55.p.314

Nesciebat Petrus, & ideò tenaciter primæ hærebat sententiæ. Est enim eorum, qui non sciunt, tenaciter suis votis hærescere. n.61. p.315.

Edoctus à Petro Christus prudentissimè, ac sapientissimè sententiam mutat, à primi propositi tenacitate cadit, se dilui permittens. Sapientis enim est, mutare consilium. n.64. p.316.

Qui mundus est totus eur adhuc indiget abluere pedes: Quia ad digniorem Eucharistiæ sumptionem, magna puritas præmittenda est. n.72.p.317

Breuem Dominus de ablutione pedum verbis expressit sermonem, quia ipso lotionis opere vberius prædicauerat. Efficacius enim actiones prædicant quàm verba. num.77. p.318

Abnegare.

Deus sæpe abnegat, quod petimus; quia saluti contrarium est. n.40.p.480

Absconditum.

Ad bonorum operum expressionem adeò debes Abscondita inire, vt vel teipsum lux fugiat dexteræ operatio. Qui enim rectè agens absconditur, seipsum fugiens aspectatorem: augustius illustratur. numer.25. p.387

Absentia.

Non iræ, sed amoris documentum est, Deum nonnunquam simulare recessum, animumque iustum absentia distorquere. numer. 14. p.25

Taxantur præsules, qui eunis assident àdiœcesi absentes: quique nunquam vel rarò oues euiant inuisere. n.38.p.424

Præsulum salutarem præsentiam commendo, absentiam exitialem taxo. n.18.p.191

Abstractio.

Abstractio à tumultu decet eum, qui experit Spiritus sancti vocem exaudire. num.53. p.327

Qui Deum amat, necessariò abstrahi deberà cuiusuis creaturæ, filij, vxoris, &c. dilectione. Neque enim in vna sede morantur dilectio Dei, & creaturæ. numero 10.pag. 357

In nomine IESV petit, qui à terrenis cunctis abstractus, ne distrahi possit, studium orationi impendit. O quàm facilè impetrat, qui mentem collecturus, ab omnibus visibilibus, cùm orat, Abstrahitur? numero 28. p.451

Abundantia

Omnibus abundat, qui soli impletioni voluntatis Dei studium impendit. numer.58.pag. 71.

Accessorium.

Accessorium nobis sit oportet, quidquid ad animæ profectum non dirigitur; præcipuum sit studium, spiritualia acquirere. n.45 p.369

Actio.

Efficacius actiones prædicant quàm verba.n.77. p.318

Adulatio.

Qui adulatur, magis persecutor, quàm laudator ostenditur. Ideo Domino adulationis vitium maximè inuisum. numer.10.pag. 15

Cuncti eurant Principum auribus, profusa adulatione assentari. n.35.p.160

De adulatoribus omnium sesé, instar dæmonis, gustui aptantibus. n.18.p.209

Adulterium.

Adulterium graue admodum piaculum, ad iracundiam prouocans Conditorem. n.109. p 60

Affectus.

Deus qui nos vehementer diligit, vult fideles flagrantissimo affectu succendi.num.45. p.435

Amans,

Amans, Amor,

Non potest se verè probare amantem, qui non patitur. n.39.p.50

Quidquid amantibus aspectatur oculis, optimum planè exponitur. Porrò in diuina dilectione, meritò. n.51.p.94

Ille verè Dominus ostentatur: qui subditis amoris exponit documenta. n.23.p.112.

Verus amor non verbis, sed operibus comprobatur. n.32.p.303

Mitis effectibus Dei filius suum ineffabilem amorem declarauit; Vbi describo amantis veri conditiones. Cupit affici opprobriis exinaniti, seruire, pati solus, in amati commodum. n.53.p.306

Non sine sumptu verus amor ostenditur. n.33. p.423

Vbi Dei verus amor est, nec particula affectus creaturæ relinquitur. n.20.p.432

Amicitia.

Ea sola amicitia verax, affectuosa, & operatrix est, quam Christi charitas conciliat. Quàm pauci propter Iesum solum amant. num.28. p.406

Amicus.

Prima Orationis conditio, vt amicus Dei sit, qui precatur. n.12.p.467

Anima.

Peccatores de anima viliter sentientes, cum ea sic se gerunt, ac si corporis commoda tractarent. n.59.p.363

Accessorium nobis sit oportet, quidquid ad Animæ profectum non dirigitur; præcipuum sit studium, spiritualia acquirere. num.45. p.369

Quonammodo animam pro ouibus dabit, qui substantiam recusat exhibere. num. 51. p.414

Auaritia, Auarus.

Nil sic compungit auaros, quam pecuniæ eis lucra prohiberi. n.14.p.111

Importabilis auaritia Tyrannus. n.34.p.360

Tam indecens fideli lucrorum captandorum affectatum studium, (auaritiæ planè filius,) vt nec volucrit Dominus nominare. n.14. p.366

Aula.

Ad seductionem (si possibilis esset) IESV, nil aula accommodatius. n.10.p.208

B

Bellum.

PAx non stabilitur, nisi post bellorum incommoda, post vulnerum pericula. num.54. p.196

Peccatum verum animi bellum, omnium incommodorum est colligatio. numero 14. pag.200.

Beneficium.

Magister cœlestis edocet, speciali studio propinquis benefacere. n.57.p.28.

Nobilitate conspicui longè debent superare laudatores, benefactoresque suos in laudum, ac beneficiorum retributione. n. 18. p.16

Edocet Dominus minima obsequia, beneficiis maximis esse rependenda, in commendationem gratitudinis. n.9.p.232

Bona.

Bona mundi, & secularis voluptas sitim adaugent. n.19.p.61

Qui ex fonte cœlestium bonorum potatur, nunquam sitit; quia verè impletur. n.25. p.61

Bonorum cœlestium stilla quælibet fontis offert satietatem. ibid.

Habens IESVM omnia possidet bona, & sine IESV misera laborat inopia. num.48. p.132

Pax est Bonorum omnium epilogus. num.22. p.352

C

Calumniator.

Nunquam, vel apud domesticos, calumniatores, aut murmuratores Regi, Domino, aut parenti defuere. Imò Deum calumnia andet vulnerare. n.15.p.128

Quàm proprium inuidi, ac Calumniatoris, ad præclara quæquo proximi oculos claudere, ad defectus vel minimos aperire. n.29. p.141

Castitas.

Monentur viri castitatis amatores, cum fœminis fugere solitudinem. n.54 p.68

Casus.

Nullus adeò instus, ac perfectus securus à casu, nullus tutus omnino locus homini fragili, mutabili. n.54.p.115

Centurio.

Viri nobilitatem exprimit Euangelista, dum vocat Centurionem? aptius illam explicat Dominus, dum fidelem appellat. num.19. p.225

Abundans Centurio militibus se putat sine vllo famulo existere, dilecto vno dum priuatur. n.27.p.226

Puerum suum Centurio iacere proclamat, compassionis affectu se ægrotare manifestans. n.33.p.227

Si teste Luca, seniores, ac amicos rogatores immisit, quodammodo Matthæus, asserit, ipsum accessisse, ac rogasse. num.40. p.228

Priusquam Centurio rogaret pro puero à calamitate liberando, amicos immisit prius rogaturos. n.45.p.229

Exprimit Centurio, se indignum ad Christum recipiendum, quia in domo eius forsan erant idola. n.51.p.230

CHANANÆA I.

Chananææ precantis instantia.

De terra Genesar Christus secedit, fugiens murmuratores. n.19.p.242

Chananæa Christum requirens à pristinæ finibus vitæ debebat progredi. numero 25. p.243

Mirum planè, Chananæam inter peccatores degentem tanta fide nitescere. num.30. p.244

Si filiam miserabilem exponebat Chananæa, cur sibi misereri, à Domino precabatur? n.37.p.245

Pro

Pro filia à dæmone vexata meritò Chananæa mater graui dolore afficitur. n.45.p.246
Cur Pater puellæ vexatæ à dæmone non venit sed mater. n.51.p.247
Malè,id est,dirè admodum Chananææ filia vexabatur à diabolo. n.58.p.248
Noo semel rogatus à Chananæa Dominus, vt sanitatem ægrotanti puellæ impertiretur, nihil respondit. n.65.p.249

CHANANÆA II.

Chananææ fidei commendatio.

Distulit Dominus Chananæam donare valetudine filiæ, vt illa preces multiplicaret. n.9.p.251
Instat Chananæa, & vim quodammodo infert largitori. n.15.p.252
Ratione validissima obiecta Chananæa impetrat filiæ sanitatem. n.20.p.252
Datur Chananææ catellæ filiorum panis, quia sese catellam esse professa est. numero 25. p.253

Charitas.

Quò quis Deo in Eucharistia propinquior est, eò consequenter distinius agnoscit, certuandam fraternæ Charitatis vnionem. num.17. p.351
Ea sola amicitia verax, affectuosa, & operatrix est, quam Christi Charitas conciliat. Quàm pauci propter Iesum solum amant. num.28. p.406
Dilectio in proximum vera ostentatur, cùm eum velut nos ipsos amamus. Nam opera, quæ in illum conferimus, veram comprobant charitatem. n.51.p.436

Christus.

Christus se non Solem asseruit, sed lucem omnium fontem fulgoris; vt ostendat, Dei famulos, speciatim Ministros Euangelij, subiectos non esse Stellarum influxui, sed Dei solius subiacere ditioni. num. 45. p.124

CHRISTVS

Mundi Lux.

Dum Christus se mundi lucem esse affirmat; nos à peccatorum tenebris liberandos asserit. n.9.p.120
Christus verax sapientiæ lux. n.16.p.121
Necessarium est, sequentem Christum lucem, in peccati tenebris non ambulare. num.22. p.121
Magisterium Iesu appositè almæ luci comparatur. n.27.p.122
Non Palæstinæ, Iudææ, Galilææ solum, sed totius mundi lucem se existere Dominus affirmauit. n.35.p.123
Christus se non Solem asseruit, sed omnium fontem fulgoris. n.43.p.124
Deus lux vera non obscurat creata luminaria, quæ quidem, præsente Domino, lumen habent. n.49.p.125
Pro vno homine, si oporteret, rursum Dominus totum profunderet cruorem, omne redemptionis pretium impenderet. num.26. p.201
Peccator obduratus, licet, qui Christo accedit, citò desinit esse peccator. n.38 p.203
De terra Genesar Christus secedit, fugiens murmuratores; Cœtus enim detrahentium nunquam non à se ablegat Saluatorem.n.19. p.242
An etiam brutis animantibus salutare Christi natalitium appareat? Certè quodammodo prodest & brutis, quia dum Christus natus hominum aufert delicta: id tollit, per quod etiam eunctæ creaturæ fuere flagellatæ.n.56. p.338

Christicola.

Turpe Christicolæ Dei filio iterum se, admisso piaculo, terrenum profiteri. num.35. p.294
A Christicolis perfectio vitæ maior exigitur, quia augustioribus sunt donati beneficiis; Nam qui accepit maiora munera,debet vberiorem perfectionis studiosus, gratitudinem exhibere. n.14 p.542

Cinis.

Cinerum memor & se ab iniquitate expedit, & virtuti præstat obsequium. numero 30. p.272
Vide Mors.

Cœlum.

Illi procul dubio Regnum cœlorum consequuntur, qui vim facere Deo norunt. n.15. p.252

Cognatus.

Edocentur spirituales viri,à cognatis recedere, si perfectionis viam velint inoffenso pede percurrere. n.43.p.29

Collocutio.

Quàm prouidè lex curauit viros à periculosissima animi peste ex fœminarum collocutione liberare: qui non est Deus, liber non est vulnere. n.21.p.26

Colloquium.

Colloquia Iesu. toto volumine tertio. Nimirum:
Colloquium cum Discipulis Ioannis.lib primo per tot.
Colloquium cum Doctoribus Ierosolymæ. lib 2.per tot.
Colloquia cum peccatricibus liber 3. per tot.
Colloquium cum Iudæis apud Templum, flagellatis Mercatoribus.lib.4.per tot.
Colloquium cum Pharisæis apud Gazophylacium.lib.5.per tot.
Colloquium cum Iudæis festo mediante. lib.6. per tot.
Colloquium cum Philippo & turba. lib. 7. per tot.
Colloquium cum Discipulis de triumpho Ierosolymitano. lib.8.per tot.
Colloquium cum Discipulis post Resurrectionem.lib.9.per tot.
Colloquium cum Pharisæis, capere eum in sermone procurantibus lib.10.per tot.
Colloquium cum Centurione.lib.11.per tot.
Colloquium cum Chananæa. lib. 12. per tot.

Commodum.

Eadem Commoda debemus desiderare proximo, quæ nobis expetimus; Hoc enim est, proximum vt teipsum amare. Quam ab huiusmodi præcepto abstractus,qui cuncta sibi commoda

commoda adscribit, nullum proximo n.59. p.437.

Orat, & non orat, qui terrenis postulat Commodis donari. Non orat: quia nihil petit. n.21.p.450

Communio.

Alliciantur ad frequentem Communionem, qui luxuriei flamma absumuntur. n.41.p.82

Quanta sit puritate præmissa, Dominicum corpus recipiendum. n.51.p.230

Communitas.

Qui à Communitate abstrahitur singularitati studens, communi salutari bono priuatur. n.20.p.200

Concionator.

Obiurgatio Concionatoris, quò generalior, eò mitior est. n.49.p.151

Reges, Proceres, Equites, pauperes egregio Concionatori æqualiter obiiciuntur: non vt tales personæ, sed vt peccatores. num.37. p.212

De aliquo mundiali commodo, diuitiis, honore non curat, qui veritatem possidet; Veritas enim omnem thesaurum, cunctas diuitias superat excellentia; qui verax est, diues est, Vbi de præconibus veritatis. n.44.p.213

Exprimitur illorum stultitia Concionatorum, Magistrorum, ac Præsulum; qui curantes alios ad salutem adducere, ipsi addicuntur damnationi. n.22.p.284

Ille eximius præco, qui sine respectu ad mundiales dependentias, suggestum, nudæ veritatis assertor, ascendit. n.46.p.326

Omnes debent Concionatorum officio fungi, quod audiunt hi referant aliis: alij audientes, aliis adhuc satagant proferre sermonem. n.18. p.332

Concionatores, operariique Euangelici tunc inter immundos mundi persistunt, cùm missi à Deo cum peccatoribus commorantur. n.8. p.459

Monentur Operarij Euangelij, sic ad proximos proficisci missos, vt nec ad instans à Domini separentur præsentia, sic rectè omnia gerent, n.16.p.460

Ille sapientior Concionator ostenditur, qui tam perspicuis vtitur verbis, vt valeant ab auditoribus penetrari. n.23.p.461

Concordia.

Ille Princeps dignus plausu qui subditos scit Concordia, ac pacis vinculo colligare. n.26. p.184.

Omnia, quæ à Deo precanda sunt, asserit Dominus, consensionis, & vnitatis merito esse impetranda. Nisi oranti, ac doctori concordia fuerint colligati, nec à Deo exaudientur, nec proximo proficient. n.16.p.404

Congregandi sunt fideles vniti in nomine Christi, si persistens debeat esse concordia. Ea enim sola amicitia verax, affectuosa, & operatrix est, quam Christi charitas conciliat. Quàm pauci propter Iesum solum amant. n.28.p.406

Commendatur à Domino concordia suo in nomine colligata: non ea concordia, vbi ipse non est. Concordia enim illorum, in quibus non est Deus, admodum exitialis est. numer.34. p.407

Confusio.

Agnata est exaltationi, ac vanitati conturbatio, deiectio, confusio. n.12.p.292

Coniux.

Qualis Coniux ostenditur, talis alter asso[illegible] ostentari. n.133.p.62

Consilium.

Sapientis est, mutare consilium. n.64.p.316

Consuetudo.

Quàm difficilè praua circa delicias Consuetudo superatur. n.44 p.69

Contumelia.

Nihil crudelius Contumelia, ad præcordia nobilis, ac iusti hominis saucianda. n.39.p.150

Conuersio.

Post diuturnum colloquium Samaritana conuertitur ad Deum, qui assolet alios peccatores vnico verbo adducere; num. 44. pag.69

Ideò peccatores fortasse non Conuertuntur; quia prædicatores haud apertè vitia taxant, sed mutare curant. n.69.p.73

Cor.

Sufficere edocemur Cordis rimulam ad paruuli IESV ingressum: debere nos Dominos ostendi, vt Dominum suscipiamus in Eucharistia: mansuetudinis virtutem conferre ad IESV receptionem. n 40 p.353

CORRECTIO.

Fraternæ correctionis obligatio.

Si de quolibet peccato, quod committitur, sermo est, quare Dominus dixerit, nos eos corripere, qui in nos peccauerint? Certè quia nullum peccatum perpetratur, quod contra nos non sit: cùm omnes propter vnius delictum hîc puniamur. n.15.p.393

An fratrem meum corripiam delinquentem? An non fraterna charitas violatur; Imò verò quia tuus frater est, strictiori iure teneris, eum corripere delinquentem. n 22 p.394

Si delinquit frater nobis videntibus, aut scientibus, corripiendus est. Nec enim facilè, qui reprehendendi munus gerit, adducendus est, ad taxãdum subditum, aut proximum ex auditione, aut relatione sæpe fallaci. n.27.p.394

Delinquentem fratrem inter nos & ipsum corripiamus, id est, ad nos allicientes eum, & charitatis vinculo quasi colligati. Correptio enim Præsulis, vt proficiat, amore & mansuetudine debet exundare. n.34 p.396

Cùm frater est corripiendus, solitudini consulatur. Nec enim euulganda crimina illius, quem cupimus emendari; quia publicatio delicti, insolentiorem solet efficere delinquentem. n.40 p.396

Si debemus corripere omnia proximi delicta, cur speciatim dixit Dominus: Si peccauerit in te frater; Certè vt innuat velocitatem, qua vti debemus, vt proximum extrahamus à crimine. n.49.p.398

His, qui ex officio tenentur corripere delinquentes, deferenda est proximi pertinacia, vt ipsi corripiant; Durum enim est, correctionis verba exaudire, ab eo, ad quem ex officio non attinet reprehendere. n.56.p.399

Licet frater correptus à nobis, non audiat: non illico Ethnicum reputabimus; sed vnum aut duos correptores simul adhibebimus: Sciamus enim oportet, erga peccatores longanimitate, ac pietate vti, ad eorum correctionem n.62.p.420

Si postquam tuo muneri, & obligationi feceris satis, frater adhuc incorrigibilis expouitur, nolli illum in numero fratrom deputare; Nec enim vir misericors & Dei æmulator, omnibus semper parcit: Sed post expectatioorm demùm puoit. n.67.p.401
Quidquid Euangelij ministri petierint pro salute corrigendorum, impetrabunt. Tanta enim orationis efficacia, vt vel Ethnicis, ac publicanis, penè desperatis, corrigendis, ac conuertendis vim exerat. n.22.p.405

Crimen.

Nullus lapis noo amouendus, vt Deum per Crimina amissum, inueniamus. n.49.p.50
Pudor perpetrati Criminis apud nobilis animi præcordia diri vulneris soperat grauitatem. n.66.p.86
Deus nostris ex Criminibus flagella ad supplicium compooit. o.42.p.108
Vt Crimina noo perpetrentur, originem eorum tolli ab animo oportet. Vbi de occasionibus delicti fugiendis. n.27.p.344
Nec euulganda Crimioa illius, quem cupimus emendari; quia publicatio delicti, iosolentiorem solet efficere delinquentem. num.40.pag. 396
Velocitate vti debemus, vt proximum exttrahamur à Crimine. o.49.p 398

Crux.

Passio & Crux clarificauit Christum, id est, eum fecit Dei filium ostentari. n.16.p.165
Crux tam gloriosa est, vt per gloriam ad ipsam sit pergendum. Si vel conatus ad labores beati, quid ipsi labores? nam gloria crucis ineffabilis. n.13.p.182

Culpa.

Molles vestes Culpæ sunt argumenta. num.32. p.18
Peccati venialis reus paolatim decidit in lethalia. Vnde admisso veniali, quasi iam constat, (in dispositione, & velut morbi apparatu,) mortalis Culpæ pœna. n.33.p.345

D

Dæmon.

AGnatum Dæmoni est, temerè de Internis hominom intentionibus iudicare. n.28. p.148

Damnatio.

Exprimitur illorum stultitia Concionatorum, Magistrorum, ac Præsulum; qui curantes alios ad salutem adducere, ipsi addicuntur Damnationi. n.22.p.284
Odio insequi inimicum, quam ingens Damnationis docomentum! n.29.p.376

Dare.

Nihil sic boni Pastoris ingenium commendat, quàm dandi, non accipiendi proprietas. n.15. p 411

Deceptio.

Vt Pharisæi Christum Deciperent, visi sunt proficere posse, si Herodianos aulicos allocutores eum immitterent, Ad seductionem enim (si possibilis esset) Iesus nil aula accommodatius. n.10.p.208

Deitas.

Deitati cognatum, veritatem proferre ac protegere. n.42.p.132

Deliciæ.

Latrones, seu Deliciarum ac voluptatum termi-nus, à luxurie homines auertunt; Nam meditatione mortis periere cupidinis artes. n.57. p.276

Delictum.

Qui alienum plectit Delicta, omninò seipse debet ionocentem præstare. o.21.p.147
Dum Christus natus hominum aufert Delicta, id tollit, per qood etiam cunctæ creaturæ fuere flagellatæ. n.56.p.358
Non euulganda crimina illius, qoem cupimus emendari; quia publicatio Delicti, insolentiorem solet efficere delinquentem. n.40.p.396

Delinquens.

Fratrem, strictiori iure teneris corripere Delinquentem. n.22.p.394

Desiderium.

Potest qnis desiderio permagna operari. n.29. p.113

Detractio.

Cœtus Detrahentiom nunquam non à se ablegar Saluatorem. n.59.p.242

Deus.

Labrorum sustinentia haud potest à Dei præsentia separari, Deum trahit ad vincula. n.59.p.10
Non iræ, sed amoris documentum est, Deum nonounquam simolare recessum, animumque iostum absentia distorquere. n.14.p.25
Nullus lapis oon amouendus, vt Deum per crimina amissum, iouemiamus. n.49.p.30
Deus laborantibus, & plorantibus illicò manifestatur. n.28.p.34
Ibi adest Deus, vbi fideles laboribus agitantur, Templum enim Dei sunt, io quo oportet filium Dei esse. n.54.p.35
Deus subditur hominibus, & dedignaris obedire maioribus? n.40.p.35
Sitim aoimarum, qoa Dominus nunqnam non succeoditur, confirmo. n.38.p.51
Quis oon se captum profiteatur, dum Deum pro se actum laboribus obiecerit? n.45.p.52
Vnam Samaritidem qoæsiturus Dominus fatigatus aduentauit, Vt exprimat, sudores suos & labores sic vni impendere animæ, ac omnibus simul. n.58.p.53
Petit vt det, aqoæ Domioos sitiens expetit, vnda exigua dooari, vt cœlestis pelagi impendat vbertatem. n.89.p.57
Cordis idola qui proiicit, facillimè Domino colligatur. n.74 p.87
Dominus sic vnius peccatoris amissione affici solitus, ac si omnibus homiolbus priuaretur. n.27.p.126
Dei promissio tam infallibilis est, (si obicem noo apponat ioiquitas) vt, executioni iam data videatur. n.22.p.234
Orationis instantia ita Deus delectatur, vt moras exerat elargitio, vti preces producantur. o.9.p.251
Qui mundo placere nitimr, tristitia premitur; Dei obsequio hæresfcit lætitia. o.14.p.263
Edocemut opera iustitiæ occultare, vt soli Deo obsequentes, à Deo, qui videt in absfcondito muneremur. n.53.p.266
Deus nostris ex criminibus flagella ad supplicium componit. o.42.p.108
Deus lux vera non obscurat creata luminaria, quæ quidem, præsente Domino, lomen habent. o.49.p.125

Qui diuitiarum studio seruit, Deo minimè potest obsequium exhibere; Quia amans diuitias, Deum consequenter contemnit, ciusque præcepta transgreditur. n.25.p.359

Dei circa nutriendos filios cura.

Quare solùm adnotauit non serere, aut metere: & non addidit Dominus alij studio captandi lucri addici volatilia? n.14.p.366

Vt Dominus pulchrum liliorum indumentum ostenderet, Salomonis vestibus aptè comparauit; quia Principis solius est, indumenta pretiosa ostentare. n.22.p.367

Curat Dominus omnem sollicitudinem à temporariis prohibere, vt tota animi anxietas, sollicitudo, feruor cœlestibus bonis impendatur. n.28.p.368

Primùm debemus circa spiritualium rerum assecutionem studium impendere, mox circa corporalium. n.45.p.369

Munificentissimè Deus cunctis bonis cumulat peccatores. n.20.p.468

Dei dilectio, Vide, *Dilectio.*

Diabolus.

Diabolus quàm crudelis Tyrannus, quam horribilis hominum tortor? Vbi gehennæ diritas confirmatur. n.58.p.248

Dilectio.

Quidquid amantibus aspectatur oculis, optimum planè exponitur. Portò in diuina Dilectione, meritò. n.51.p.94

Non in vna sede morantur Dilectio Dei, & creaturæ. n.10.p.357

Dilectio Dei, & Proximi.

Deus ex toto corde amatur, & si non amatur ex toto corde, verè non diligitur. Nam vbi Dei vetus amor est, nec particula affectus creaturæ reliquitur. n.20.p.432

Deus primùm amandus toto ex corde, proximus autem propter Deum. Vnde vt Dei geras voluntatem, omnia debes contemnere, patrem, filium, vxorem. n.30.p.433

Totas animæ vites impendendas diuinæ dilectioni Dominus prædicat. An assumptis totis viribus homo deficiens, tut imbellis? Profectò fortissimus ostentabitur: quia Dominus amatores suos reddit inexpugnabiles. n.36.p.434

Hæc verborum aceruatio iudicit vehementiam, ac feruorem circa Dei dilectionem. Qui enim nus vehementer diligit, vult fideles flagrantissimo affectu succendi. n.45 p.435

Dilectio in proximum vera ostentatur, cùm eum velut nos ipsos amamus. Nam opera, quæ in illum conferimus, veram comprobant charitatem. n 52.p.436

Eadem commoda debemus desiderare proximo, quæ nobis expetimus. Hoc enim est, proximum vt teipsum amare. O quàm ab huiusmodi præcepto abstractus, qui cuncta sibi commoda adscribit, nulluio proximo? n.59.p.437

Mandatum diligendi proximum sicut teipsum, est secundum & primum. Debes enim proximum amare, vt Dei consequaris amicitiam. Vt ergo amicus sis Dei, proximum dilige te satage; Deus non amatur, si proximus non diligitur. n.68.p.438

Documentum est Dilectionis magnæ, insipientes homines edocere. Vbi Societatis Iesu institutio circa docendos pueros interim celebratur. n.30.p.444

Dilectio inimicorum, Vide, *Inimicus.*

Diligens plus ex dilecti tribulatione afficitur, quam ex propria passione. n.33.p.227

Diligentia.

Commendatur circa spiritualia feruor, & diligentia; taxatur desidia. n.28.p.368

Discordia.

Gregis, seu communitatis exitium est, ouium, siue fratrum diuisio. n.49.p.417

Diuitiæ.

Ærugo metallorum exitium, homines cogit ab auaritia, seu diuitiarum amore eripi. Nihil enim pendit Diuitias, qui cinerum terminum meditatur. n.49.p.275

Diuitiarum seruitus.

Qui diuitiarum studio seruit, Deo minimè potest obsequium exhibere; Quia amans diuitias, Deum consequenter contemnit, ciúsque præcepta transgreditur. n.25.p.359

Mammona quidem est Dominus, quem sustinent acquirendis diuitiis studentes; Profectò importabilis auaritia Tyrannus. n.14.p.360

Difficile quis mammonæ pondus valebit sustinere; vbi importabile onus diuitiarum obiicitur. n.42.p.361

Curat Dominus, fideles omnino expeditos ab affectu ad terrena bona tocedere, si quidem properant ad cœlestia. n.50.p.362

Monet Dominus, superfluam victus curam damnabilem esse. Cur ergo locutus de cibo corporeo hanc sollicitudinem animæ tribuit? An quia peccatores de anima viliter sentiores, cum ea sic se gerunt, ac si corporis commoda tractarent. n.59.p.363

Docere.

Documentum est dilectionis magnæ, insipientes homines edocere. Vbi Societatis IESV institutio circa Docendos pueros interim celebratur. n.30.p.444

Doctor.

Vera sapientia non inflat Doctorem, sed eum efficit fulgere humilitate. n.35.p.142

DOCTRINA I.

Doctrina IESV defensio.

Ascendit IESVS in Templum docturus non festo incipiente, sed mediante: ne audiconium aures festi strepitu occluderentur. n.14.p.139

Cùm mundi festiuitas vergit in finem, Christus in Templum ascendit, hominibus ostentandus. n.19.p.139

Postquam Euangelista expressit Dominum ad Templum ascendisse, illicò adiecit doctrinæ, seu prædicationi operam dedisse. n.24.p.140

Pharisæi, qui poterant IESV admirabilem doctrinam laudibus efferre, taxant, proferre eum quod non didicisset: numer.29.pag.141

Christus suam vocat doctrinam, quam docebat non suam; quia à se inuentam non esse, sed à Patre acceptam profitetur. num.35. pag.142.

Rectè operantibus, id est, Dei voluntati obsequentibus vera scientia promittitur à Iesv. n.42.p.143

DOCTRINA II.

Sermo de doctrina cum operibus.

Pharisæorum doctrina & opera.

Tunc cum Pharisæi errantes aliàs in doctrina se ostentant, Dominus iubet, Discipulos exequi quod in Cathedra docent. Aptè quidem, quia dum confidit in illis, eos quasi cogit ad rectam doctrinam proferendam vel contra ingenium Pharisaicum. numer.16. pag. 282

Scribæ & Pharisæi docentes veritatem, aliis salutares erant, iniquè viuentes, exitiales sibi; Exprimoot planè illorum stoltitiam Concionatorum; Magistrorum, ac Præsulum; qui curantes alios ad salutem adducere, ipsi addiecuntur damnationi. num. 22. p.284

Pharisæi grauia onera supra legis præscripta subditis miseris addere affectabant. num. 30. p.285

Monet Dominus suos Discipulos, ne audientes & gerentes quæ traduntur dogmata à Pharisæis, eorum opera non imitentur. num.36. p.286

Vt Dominus vitia pessima, innumeraque Pharisæorum exprimat, ostendit, eos vanæ gloriæ vitio admodum esse addictos. num.41 p.287

Vt Pharisæorum mores fugiat Christianus, curet omnia opera bona gerere cautela tanta, vt non possint ab hominibus videri. n.49. p.288

DOCTRINA III.

Discipulorum Christi humilitas.

Pharisæorum Magistrorum vitium accumbere, sedere minimè laborare. numero 7. pag. 290

Quàm stultè Pharisæi amant primo accubitui, aut cathedræ adscribi, vt omnibus præponerentur. Verius primum locum obtinerent, si nouissimo amarent hærescere. n.15. p.291

Curat Dominus, Pharisæos ab exaltatione mentis, seu vanitate auocare, obiiciens necessitatem exaltationis humiliationem. n.22.pag. 292

Non taxantur Pharisæi, quod cathedras amarent, seu docere proximos expeterint: sed quod primas cathedras honoris causa quærerent. n.29.p.293

Monet Dominus Discipulos Dei filios effectos, rursùm ad terrenam prosapiam minimè declinare. n.35.p.294

Dominus.

Illè verè Dominus ostentatur, qui subditis amoris exponit documenta. numero 23. pag. 112

Dignissimus præconis Dominus, qui scit famulo laboranti subuenire. num.58. pag. 236

Donum.

Cur Dominus munificentissimus cupiens donare, quod petimus: monet nos, sæpe postulare, & non illicò concedit; Profectò vt ardentius exoremus, & desideratum munus gratius nobis existat. num.17.pag. 477

E

Ecclesiasticus.

Grauissimum piaculum, grauissimæ agnatum vindictæ est, in Ecclesiasticis muneris lucris temporariis studere. numero 36. pag.107

Egestas.

Præsules, ex eo, quod Pastores sunt, debent ouium prouidere temporariæ egestati.n.37. p.415

Eleemosyna.

Dominus sitiens experit, vnda exigua donari, vt cœlestis pelagi impendat vbertatem, Eleemosynæ hinc incrementa contemplare. n.89.p.57

Ethnicus.

Tanta orationis efficacia, vt vel Ethnicis ac publicanis, penè desperatis, corrigendis ac conuertendis vim exerat. n.22.p.405

Euangelij Minister.

Edocentur Religiosi Euangelij ministri, posse securitate frui, dum inter peccatores, commorantur. n.31.p.9.

Magistri Euangelici mondi lux, fulgentissima quodammodo Deitate conspicui. num.17. pag.122

Taxantur, qui ex ministerio Euangelico, quod laboris est, reficiunt; quod commodi, assumunt. n.7.p.290

Euangelij minister non quærat, quæ sua sunt, sed quæ Iesv Christi. num.19.pag. 293

Euangelij ministri plus ex voluntate virtutibus ornata proficiunt circa proximorum salutem, quàm ex intellectu scientia illustrato. n.60.p.328

Nihil sic impedit animorum profectum, quam Euangelij ministros temporariis lucris studere. n.23.p.422

Eucharistia.

Sic Deus donat hodie hominibus, vt omnia elargiendo semel, sæpesæpius donandi omnia obæratus esse videatur. Vbi de Eucharistia quasi ex Dei dantis debito exigenda. n.49.p.313

Ad digniorem Eucharistiæ sumptionem, magna puritas præmittenda est. num.72. pag. 317

Sufficere edocemur cordis rimulam ad paruuli Iesv ingressum: debere nos Dominum ostendi, vt Dominum suscipiamus in Eucharistia: mansuetudinis virtutem conferre ad Iesv receptionem. numero 40. pag. 335

Christus in Eucharistia prior venit ad nos, rogat, inuitat, allicit ad reconciliationem, & pacem. n.10.p.349

Apud Altare constitutus fidelis, recordatur, fratrem aduersus eum aliquid habere. Quia videlicet, quò quis Deo in Eucharistia propinquior

pinquior est, eo consequenter disertius agnoscit, seruandam fraternæ charitatis vnionem. n.17.p.351

Exactor.

Hac tempestate exactoribus redduntur tributa, imò ipsi sibi vi deprædantur. numero 26. p.218

Vide, *Tributum.*

Exemplum.

Facillimè imitamur Magistrorum, aut Præfulum Exemplum, quod quidem Lex viuens extitit. n.36.p.286

F

Famulus.

Dignissimus præconis Dominus, qui scit famulo laboranti subuenire.num.38. pag. 236

Felicitas.

Cum mundi festiuitas vergit in finem, Christus in Templum ascendit, hominibus ostentandus; Tunc enim homines oculos acuunt ad salutis negotia aspectanda, cum vitæ, Felicitatisque temporariæ finem instare agnoscunt. n.19.p.139

Vide, *Munius.*

Feruor.

Commendatur circa spiritualia feruor, & diligentia; taxatur desidia. num. 28. pag. 368

Festum.

Ascendit IESVS in Templum doctutus non Festo incipiente, sed mediante: ne audientium aures festi strepitu occluderentur; Vt edoceat, quanta attentione, & reuerentia Dei verbum oporteat exaudire. num.14. pag. 139

Fictio.

Vera pœnitentia non nititur apparentiæ fictione, sed operis asperitate. n.17.p.265

Vide, *Hypocrisis.*

Filius.

Filiorum ærumnæ magis parentes, quam ipsos filios tolerantes assolent afficere.num.37.pag. 245

Edocentur parentes spirituali filiorum incommodo discruciari, & diligentissimè adhibere vulneri medicamina. num. 43. pag. 46

Specialem iustorum ex dilectione inimicorum, Dei filiationem expono.num.68.pag. 381

Si tam noster est Pater Deus, quid ex inimicorum dilectione filiationis accipimus? Profectò qui iam sumus per gratiam Dei Filij adoptione; quodammodo ad filiationis naturalis gloriam eleuamur. numer. 80. p.382

Fœmina.

Quam prouide lex curauit viros à periculosissima animi peste ex Fœminarum collocutione liberare: Qui non est Deus, liber non est vulnere. n.21.p.26

Monentur viri castitatis amatores, cum fœminis fugere solitudinem. numero 34. p.68

Quod est communi fœminæ omnibus se indifferenter tradere, est nobili ad infamiæ notam, vel ab impudicitiæ actione sese maculare. n.35.p.81

Fœminæ velocius feruntur ad pietatis actiones. n.51.p.247

Frater.

Quia quis tuus frater est, strictiori iure teneris, eum corripere delinquentem. num.22.pag. 324

Fucus.

Deus non fuco, sed naturali compositione delectatur. n.29.p.159

Fuga.

Hostis luxuries non bello adorto, sed fuga vincendus n.51.p.96

G

Gaudium.

IESV præsentia & animæ gaudium, necessariò vna commorantur in sede.num.61 p.197

Orationem sequitur Gaudij plenitudo ex omnium munerum collatione; Cuncta enim bona precibus acquiruntur, vnde plenum sit gaudium exorantis. num.49.pag. 455

Gehenna.

Quàm crudelis Tyrannus, quàm horribilis hominum tortor Diabolus! vnde Gehennæ diritas confirmatur. n.58.p.248

GENTILIS I.

Gentilium accessio.

Postulat Dominus ex Passione ac Cruce clarificari à Patre. n.16.p.165

Christus turbatur, suscipiens in se membrorum suorum affectum. n.22.p.165

Licet voluntate humana naturali Christus mortem non expeteret: voluntate deliberata Patris voluntati appetit, & efflagitat. n.30. p.166

Videtur Dominus dubitare de sua in Cruce exaltatione. n.39.p.167

Non dixit, Mecum moretur, sed me sequatur, quia loquitur viris studentibus perfectioni. n.46.p.168

GENTILIS II.

Gentium vocatio.

Ob vnius Centurionis Gentilis laudes Christi expressas, sic eum Dominus laudat, vt quodammodo omnium fidelium ex Gentilitate patrem appellarit.numero 9.pag. 232

Filij Regni, id est Hebræi Abrahæ filij excluduntur à Regno, & Gentiles ignobiles admittuntur. n.15.p.233

Quomodo Regni filij foras eiiciuntur, id est, à cœlesti regno deturbantur si nunquam intus extitit. n.22.p.234

Fides Centurionis in vtilitatem famuli exundauit.n.30.p.235

Meritò sanatur famulus, & Herus sanctificatur simul, & laudibus effertur. num.38. p.236

Gloria inanis.

Qui vanus, seu inanis Gloriæ cupidus est, se exprimit omnibus infectum piaculis, sicut humilis, cunctis plenus virtutibus. num.42. p.287

Inanis gloria latro est bonorum operum thesaurum abripiens. n.11.p.388

Qui tuba canunt ante se gerentes opus iustitiæ, vt videantur, suam mercedem, id est, ruinam recipiunt; Quid enim ex gloria inani potest expectari nisi ruina? num.19. pag. 387

Ostendo eum à Gloria cadere, qui gloriam propriam ab hominibus quærit: illum autem, qui Dei requirit gloriam, à Deo reddente glorificari. n.32.p.388

Gratia.

Laudabiles non sunt aliquorum spiritus (seu aptius vocitem auaritiam) qui sibi satagunt Deum, seu cœlestia dona retinere, proximorum non curantes vtilitatem.n.31. pag. 27

Restauratio Gratiæ non sine ingenti labore perficitur. n.85.p.89

Gratitudo.

Edocet Dominus minima obsequia, beneficiis maximis esse rependenda, in commendationem Gratitudinis. numero 9. p.232

H

Homo.

Tanti ducit Deus vnum Hominem, vt cum ipso quodammodo omnia possidere videatur: sine ipso nihil? num.33.pag. 175

Pro vno Homine, si oporteret, rursum Dominus totum profunderet cruorem, omne redemptionis pretium impenderet. num.26. p.201

Diligere inimicum, Hominem ab humanitate recedentem, quasi diuinam eleuat ad naturam. n.37.p.377

Honor.

Tinea purpureæ vestis mors homines efficit à superbia cadere; Flocci enim faciunt honores, qui cogitat, se breui moriturum.num.43.p. 274

Hora.

Passionis Hora specialissimè nota Christo, & specialissimè eius hora nuncupatur; Dulcissima enim tam egregio amatori Hora, in qua pro hominibus liberandis pati deberet: nulla Domino in Passione, ac morte amaritudo videtur extitisse. num.16. pag. 301

Venit hora lætitiæ, & Paschatis Iesu, cum venit mortis hora; Verum enim Pascha lætissimum planè tanto amatori, pro dilectis occumbere. n.24 p.302

Hostis.

Vndique si Hostibus agitaris, cur memoriæ mortis gladium non stringis? numero 24. p.272

Humilis, Humilitas.

Nil sic Principem, seu virum nobilem manifestat, ac Humilitatis submissio. num.47.pag. 177

Humilibus agnatum Imperium plausumque excitat subditorum, Humilitas. num.39.pag. 185

Magna humilitas non potest sine magna existere exaltatione. n.15.p.253

Qui vanus, seu inanis gloriæ cupidus est, se exprimit omnibus infectum piaculis; sicut Humilis, cunctis plenum virtutibus. n.42.pag. 287

Humilitas necessario suos eleuat amatores, n.15. p.291

Agnata nobilitatis sublimitati Humilitas. n.32. p.311

Humilitatis demissio prorsus est eleuatio n.55. p.314

Humilitas Discipulorum Christi. Vide, *Doctrina* III.

Hypocrisis, Hypocrita.

Hypocrisis delictorum maximum. num.7.pag. 263

Hypocrita mendax, nequior diabolo, plenus satana; qui autem ab Hypocrisi liber est, quasi omnium virtutum gloria fulget, velut ab omni liber iniquitate. num.7.pag. 263

Quàm indiuisibilis Hypocritæ comes tristitia! qui enim mundo placere nititur, tristitia premitur; Dei obsequio hætescit lætitia. n.14. p.263

I

IEIVNIVM I.

Ieiunantis habitus.

Ieiunij virtute curat Dominus hypocrisim in primis ablegari. An delictorum maximum? Minimè planè, sed Deo maximè est inuisum. n.7.pag.263

Quàm indiuisibilis hypocritæ comes tristitia! n.14.p.263

Non dicit absolutè, Nolite fieri tristes: sed cum additamento, Nolite fieri tristes sicut hypocritæ. n.21.p.264

Non qui facies exterminant, aut corrumpunt, vt appareant pœnitentes: sed qui verè exterminant corpus ieiuniis, & asperitatibus commendantur; Vera enim pœnitentia non nititur apparentiæ fictione; sed operis asperitate. n.27.p.265

Dei seruus cùm ieiunat, aut quodlibet opus virtutis gerit, non hominibus, sed Deo soli placere satagit: ideo ad abdita fugit. numero 33. p.266

Non dixit, Ieiunate, sed Cum ieiunatis, supponens quidem necessariò ieiunandum esse fideli. Certè qui ad certamina est arripiendus, de ingenio humanitatis, debet sese ieiunij armamento munire. numero 42.pag. 267

IEIVNIVM II.

Ex erugine, tinea, latronibus, seu cineribus.

Non thesaurizabit in terra, quod ex epulo ieiunans detrahit, qui cuncta transitoria contempletur. n.6.p.269

Æruginis, ac tineæ, id est, Cinerum aptè memoria geritur, cum ieiunium indicitur; Facilis namque ieiunij molestia ei, qui cinerum recordatur. n.12.p.270

Metallorum fortissimorum mors ærugo, ærugini subiacet fortitudo. n.17.p.271

In ærugine, in tinea, in latronibus, seu in memoria Cinerum, Deus homini exhibuit aduersus omnes hostes inuisibiles armamentum. n.24.p.272

Mortis memoria ad abluendam conscientiæ faciem obiicitur. n.30.p.272

Aptè memoria mortis sub latronis appellatione inducitur. n.37.p.273

Tinea purpureæ vestis mors homines efficit à superbia cadere. n.43.p.274

Ærugo metallorum exitium, homines cogit ab auaritia, seu diuitiarum amore eripi. n.49. p.275

Latrones, seu deliciarum ac voluptatum terminus, à luxurie homines auertunt. n.57. p.276

Tres panes petit, & amico, & famulo amici, & sibi quidem, qui à cœna abstinuerat; quam aptè ad orationis efficaciam se ieiunio munierat. n.39.p.479

IEROSOLYMA I.

Colloquium Iesv cum Discipulis de triumpho Ierosolymitano.

Humilis Christi equitatio.

Non equum, sed asinam Dominus elegit, vt sedeat, & triumphum agat; Quia non sapientibus mundi, sed insipientibus Dei fuere reuelata mysteria, in sapientium confusionem. n.10.p.174

Discipuli ad asinam alligatam, id est, ad peccatores immittuntur; Peccator enim miserè illigatur, turpissimè laborare cogitur. n.26. p.175

Opus ne Deus vnico peccatore habet? Necessarius ne homuncio conditori? Tanti ducit Deus vnum hominem, vt cum ipso quodammodo omnia possidere videatur: sine ipso nihil. n.33.p.175

Mansuetus venit Rex, vt subditos homines facilius ad se adducat. n.39 p.176

An aptè Propheta asserit Regem esse Christum, cum tam humili agnato agricolis rusticis, vtitur equitatu. n.47.p.177

Magna admodum cœlestis Regis dignatio, singulis hominibus venire. Quanta iusti dignitas, qui potest proclamare. Rex Deus meus planè est! n.55.p.178

Sedens super asinam, siue pauper incedit, dum triomphat, non equum iubet afferri. n. 61. p.179

Commendat Euangelista Regis cœlestis gloriam, & subditorum exaltationis causam: dum aperit subditis venire. n.69.p.180

IEROSOLYMA II.

Ramorum ornatus.

Qui vltrò ad passionis, ac Crucis ignominiam properabat, cur tanti triumphi gloriam ambit? Profectò quia Crux tam gloriosa est, vt per gloriam ad ipsam sit pergendum. n.13.p.182

Dum Christus sese vilem homuncionem ostentat sedens super asinum, à turbis mirificè laudatur. n.19.p.183

Dum Rex noster pacificus ingreditur vrbem, à cunctis benedicitur. n 26.p.184

Non imprecantur turbæ sibi felicitatem, sed ipsi Regi Messiæ iusto. Quare non & sibi? n.33.p.185

Principem suum Domini Vicarium Iudæi Christum agnoscunt, & acclamant, dum eum aspiciunt ascensorem asini, seu humilitatis assertorem. n 39.p.185

IESVS I.

Pueri Iesv *amissio.*

Iesvs à Parentibus sanctissimis abstrahitur, & ab eis absconditur cum impensè Deo litaur obsequium. n.14.p.25

Potuit remanere Iesvs, insciis Parentibus, quia de more seorsum viri, seorsum fœminæ incedebant. n.21.p.26

Deipara à dilectissimo Filio passa est vna integra die separari, vt comites queis hærescere putabat, eius proficerent societate. num.31. p.27

Prouidentissimè Virgo adiudicabat, Iesvm inter cognatos, & notos commorari. n.37. p.28

Dum cognati, ac noti non indigent subsidio, Iesvs inter cognatos, & notos non inuenitur. n.43.p.29

Edocent nos Parentes Iesv, amissum Dominum requirere. n.49.p.30

IESVS II.

Pueri Iesv *inuentio.*

Edocet Deipara, Iesvm à peccatoribus cum dolore, ac labore quærendum; Deus enim laborantibus, & plorantibus illicò manifestatur. n.28.p.34

Si in Ionæ ceto Maria Iesvm quæsisset, inibi inueniret, mysticè residentem; quia ibi adest Deus, vbi fideles laboribus agitantur, Templum enim Dei sunt, in quo oportet filium Dei esse. n.34.p.35

Principes, Reges, Præsules, ac magni quique debent Iesv subdito parentibus circa obedientiam egregia facinora litare. num. 40. p.35

An vile Iesv Dei Filio Parentibus hominibus obedientiam præstitisse. n.47.p.36

Viam proficiendi Iesvs edocet obedientiam esse. n.53.p.37

Priùs Iesvs apud Deum, quàm apud homines proficiebat sapientia, & gratia. n. 62. p.38

Iesv *possessio.*

Habens Iesvm omnia possidet bona, & sine Iesv misera laborat inopia. n.48.p.132

Iesv præsentia & animæ gaudium, necessariò vnà commorantur in sede. n.61.p.197

IESV *occumbentis dilectio.*

Passionis hora specialissimè nota Christo, & specialissimè eius hora nuncupatur; Dulcissima enim tam egregio amatori hora, in qua pro hominibus liberandis pati deberet: nulla Domino in Passione, ac morte amaritudo videtur extitisse. n.16.p.301

Venit hora lætitiæ, & Paschatis Iesu, cum venit mortis hora; Verum enim Pascha lætissimum planè tanto amatori, pro dilectis occumbere. n.24.p.302

Verè nos Dominus dilexit in finem, id est, nihil prætermisit, quod valdè deceret amantem. n.32.p.303

Miris effectibus Dei Filius suum ineffabilem amorem declarauit. n.55.p.306

Specialissimum suum erga homines Dominus discessurus ostentauit amorem, dans operam Eucharistiæ institutioni, vt doceret Discipulos, quonammodo ad mortem se præparare deberent. n.61.p.307

IESV *Misericordia, & Largitas.*

Humanitati IESV agnata omnimoda misericordia. n.55.p.131

Largitati IESV vix omnia sufficiunt; Sic enim donat hodie hominibus, vt omnia elargiendo semel, sæpesæpius donandi omnia obæratus esse videatur. Vbi de Eucharistia quasi ex Dei dantis debito exigenda. n.49. p.313

Imitator.

Perfecti Christi Imitatores necessariò nunquam sedentem, sed semper ambulantem sequuntur. n.46.p.168

Imperfectio.

Ne mireris, si iustos aspexeris imperfectionibus subiacere obnoxios. num.63. pag. 72

Imperium.

Humilibus agnatum Imperium plausúmque excitat subditorum humilitas. num.39.pag. 185

Improbus.

Innuitur, oportere iustos ab improbis separari, ne eorum nequitia inficiantur. num.30.pag. 244

Impudicitia.

Quod est communi fœminæ omnibus se indifferenter tradere, est nobili ad infamiæ notam, vel ab Impudicitiæ actione se se maculare. n.35.p.81

Incommodum.

Nihil sic præcordia roborat aduersus Incommoda, quàm donum pacis. num.30. pag. 198

Inconstantia.

Æternæ salutis negotium viros expetit constantia præditos: Agnati damnationi Inconstantes. n.26.p.17

INIMICVS.

Inimicorum dilectio.

Dei filiatio ob dilectionem inimicorum.

Omnibus hominibus dictum est à natura: Ama amicum, odio prosequere inimicum; Hinc difficultas præcepti exponitur, Christi præcipientis amori litanda. num.13 pag.374

Difficillimum planè dilectionis inimicorum præceptum, sed omnino absque cunctatione obseruandum, quia IESVS præcipit. num.24. p.375

Diligentibus inimicos offertur Dei filiatio, id est æterna hæreditas, qua minimè donatur, qui inimicos odio prosequuntur. Odio insequaris inimicum? Quàm ingens damnationis documentum! n.29.p.376

Qui benefaciunt inimicis, ad diuinæ naturæ participationem quodammodo eleuantur; Diligere enim inimicum, hominem ab humanitate recedentem, quasi diuinam eleuat ad naturam. n.37.p.377

Tota legis impletio, omnimoda perfectio indicitur, dum iubemur inimicos diligere; Vna enim dilectio inimicorum quasi infinita virtus est, omnem legis obseruationem, omnem perfectionem spiritualem continens. n.45. p.378

Si dictum fuisset in lege, Odio habebis inimicum tuum, Dominus eam impleuisset dum diligere inimicum imperauit; Quia illud ipsum inimicum diligere, idem est, ac de illo horribilem sumere vindictam. num.55.pag. 379

Christus se Dei naturalem Filium manifestat, dum inimicis parcens, patrem æmulatur, qui ignoscens peccatoribus ostentatur Deus: Ergo homo diligens inimicum se quodammodò naturalem Dei filium ostendet. num.68. p.381

Specialem iustorum ex dilectione inimicorum Dei filiationem expono. n.68.p.381

Si iam noster est Pater Deus, quid ex inimicorum dilectione filiationis accipimus? Profectò qui iam sumus per gratiam Dei filij adoptione; quodammodo ad filiationis naturalis gloriam eleuamur. num.80.pag.382

Cælestis Pater benignissimus fouet iustos, parcit peccatoribus, eisque cuncta largitur; Igitur qui inimicos odio prosequitur, omninò à Dei cognatione excluditur. n.88. p.384

Iniquitas.

Luxories meretriculæ aliis perniciem ministrantis, totius Iniquitatis gerit epilogum. n.82. p.56

Inopia.

Hæc merces earum, quæ libidini seruiunt, semper premi inopia. n.74.p.55

Intentio.

Qui monuerat non iudicandam Intentionem, edocet nec externam faciem esse iudicandam; Quia semper errat, qui personarum solommodò facies intuetur, qui rerum adnorat superficies. n.34.p.149

Intercessio.

Ratio apud Principes iustos plus valet qualibet Intercessione. n.20.p.252

Inuidia.

Inuidia pressus homo agnoscere non vult ea ipsa, quæ videt pulchra, & dignoscit in proximo. n.30.p.130

Quàm proprium Inuidi, ac calumniatoris, ad præclara quæque proximi oculos claudere, ad defectus vel minimos aperire! n.29.p.141

Inuidia

Inuidia luminibus capta. n.56.p.157
Inuidia crudelissima lues. n.23.p.158

IOANNES I.

Ioannis Nuncium.

Ioannem eximium Prædicatorem veritas vinculis illigauit. n.16.p.7
Ioannes, id est, Gratia, seu sanctitas in vinculis aptè obiicitur. n.23.p.8
Ioannes vinculis hominum perditissimorum cinctus, non peruertitur: sed velut in deserto constitutus cœlestia negotia gerit. num. 31. p.9
Ioannes à carcere nuncium ad Dominum immittens, velut præsenti loquitur. num. 39. p.10
Non solùm quæ audierant, sed quæ viderant miracula, vult Dominus à Discipulis Ioanni renunciari; Vt edoceat, quàm fallaciter testari soleat, qui vnico sensu teste, audet proximorum flagitia peruulgare, aut saltem credibilia esse putat. n.44.p.11
Non tam verbis, quàm operibus respondet Dominus se Messiam verum. n.52.p.12
Curat Ioannes Discipulos mittere ad Saluatorem, studens illorum vtilitati. num. 58. p.12

IOANNES II.

Ioannis elogium.

Coram Discipulis Ioannis Christus Præcursoris elogia non prædicat, fugiens adulator haberi. n.10.p.15
Christus Ioannem laudatorem mirificè commendat. n.18.p.16
Ioannis augustissima constantia à Domino prædicatur. n.26.p.17
Ioannem asserit Dominus mollibus non indui vestimentis, vt eius adstrueret innocentiam. n.32.p.18
Angelici Præcursoris elogia perstringo. n. 39. p.19
Super omnes Diuos Ioannem ascendere, ad spirituum properare naturam, Deifica quodammodo decorari ostendo. n.39.p.19

IOANNES III.

Ioannes audiens in deserto.

Anni Cæsaris, Præsidis, Tetrarcharum, Pontificum annumerantur, & tandem finiuntur. n.19.p.323
Christus ac Ioannes mundum in erroribus inuenere, quales Principes, qui regebant illum, obiiciebatur. n.17.p.324
Tiberius, Herodes, Philippus, Lysanias, Pilatus, cuncti scilicet sæculares Principes sub Anna, & Caipha; hoc est, Sacerdotali potestate subduntur. n.34.p.325
Ioanni in deserto commoranti ab omni dependentia abstracto datur verbum euulgandum hominibus. n.46.p.326
In deserto Ioannes vocem Domini audiuit. n.53.p.327
Ioannis mira sapientia virtutum exercitamentis acquisita fuit, non sæculari doctrina perfecta. n.60.p.328

IOANNES IV.

Ioannes in Iordane dicens.

Quod Ioannes verbum in deserto à Domino exaudiuit, ipse pergit in Regione Iordanis euulgare. n.18.p.332
Ioannes prædicaturus Pœnitentiæ Baptismum, non pergit ad Vrbes sed in deserto commoratur; vt cogat auditores ex Vrbibus exire. n.26.p.333
Edocet Ioannes Baptismo Pœnitentiæ dilutum remissione donari: non qui leuiter aqua intingitur. n.33.p.334
Paranda via Domino nascituro. n.40.p.335
An etiam brutis animantibus salutare Christi natalitium appareat. n.56.p.338

Ira.

Quomodo qui irascitur est reus iudicio seu sententia capitali, sicut ille, qui hominem occidit; Puto, quia Ira illicò hominem tradit tortori flagellandum, occidendum, succendendum: ipsa enim horribilis tortor. n.41. p.346
Indicatur, hominem Ira pressum cum bestiis esse annumerandum. n.48.p.347

Iudex.

Edocentur, Iudices, solùm personatum aspicere merita, aut demerita, non ipsas personas intueri. n.30.p.211

Iudicare.

Agnatum dæmoni est, temerè de internis hominum intentionibus iudicare. n.28.p.148
Qui monuerat non iudicandam intentionem, edocet nec externam faciem esse iudicandam; Quia semper errat, qui personarum solummodò facies intuetur, qui rerum adnotat superficies. n.34.p.149

Iudicium temerarium.

Temerarium Iudicium à mendacij piaculo nunquam liberatur? n.16.p.92
Quiuis alienæ luxuriei se Prophetam ostentat. Vbi taxantur censorum falsa Iudicia. n. 37. p.94

Iustitia.

Edocemur opera Iustitiæ occultare, vt soli Deo obsequentes, à Deo, qui videt in abscondito muneremur. n.33.p.266

IVSTITIÆ LEGIS NOVÆ abundantia I.

Iracundia frenanda.

A Christicolis perfectio vitæ maior exigitur, quia augustioribus sunt donati beneficiis. n.14.p.341
Suos Discipulos Magistros futuros, Dominus iubet, Pharisæos vincere iustitia. n.20.p.343
Vt Dominus Discipulos, omnésque Christicolas ab homicidio deterreat, eos curat ab iracundia abstinere. n.27.p.344
Si duo primi gradus iracundiæ, nempè irasci & dicere, Raca, veniales sunt; quomodo eis capitalis pœna assignatur? n.33.p.345
Quomodo qui irascitur est reus iudicio seu sententia capitali, sicut ille, qui hominem occidit. n.41.p.346

Raca nihil significans, plus videtur esse bestiarum fremitus, quàm vox hominis. num. 48. p.347

IVSTITIÆ LEGIS NOVÆ abundantia II.

Vnio fraterna.

Prius ad fratrem nobis conciliandum pergamus, non expectemus eius aduentum exemplo Christi in Euchatistico ipso sacrificio. n.10.p 349

Apud Altare constitutus fidelis, recordatur, fratrem aduersus eum aliquid habere. n. 17. p.351

Iubet Dominus fideles à sacrificij perfectione recedere, vt fraternæ charitatis colligationi dent operam. n.22.p.352

Munus, quod litandum ad Altare fuerat allatum, non refertur ad domum; sed illicò post reconciliationem factam, Domino offertur. n.31.p.352

IVSTITIA IN OCCVLTO III.

Attentionem accuratissimam expetit Dominus, vt inanis gloriæ vitare valeamus insidias; Inanis enim gloria latro est bonorum operum thesaurum abripiens. n.11.p.388

Qui tuba canunt ante se gerentes opus iustitiæ, vt videantur, suam mercedem, id est, ruinam recipiunt; Quid enim ex gloria inani potest exspectari nisi ruina. n.19.p.387

Ad bonorum operum expressionem adeò debes absconditaj inire, vt vel reipsum tuæ fugiat dexteræ operatio. n.25.p.387

Solus cœlestis pater homini reddit præmium obsequij. n.31.p.388

Si Iustitiæ iure filij non sumus quonammodo orare poterimus. n.34 p.452

Iustus.

Ne mireris, si Iustos aspexetis imperfectionibus subiacere obnoxios. n.63.p.72

Nullus adeò Iustus, ac perfectus securus à casu, nullus tutus omnino locus homini fragili; mutabili. n.34.p.115

Nihil crudelius contumelia, ad præcordia nobilis, ac Iusti hominis sauciandа. num.39. p.150

Iustus ac sanctus vir murus est Vrbis, Reipublicæ felicitas. n.33.p.185

Iustorum proprium est, circa legis præscripta excitare quæstiones, Dei viam requirere, salutis gressus vestigare. n.50.p.214

L

Labor.

QVò sanctior quis, eò dirioribus Laboribus assolet agitari. n.23.p.8

Laborum sustinentia haud potest à Dei præsentia separari, Deum trahit ad vincula. n.39. p.10

Deus laborantibus, & plorantibus illicò manifestatur. n.28.p.34

Ibi adest Deus, vbi fideles Laboribus agitantur, Templum enim Dei sunt, in quo oporter filium Dei esse. n.34 p.35

Quis non se captum profiteatur, dum Deum pro se actum Laboribus oblecerit. num. 45. p.52

Quàm stultus, qui post vitiorum immensos Labores, æterno labori est addicendus? n.96. p.58

Peccator miserè illigatur, turpissimè Laborare cogitur. n.26.p.175

Crux tam gloriosa est, vt per gloriam ad ipsam sit pergendum. Si vel conatus ad Labores beati, quid ipsi labores? nam gloria crucis Ineffabilis! n.13.p.182

Taxantur, qui ex ministerio Euangelico, quod Laboris est, reiiciunt; quod commodi, assumunt. n.7.p.290

Lacryma.

Compendiaria Lacrymarum via ad sanctitatis verticem. n.79.p.88

Eæ, solummodò laudabiles Lacrymæ, quæ ad diluenda crimina profunduntur. num. 21. p 264

Latro.

Aptè memoria mortis sub latronis appellatione inducitur; Latronis insidiæ nunquam non timendæ, mortis memoria à mente nunquam ableganda. n.37.p.273

Vide, *Mors.*

Laudator.

Qui adulatur, magis persecutor, quàm Laudator ostenditur. n.10.p.15

Christus Ioannem Laudatorem mirificè commendat, edocens nobilitate conspicuos longè debere superare laudatores, benefactoresque suos in laudum, ac beneficiorum retributione. n.18.p.16

Laus.

Illa egregia Laus, quæ ex alieno ore procedit: propria laudatio, vituperium. num. 19. p.183

Lazarus.

Quanta cœcitate laborabant Principes cogitantes interficere Lazarum, quem suscitare poterat occisum, qui mortuum ad vitam reuocatat. n.16.p.157

Cogitant inuidi Principes non solùm Christum, sed & Lazarum de medio tollere. n.23. p.158

Principes Sacerdotum expetunt de medio tollere Lazarum, vt adulatione Cæsaris animum demulcerent. n.35.p 160

Libido.

Hæc merces earum, quæ Libidini seruiunt, semper premi inopia. n.74.p.55

Lilium.

Vt Dominus pulchrum Liliorum indumentum ostenderet, Salomonis vestibus aptè comparauit; quia Principis solius est, indumenta pretiosa ostentare. n.22.p.367

Litania.

Multorum oratio potentissima, difficilè quidquam, imo impossibile, quodammodo, perficit: Vbi de communibus Litaniarum precibus. n.30.p.479

Loqui.

Parum assolet Loqui, qui multum assolet operari. n.65.p.249

Lucrum.

Grauissimum piaculum, grauissimæ agnatum vindictæ est, in Ecclesiasticis muniis Lucris temporariis studere. num. 36. p.107

Nil

Nil sic compungit auaros, quàm pecunia eis Lucra prohiberi. n.14.p.111

Tam indecens fideli Lucrorum captandorum affectatum studium, (auaritiæ planè filius,) vt nec voluerit Dominus nominare. n. 14. p.366

Nihil sic impedit animorum profectum, quàm Euangelij ministros temporariis Lucris studere. n.23.p.422

Lux.

Vera Lux, mentis oculos aperit, ad peccatorum cognitionem. n.9.p.120

Magistri Euangelici mundi Lux fulgentissima quodammodo Deitate conspicui. n.27.p.122

Luxuries.

Luxuriei addicti, indigni ob vilitatem, qui nominentur. n.50.p.52

Luxuries meretriculæ aliis perniciem ministrantis, totius iniquitatis gerit epilogum. n.82.p.56

Alliciantur ad frequentem Communionem, qui Luxuriei flamma absumuntur. num. 41. p.82

Quiuis alienæ Luxuriei se Prophetam ostentat. Notantur censorum falsa iudicia. n.37.p.94

Hostis Luxuries non bello adorto, sed fuga vincendus. n.51.p.96

M

MAGDALENA I.

Magdalenæ conuersio.

PRæstantissimum diuinæ potentiæ Iesv documentum fuit, peccatricem esse conuersam. Ideò Euangelista præmisit particulam, *Ecce.* n.29.p.80

Magdalena appellatur Meretrix, non quia scortaretur: sed quia nobilis mulier vni amasio se tradidit. n.35.p.81

Cognitio seu meditatio Iesv accumbentibus in mensa Euchatistica sufficit, vt impudica Magdalena nuncium remittat voluptati.n.41. p.82

Magdalena conuersioni illicò, vt cognouit, seo audiuit Dei vocem, studuit, haud differre curauit. n.48.p.83

Magdalena nuncium voluptati remittit, cum potetat indulgere voluptati. n.54.p.84

Huiusmodi pœnitudinis portentum penè cœpit in Magdalena, & in ea quodammodo terminatur. n.61.p.85

Retrò stat verecundiæ diro vulnere affecta, vt pudoris martyrium liter Saluatori. n.66.p.86

Nec aliena domus, nec conuiuatum apparatus, nec pudor fœmineus Magdalenam ab vnguentis recedentem impediunt, ne faciliter accedat ad Christum. n.74.p.87

Magdalena incipiens à lacrymis, illicò ineffabilia virtutis incrementa exponit. num.79. p.88

Magdalena, vt deperditam possit gratiam recuperare, multa præstat obsequia. n.85.p.89

MAGDALENA II.

Magdalenæ impugnatio, & defensio.

Pharisæus temerè iudicans Iesvm, ac Magdalenam manifestè mendax obiicitur. n.16.p.92

Confundit Christus Pharisæum murmuratorem, mitificè Magdalenam collaudat. n.23. p.93

Amor Iesv in Magdalenam conuersam eum excitat ad eius laudes vberrimè proferendas. n.31.p.94

Pharisæus ipse Magdalenæ impudicitiam velut Propheta taxat. n.37.p.94

Iubetur Magdalena, à via veritatis in viam scandali vlterius non labi. n.44.p.95

Nec bellum vult Deus à Magdalena pristinis indici voluptatibus. n.51.p.96

Peccatrix in ciuitate scandalum omnino iubetur auferre. n.57.p.96

Magister.

Ille strictiori iure sanctitudine debet ornari, qui aliorum Magister exsurgit. n.2.cap.343

Malitia.

Aliquorum peccatorum Malitia tanta est, vt vel Deo quodammodo impossibilis videatur. n.39.p.167

Mandatum.

Mandatum diligendi proximum sicut teipsum, est secundum & primum; Debes enim proximom amare, vt Dei consequaris amicitiam. Vt ergo amicus sis Dei, proximum diligere satage; Deus non amatur, si proximus non diligitur. n.68.p.438

Mammona.

Mammona est Dominus, quem sustinent acquirendis diuitiis studentes. n.34.p.360

Difficile quis Mammona pondus valebit sustinere. n.42.p.361

Vide, *Diuitiarum seruitus.*

Mansuetudo.

Mansuetudo Præsulis trahit subditos ad obsequium voluntarios. n.39.p.176

Correptio Præsulis, vt proficiat, amore, & Mansuetudine debet exundare. n.34.p.396

Maritus.

Vir ille Maritus erat Samaritidis Impudicæ, ideo planè impudica fœmina erat, quia ille non suus erat vir, sed alteri hærebat amasiæ, qualis enim coniux ostenditur, talis alter assolet ostentari. n.133.p.62

Mendacium.

Nunquam temerarium iudicium à Mendacij piaculo liberatur. n.16.p.92

Misericordia.

Humanitati Iesv agnata omnimoda Misericordia. n.35.p.135

Vir Misericors & Dei æmolator non omnibus semper parcit: sed post expectationem demum punit. n.67.p.405

Mors.

Mortis memoria nos efficit erga proximos subleuandos, admodum munificos. n.6.p.269

Æruginis, ac tineæ, id est, Cinerum apte memoria geritur, cum ieiunium indicitur; Facilis namque ieiunij molestia ei, qui cinerum recordatur. n.12.p.270

Metallorum fortissimorum mors est ærugo, æruginì subiacet fortitudo. Vbi docemur, mortem superbiæ nostræ supercilia deprimere. n.17.p.275

In ærugine, in tinea, in latronibus, seu in memoria Cinerum, Deus homini exhibuit aduersus omnes hostes inuisibiles armamentum. Vndique si hostibus agitaris, cur memoriæ mortis gladium non stringis? n.24. p.272

Mortis memoria ad abluendam conscientiæ faciem obiicitur, Quia cinerum memor & se ab iniquitate expedir, & virtuti præstat obsequium. n.30.p.272
Aptè memoria mortis sub lattonis appellatione inducitur; Lattonis insidiæ nunquam non timendæ, mortis memoria à mente nunquam ableganda. n.37.p.273
Tinea purpureæ vestis mors homines efficit à superbia cadere; Flocci enim facit honores, qui cogitat, se breui moriturum. n. 43. p.274
Ærugo metallorum exitium, homines cogit ab auaritia, seu diuitiarum amore eripi; Nihil enim pendit diuitias, qui cinereum terminum meditatur. n.49.p.275
Latrones, seu deliciarum ac voluptatum terminus, à luxurie homines auertunt. Nam meditatione mortis periere cupidinis artes. n.57.n.276
Egregia ad Mortem præparatio est mori; in vna enim morte instrueris ad alteram. n.61. p.307

Mulier.

Quid Sacerdoti cum Muliercula impudica? quid Ecclesiæ ministro cum meretricula, dum eius spiritualis salus non geritur? n.26. p.67

Mundus.

Nulla Mundi requies vera, nulla è labore in terra quies. n.67.p.54
Qui Mundo placere nititur, tristitia premitur; Dei obsequio hæresciт lætitia. n.14.p.263

Murmurator.

Nunquam vel apud domesticos, calumniatores, aut murmuratores Regi, Domino, aut parenti defuere. n.15.p.128

Mysterium.

Non sapientibus mundi, sed insipientibus Dei fuere reuelata mysteria, in sapientium confusionem. n.20.p.174

N

Necessarium.

QVò quis augustior, eò efficacius superflua reiicit, Necessaria solummodo admittens. n.47.p.161

Negotium.

A negotiatione spirituali incipiendum est, vel ad temporalium prosperitatem Negotiorum. n.14.p.103

Nobilitas.

Vera Nobilitas, non à maioribus, sed à moribus deriuatur. n.19.p.225
Apud Deum illa Nobilitas, illa propinquitas æstimatur, quæ ex virtute fulgurat. n. 15. p.233
Agnata Nobilitatis sublimitati humilitas. n.32. p.311

Nox.

Ex silentio Nocturno orationis necessaria exponitur attentio. n.28.p.469

O

Obduratio.

MOx non exequi Dei vocem pœnitentiam monentis, idem est, ac præcordia Obdurati. n.48.p.83

Obedientia.

An vile IESV Dei Filio, Parentibus hominibus Obedientiam præstitisse? Absit, obedientia quid augustum est, vel viles homines maximè illustrans. n.47.p.56
Viam proficiendi IESVS edocet obedientiam esse: In Religione quidem ille virtutibus fulgentior apparet, qui virtute obedientiæ plus addictus obiicitur. n.53.p.57
Religiosis, subditisque omnibus sit ad Obedientiæ difficilia quæque irrefragabilis ratio: Deus iubet, qui præest exemplo. n.24.p.375
Indicitur subditis prompta Obedientia ad nutum siue signum superioris voluntatis. n.44. p.425
Deus subditur hominibus, & dedignaris Obedire maioribus? n.40.p.55

Obiurgatio.

Obiurgatio Concionatoris, quò generalior, eò mitior est. n.49.p.151

Obsequium.

In Templo nihil gerendum, quod ad Dei Obsequium non attineat. n.34.p.140

Occasio.

Qui non curat Occasiones fugere, haud potest vera pace potiri. n.57.p.96
Pœnitentes omninò à criminum Occasione recedant, si student veræ affectui pœnitudinis. n.25.p.243
Vt crimina non perpetrentur, originem eorum tolli ab animo oportet. Vbi de Occasionibus delicti fugiendis. n.27.p.344

Odium.

Odio insequeris inimicum? quàm ingens damnationis documentum. n.29.p.376
Qui inimicos Odio prosequitur, omninò à Dei cognatione excluditur. n.88.p.384

Opus.

Potest quis desiderio permagna Operari. n.29. p.113
Parum assolet loqui, qui multum assolet Operari. n.65.p.249
Testimonium à rebus, ab Operibus credibilius existit. n.52.p.12
Inanis gloria latro est bonorum operum thesaurum abripiens. n.11.p.388

Oratio.

Reuerentia præmissa, facilè à Deo impetrabis, quidquid Oratione requisieris. n.158.p.63.
Orationis instantia ita Deus delectatur, vt moras exerat elargitio, vti preces producantur. n.9.p.251
Ille in Christi nomine precatur, qui nihil terrenum consequi curat, sed soli Deo placendo litat intentionem; Vbi ostendo, orare, & non orare eum, qui terrenis postulat commodis donari. Non orat, quia nihil petit. n.21.p.450
In nomine IESV petit, qui à terrenis cunctis abstractus, ne distrahi possit, studium orationi impendit. O quàm facilè impetrat, qui mentem collecturus, ab omnibus visibilibus, cùm orat, abstrahitur? n.28.p.451
Prima sit orationis nostræ efficacis conditio, vt Patrem iam filij ipsi postulemus. Si enim iustitiæ iure filij non sumus quonammodo orare poterimus. n.34.p.452
In nomine Saluatoris non petimus, quidquid rogamus contra rationem salutis. Monemur orationis materiam vnicum salutionis negotium esse debere. n.43.p.454

Orationem sequitur gaudij plenitudo ex omnium munerum collatione. Cuncta enim bona precibus acquiruntur, vnde plenum sit gaudium exorantis. numero 49. pag. 455

Cur Dominus innuit, absque intercessione sua nos consecuturos à Patre quidquid petierimus? Certè vt exprimat orationis vim, quæ prece non indigeat Dominica quodammodo, si Deo ipsi vim inferre videatur. num.55. p.456

Non dicit, Accipitis, sed Accipietis: ne desperent, si illicò orantes non acceperint, quod deprecantur. Sæpè enim oranti munera differuntur, vt Deus diutius precum nostrarum suauissimo concentu potiatur. num.62. pag. 457

Amicus surgit, vt ad amicum panes petiturus accedat. Prima Orationis conditio, vt amicus Dei sit, qui precatur. numero 12. pag. 467

Ab amico tres panes amicus commodatos postulat: à Deo petimus omnibus donari. Munificentissimè enim Deus cunctis bonis cumulat peccatores. numero 20. pag. 468

Pergens media nocte amicus ille aptè ad petendum describitur. Vt ex silentio nocturno orationis necessaria exponatur attentio. n.28. p.469

Tres panes petit, & amico, & famulo amici, & sibi quidem, qui à cœna abstinuerat. O quam aptè ad orationis efficaciam se ieiunio munierat? n.39. p.470

Primo clamanti Dominus illicò respondit amico, nec enim Israëlu custos dormit. Docemur certissimè Deum orationes nostras exaudire. n.48. p.471

Si Deus amicus; si Pater, quare differt necessarios panes largiri petenti. Profectò vt perseueret orans, quia mirum in modum nostris orationibus delectatur. numero 58. pag. 472

Licet importunè amicus accessit, tamen propter instantiam precum ei panes necessarij sunt traditi. Docemur orationis ineffabilem efficaciam. n 68. p.473

Edocet Dominus verborum aceruatione, orationis instantiam, vt impetrare valeamus. Perseuerantı enim in precibus Deus cuncta largitur; sæpe autem non consequimur, quia non perseueramus. num.9. pag. 476

Cur Dominus munificentissimus cupiens donare, quod petimus: monet nos, sæpe postulare! & non illicò concedit? Profectò vt ardentius exoremus, & desideratum munus gratius nobis existat. num.17. pag. 477

Non solum requiritur, vt petas orando: sed oportet pulses operatione; vt consequaris. Efficax enim sola illa oratio, quæ ab operante rectè, procedit. numero 23. pag. 478

Non vsus est Dominus singulari: Pete, quære, pulsa: sed plurali, petite, quærite, pulsate, vt commmunitatis commendet orationem. Profectò multorum oratio potentissima, difficilè quidquam, imò impossibile, quodammodo, perficit: Vbi de communibus Litaniarum precibus. num.30. p.479

Pater hominum Deus panem, ouum, piscemque dat, siue spiritum bonum: non autem lapidem, serpentem, aut scorpionem, id est, noxia quæque. Edisce, Deum sæpe abnegare, quod petimus; quia saluti contrarium est. n.40. p.480

Nisi Oraturi, ac docturi concordia fuerint colligati, nec à Deo exaudientur, nec proximo proficient. n.16 p.404

Quidquid Euangelij ministri petierint pro salute corrigendorum, impetrabunt. Tanta enim orationis efficacia, vt vel Ethnicis, ac publicanis, penè desparatis, corrigendis, ac conuertendis vim exerat. numero 22. pag. 405

P

Palma.

NOn tapetibus viæ sternuntur, sed Palmarum ramis, ad victoriam Domini celebrandam; Deus enim non fuco, sed naturali compositione delectatur. num.29. pag. 159

Parens.

Filiorum ærumnæ magis Parentes, quam ipsos filios tolerantes assolent afficere. n.37. p.245

Edocentur parentes spirituali filiorum incommodo discruciari, & diligentissimè adhibere vulneri medicamina. num.43. pag. 46

Pascha.

Venit hora lætitiæ, & Paschatis Iesu, cum venit mortis hora; Verum enim Pascha lætissimum planè tanto amatori, pro dilectis occumbere. n.24. p.302

Passio.

Passio & Crux clarificauit Christum, id est, eum fecit Dei filium ostentari. numero 16. pag. 165

Passionis hora specialissimè nota Christo, & specialissimè eius hora nuncuparur; Dulcissima enim tam egregio amatori hora, in qua pro hominibus liberandis pati deberet: nulla Domino in Passione, ac morte amaritudo videtur extitisse. n.16. p.302

PASTOR I.

Pastor pro ouibus moriens.

Nihil sic boni Pastoris ingenium commendat, quam dandi non accipiendi proprietas. Edocentur præsules, se subditis munificos ostentare, non lucri vllius studiosos. num.13. pag. 411

Se bonum Pastorem asserens Dominus, illustrissimum, de se prædicauit elogium. Probus enim præsul in ipsius Dei cedit vulitatem, eum regnare quodammodò faciens. num.20. p.412

Pastoris nomine ineffabilis Dei pietas in subditas ouiculas designatur. Moneo præsules, debere se subditis non dominos, sed patres, imò matres exhibere. numero 24. pag. 413

Quam rari boni Pastores, si boni Pastoris insigne est, vitam pro ouibus vltroneè impendere. Quonammodo animam pro ouibus dabit, qui substantiam recusat exhibere? num.31. p.414

Non monet Dominus expressè, proprium esse boni Pastoris, subsidia temporaria quibus impertire: quia id essentiale præsulatus muneri est. Edocentur præsules, ex eo, quod Pastores sunt, debere ouium prouidere temporariæ egestati. num.37.pag. 415

Mercenarius, cuius non sunt propriæ oues, videt lupum cùm venit. At Pastor bonus, antequam venit, venturum videt, & prouidet gregis incolumitati. Illustris præsulis est, præuidere, velut prophetico spiritu, subditis obuentura mala, vt studeat auertere. num.42. p.416

Lupus vt possit oues rapere, curat eas dispergere. Gregis enim, seu communitatis exitium est, ouium, siue fratrum diuisio. num.49.pag. 417

Ineffabilis in Pastore cœlesti, etiam cùm iratus obiicitur, mansuetudo elucet; quia videlicet pertinet ad eum de ouibus. Moneo præsules, nunquam non subditorum ostentari, Pastores benignitate affectos, etiam cum erroneis ouiculis. num.57. pag. 418

PASTOR II.

Pastoris cœlestis proprietates.

Multa exprimit Dominus requiri, vt quis bonus Pastor ouium Ecclesiæ asseri possit. Vnde datur colligere: præsulum onus esse magis, quàm honorem validissimis humeris omnino formidandum. Idem planè est præsulem fieri, ac neci addici. num.15. p.421

Se verum Pastorem ostendit, dum asserit, se ea dilectione erga oues munus gerere: non lucris propriis inhiantem. numero.23.pag. 422

Probat se euidenter Dominus bonum Pastorem amatorem quidem ouium, dum eas laborando visitat, & moriendo redimit. num.33.pag. 423

Bonus Pastor oues agnoscit, quia eas ipse visitat, nec Vicariis (plerumque mercenariis) inuisendas committit. numero 38.pag. 424

Oues, seu subditi perfectè agnoscunt Pastorem, seu illi obediunt quasi cognitionis, non operationis externæ velocitate. num.44.pag. 425

Paterfamilias.

Præclari Patrisfamilias est, subditos, ac filios suos ad Dominum adducere. num.58.pag. 12

Non potest se verè probare amantem, qui non patitur. n.39.p.50

Pax.

Qui non curat occasiones fugere, haud potest vera Pace potiri n.57.p.96

Nil sic præcordia roborat aduersus incommoda, quam donum pacis. n.30.p.192

Pax Christi relicta.

Discipuli, qui absente Domino conturbantur, præsente ipso liberantur à conturbatione. n.18 p.191

Vt Discipulos metu affectos ex impugnatione Iudæorum reddat milites validissimos, eos pace donat. numero 30. pag. 192

Vt Dominus, qui gloriosus resurrexerat, à Discipulis posset agnosci, ostendit eis non fulgores immortalitatis, sed mortalitatis stigmata. n.38.p.193

Reseruauit Princeps noster vulnerum cicatrices, vt ereatutis subditis medicamenta præparaeret. n.44.p.194

Iterat Dominus pacis præconium, vt ostendat se Cruci affixum fuisse, vti mundum pace vera donaret. Ille etenim Princeps egregius est, qui abundantiori pace regnum donauit: non qui fortius eum hostibus certamen instituit. n 49.p.195

Cùm Christus Discipulos pace donat, ostendit eis vulnera belli; quibus fuit acquisita pax. Etenim pax non stabilitur, nisi post bellorum incommoda, post vulnerum pericula. n.54. p.196

Viso IESV consequentæ vi Discipuli afficiuntur exultatione. n.61.p.197

Pax est bonorum omnium epilogus. num 22. p.352

Peccator, Peccatum.

Taxantur, qui ex impossibilitate Peccandi curant agere (haud semel fictam) pœnitentiam. n.54.p.84

Præsules, ac spirituales parentes debent subditorum aperire delicta, sine pudore Peccatoris. n.103.p.59

Præstantius argumentum est, vt Christum Dei filium profiteatur, conuertisse ad se Peccatores, quàm mortuos suscitauisse. num.29. pag.80

Dum videris Peccatorem magnum fuisse venia donatum, ne fallaci fortasse spe affectus, audeas adhuc indulgere peccatis. num.61. p.85

Exitialis admodùm Peccatorum societas. n.48. p.108

Peccatores publicè sedentes, & exulgantes crimina scandalo oborto, specialissimè inuisi sunt Conditori. n.42.p.115

Peccati tenebræ cum IESV fulgentissimo luminari vna in sede non commorantur. n.22. p.121

Aliquorum Peccatorum malitia tanta est, vt vel Deo quodammodo impossibilis videatur. n.39.p.167

Peccator miserè illigatur, turpissimè laborare cogitur. n.26.p.175

Opus ne Deus vnico Peccatore habet? Necessarius ne homuncio conditori? Tanti ducit Deus vnum hominem, vt cum ipso quodammodo omnia possidere videatur: sine ipso nihil? n.33.p.175

Peccatum verum animi bellum, omnium incommodorum est colligatio. num.14 pag. 200

Verbis dulcibus, non vulneribus Peccatoris durities est emollienda. n.32. pag.202

Peccator obduratus licet, qui Christo accedit, citò desinit esse peccator. n.38 p.203

Dominus

Dominus sie voius Peccatoris amissione affici solitus, ac si omnibus hominibus priuaretur. n.27.p.226

Taxantur, qui post iunumerabilia grauissima Peccata putant leuissimam pœnitudinis sufficere diligentiam. numero 33.pag. 334

Peccati venialis reus paulatim decidit in lethalia. Vnde admisso veniali, quasi iam constat, (in dispositione, & velut morbi apparatu,) mortalis culpæ pœna. num.33.pag. 345

Peccatores de anima viliter sentientes, cum ea sic se gerunt, ac si corporis commoda tractarent. n.59 p.363

Si de quolibet peccato, quod committitur, sermo est, quare Dominus dixerit, nos eos corripere, qui in nos peccauerint; Certè quia nullum Peccatum perpetratur, quod contra nos non sit: cum omnes propter vnius delictum sæpè hic puniamur. num.15.pag. 328

Oportet, erga Peccatores longanimitate, ac pietate vti, ad eorum correctionem. num.62. p.400

Permittens Deus homines addere peccatis Peccata, eos seuerissimè punit; peccantium enim crimina supplicia horribilia existunt, n.11. p.445

Peccator hic auctor est æterni supplicij, quo torquendus æternùm est in gehenna. num.19. p.445.

Supplicio non cohiberi peccatorem, aut mox nun puniri, maxima condemnatio: quo enim tardiora supplicia, eo grauiora. num.24. pag. 443

Peculium.

Sumptuum ostentationes cum Peculio sunt mensurandæ. n.61.p.179

Perfectio.

Oportet spirituales viros, à cognatis recedere, si Perfectionis viam velint inoffenso pede percurrere. n.43.p.19

A Christicolis Perfectio vitæ maior exigitur, quia augustioribus sunt donati beneficiis; Nam qui accepit maiora munera, debet vberiorem perfectionis studiosus, gratitudinem exhibere. n.14.p.341

Perseuerantia.

Perseuerare debet orans, quia mirum in modum nostris orationibus delectatur Deus. n.58.p.47

Perseueranti in precibus Deus cuncta largitur; sæpe autem non consequimur, quia non perseueramus. n.9.p.476

Persona.

Principes, Iudices debent, solùm personarum aspicere merita, aut demerita, non ipsas personas intueri. numero 30. pag. 211

Commendatio IESV prædicatoris docentis Dei viam in veritate, maxima, personas non aspicere. Reges enim, Proceres, Equites, pauperes egregio Concionatori æqualiter obiiciuntur: non vt tales personæ, sed vt peccatores. n.37. p.212

Pertinacia.

Est eorum, qui non sciunt, tenaciter suis votis hærescere. n.61.p.315

PHARISÆI I.

Pharisæi tenebræ.

Postquam Scribæ, & Pharisæi, qui adulteram mulierem adduxerant recessere, adsunt adhuc qui calumniandi, ac detrahendi Saluatori officium explent. n.15.p.118

Christus fert testimonium de se ipso luce mundi, quod sapientes Hebræorum Magistri non cognouere. n.22.p.129

Inuidi Pharisæi videntes IESVM diuinitus operantem, Deum esse non videbant. numer.30. pag.130

Christus Deus & homo aptè asserit, se non iudicare homines. n.35.p.131

Vt probet Dominus verum esse, quod de se ipso tulit, testimonium, asserit se Dei Patris Filium verum existere. numero 41.pag. 132

Iudæi Christum IESVM non agnoscentes, nec habentes, Patrem consequenter non habent, & cunctis bonis necessariò priuantur. n.48. p.135

PHARISÆI II.

Pharisæorum quæstio.

Vt Pharisæi Christum deciperent, visi, sunt proficere posse, si Herodianos aulicos allocuturos eum immitterent; Ad seductionem enim (si possibilis esset) IESV nil aula accommodatius. n.10.p.208

Exerunt Pharisæi dæmonis personam, qui quidem vt tentet, genio se accommodat eorum, quos aggreditur. numer.18. pag. 109

Optimus Princeps, Præsul, Iudex IESVS; cui nulla de aliquo cura, vt respiciat personam. n.30.p.211

Commendatio IESV prædicatoris docentis Dei viam in veritate, maxima personas non aspicere. n.37.p.212

De aliquo mundiali commodo, diuitiis, honore non curat, qui veritatem possidet. num. 44. p.213

Pessimi hi Herodiani se simulant legis inquisitores, vt operiant nequitiam. numer.50. pag. 214

PHARISÆI III.

Cæsarij tributi iustitia.

Herodianorum crimen aptè Dominus nequitiæ aeri nomine designauit; Tributorum enim exactores assolent reliquos peccatores iniquitate superare. n.10.p.216

Iusta tributa Imperatoris sunt, quia ad subditorum commoda erogantur. num.18. pag. 217

Cæsari ipsi reddenda tributa, non exactoribus. Heu hac tempestate exactoribus redduntur tributa, imo ipsi sibi vi deprædantur. n.26. p.218

Non sunt danda Cæsari, quæ Dei sunt. n.35. p.219

PHARISÆI IV.

Pharisæorum confusio.

Particula *donec* innuit supplicij tarditatem. Cur tam serò Deus ad inferendum supplicium exsurgit? Certè quia permittens homines addere peccatis peccata, eos seuerissimè punit; peccantium enim crimina supplicia horribilia existunt. n.11.p.441

Perpetuo contemptu afficiuntur impij, quia Deum contempserunt delinquendo; Peccator enim hic auctor est æterni supplicij, quo torquendus æternùm est in gehenna. num.19. p.442

Ostenditur impiis supplicium, esse differendum: non quidem propitio, sed irato Numine, Supplicio enim non cohiberi peccatorem, aut mox non puniri, maxima condemnatio: quo enim tardiora supplicia, eo grauiora. n.24 p.443

Dominus ideò quæstionem eis difficilem proposuit, vt interrogarent, qui solutionem ignorabant: & posset Dominus ineffabilem eis dilectionem ostendere. num.30. pag. 444

Pietas.

Fœminæ velocius feruntur ad Pietatis actiones. n 51 p.247

Placere.

Edocemur, non prius curare Placere hominibus, sed Deo; post quem licet dare studium hominibus (in ipso) placendi. num.62. p.38

Pœnitentia, Pœnitens.

Taxantur qui sese promissionibus vacuis deludunt circa pœnitentiam gerendam. num.51. p.70

Mox non exequi Dei vocem Pœnitentiam monentis, idem est, ac præcordia obdurari. n.48. p.83

Contra illos qui ex impossibilitate peccandi curant agere (haud semel fictam) Pœnitentiam. n.54.p.84

Periculosum est Pœnitenti, vel solum respicere statum priorem. n 44.p.95

Pœnitentes debent omninò à criminum occasione recedere, si student veræ affectui pœnitudinis. n.25.p.143

Verè Pœnitens, vt diluatur, debet omnino à vitiis, occasionibúsque eorum semoueri. n.26. p.333

Fallimur, qui post innumerabilia grauissima peccata putant leuissimam pœnitudinis sufficere diligentiam. n.33.p.334

Præcepta.

Taxantur Præsules, qui præcepta, aut leges aggrauant dictaminibus, subditorum planè exitio. n.30.p.285

Difficultas præcepti Christi præcipientis amori linenda. n.13.p.374

Præcursor.

Angelici Præcursoris elogia perstringo. Super omnes Diuos Ioannem ascendere, ad spiritum properare naturam, Deifica quodammodo decorari ostendo. num.39.p.19

Vide, *Ioannes.*

Prædicator, Prædicare.

Ideò peccatores fortasse non conuertuntur, quia Prædicatores haud apertè vitia taxant, sed inaurare curant. n.69.p.73

Efficacius actiones prædicant quàm verba. n.77.p.318

Vide, *Concionator, Euangelij, Minister.*

Præparatio.

Assero egregiam ad mortem Præparationem esse mori, in vna enim morte instrueris ad alteram. o.61.p.307

Præsul.

Præclari Præsulis, Domini, ac Patrisfamilias est, subditos, ac filios suos ad Dominum adducere. n.58.p.12

Oportet Præsules, ac spirituales parentes subditorum aperire delicta, sine pudore peccatoris n.103.p.59

Deus dum omnium se Dominum communiter profitetur: edocet Præsules omnium futuros subditorum. n.35.p.123

Præsul subditorum sustinet passiones, eorum ponderibus grauatur, compatiens ipsis. n.22. p.165

Mansuetudo Præsulis trahit subditos ad obsequium voluntarios. n.39.p.176

Ille commendabilis Præsul, qui non sui, non vnius, sed subditorum omnium vtilitati studet. n.69.p.180

Præsulum salutarem præsentiam commendo, absentiam exitialem taxo. numero 58 pag. 191

Hominum proprium est, quod gloriosum est in proximo, seu Præsule non attendere; quod fragile & abiectum est, aspectare. n.38.pag. 193

Præsulis prudentis est, supponere vel probatissimos subditos posse ægrotare seu delinquere. n 44.p.194

Moneo Præsules, confidentia subditos cogi ad virtutem. o.16 p.282

Taxantur Præsules, qui præcepta, aut leges propriis aggrauant dictaminibus subditorum planè exitio. n.30.p.285

Monet Dominus suos Discipulos, ne audientes & gerentes quæ traduntur dogmata à Pharisæis, eorum opera non imitentur; Facillimè enim imitamur Præsulum exemplum, quod quidem lex viuens existit. numero 36. pag. 286.

Præsulum proprium est seruire eis, qui eorum ditioni addicuntur. numer.41. pag. 312

Subditorum piacula arguunt Præsulum iniquitatem. n.17.p.324

Correptio Præsulis, vt proficiat, amore & mansuetudine debet exundare. num.34.pag. 396

Taxo Præsules, qui curiis assident à diœcesi absentes: quique nunquam vel rarò oues curant inuisere. n.38.p.424

Preces.

Tunc veraciter rogate Dominum dicimur, quum adimus mediatores, & simul operibus Precamur. n.40.p.228

Sæpe oranti munera differuntur, vt Deus diutius Precum nostrarum suauissimo concentu potiatur. n.62.p.457

Princeps.

Cuncti curant Principum auribus, profusa adulatione assentari. n.35.p.160

Nil

Nil sic Principem, seu virum nobilem manifestat,ac humilitatis submissio. num.47.pag. 177

Taxo Principes, qui non sunt omnium singulariter subditorum. n.55.p.178

Ille commendabilis Princeps, qui non sui, non vnius, sed subditorum omnium vtilitati studet. n.69.p.180

Princeps dignus plausu qui subditos scit concordia,ac pacis vinculo colligare. num.16. p.184

Principis prudentis est, supponere vel probatissimos subditos posse ægrotare seu delinquere. n.44.p.194

Ille Princeps egregius est, qui abundantiori pace regnum donauit: non qui fortius cum hostibus certamen instituit. num.49. p.195

Taxantur Principes, qui ab Ecclesiasticis tributa exigere tentant. n.55.p.219

Principatus.

Quanta Regnorum instabilitas! Vix Principatus incipit,cum terminatur. num.19.pag. 323

Promissio.

Taxantur ij,qui sese Promissionibus vacuis deludunt circa pœnitentiam gerendam. n.51. p.70

Dei promissio tam infallibilis est, (si obicem non apponat iniquitas) vt, executioni iam data videatur. n.22.p.334

Propinquus.

Prouidentissimè Virgo adiudicabat, IESVM inter cognatos,& notos commorari, Vt Magister cœlestis edoceret, speciali studio Propinquis benefacere. n.37.p.28

Proximus.

Non sunt laudabiles aliquorum spiritus (seu aptius vocitem auaritiam) qui sibi satagunt Deum,seu cœlestia dona retinere, Proximorum non curantes vtilitatem. num.31. p.27

Inuidia pressus homo agnoscere non vult ea ipsa,quæ videt pulchra, & dignoscit in Proximo. n.30.p.130

Hominum proprium est, quod gloriosum est in Proximo, non attendere: quod fragile & abiectum est,aspectare. num.38.pag. 193

Quam commendabilis est ille, qui postquam profecit in meritis,curat Proximorum studere acquisitioni. n 30.p.235

Mortis memoria nos efficit erga Proximos subleuandos, admodum munificos. num.6. p.269

Qua velocitate vel debemus, vt proximum extrahamus à crimine. numero 49. pag. 398

Nisi oratori,ac doctori concordia fuerint colligati,nec à Deo exaudientur, nec Proximo proficient. n.56.p.404

Dilectio in proximum vera ostentatur, cùm eum velut nos ipsos amamus; Nam opera, quæ in illum conferimus,veram comprobant charitatem. n.51.p.436

Eadem commoda debemus desiderare proximo, quæ nobis expetimus; Hoc enim est proximum vt te ipsum amare. Quàm ab huiusmodi præcepto abstractus, qui cuncta sibi commoda adscribit, nullum proximo? n.59. p.437

Mandatum diligendi proximum sicut teipsum, est secundum & primum; Debes enim proximum amare, vt Dei consequaris amicitiam. Vt ergo amicus sis Dei, proximum diligere satago; Deus non amatur, si proximus non diligitur. numer. 68.pag. 438

Pudor.

Retrò stat Magdalena verecundiæ diro vulnere affecta, vt pudoris martyrium licet Saluatori. Pudor perpetrati criminis apud nobilis animi præcordia diri vulneris superat grauitatem. n.66.p.86

Nec aliena domus, nec conuiuarum apparatus, nec Pudor fœmineus Magdalenam ab vnguentis recedentem impediuit, ne faciliter accedat ad Christum, Cordis enim idola qui proiicit,facillimè Domino colligatur. n.74. p.87

Punire.

Qui aliorum plectit delicta, omnino sese debet innocentem præstare. num.21. pag. 147

Vir misericors & Dei æmulator non omnibus semper parcit: sed post expectationem demùm punit. n.67.p.401

Puritas.

Quanta sit Puritate præmissa,Dominicum corpus recipiendum. n.51 p.230

Rursus. Ad digniorem Eucharistiæ sumptionem, magna Puritas præmittenda est. n.72. p.317

Q

Quæstio.

IVstorum proprium est,circa legis præscripta excitare quæstiones,Dei viam requirere, salutis gressus vestigare. numero 5n. pag. 214

Quies.

Nulla mundi requies vera,nulla è labore in terra Quies. n.67.p.54

R

Raca.

RAca quid. n.7.p.341

Raca nihil significans,plus videtur esse bestiarum fremitus, quam vox hominis.n.48. p.347

Ratio.

Ratio apud Principes iustos plus valet qualibet intercessione. n.10.p.252

Reconciliatio.

Reconciliationis fratrum dogma. num.1.pag. 348

Quàm acceptabilis Deo Reconciliatio fratrum. n.2.ibid.

Reconciliationis celeritas. n.3.ibid.

Perfectius munus Deo offert, qui ad fratrem pergit, quàm qui litat. n.4.ibid.

Quærendus rogandus frater auersus. num.5. p.349

Ethnici exemplum. n.6.ibid.

Quanti Deus vnionem fratrum duxerit. n.7. ibid.

Discordes ab Eucharistia recedant. n.8.ibid.

Quonammodo absente fratre ei sint reconciliandi communicaturi. n.9.ibid.

Prius ad fratrem nobis conciliandum pergamus, non expectemus eius adnentum exemplo Christi in Eucharistico ipso sacrificio; Porrò Christus in Eucharistia prior venit ad nos, rogat, inuitat, allicit ad Reconciliationem, & pacem. n.10.p.349

Regnum.

Quanta Regnorum instabilitas! Vix Principatus incipit, cùm terminatur. num. 19. p.323

Religiosus.

Religiosi Euangelij ministri, possunt securitate frui, dum inter peccatores, commorantur. n.31.p.9

In Religione quidem ille virtutibus fulgentior apparet, qui virtute obedientiæ plus addictus obiicitur. n.53.p.37

Seruire Deo, & sæculo est impossibile. Vnde Religiosi propinquorum aut amicorum litibus, aliisve occupationibus ab instituto alienis curam impendentes taxantur. n. 17. p.358

Indicitur Religiosis, spiritualisque instituti alumnis omnium sæcularium rerum tenunciatio. n.50.p.362

Religiosis, subditisque omnibus fit ad obedientiæ difficilia quæque irrefragabilis ratio: Deus iubet, qui præest exemplo. n. 24. p.375

Reprehensio.

Qui peccatores alios solebat donare venia haud præmissa Reprehensione, adulteram Samaritidem acriter reprehendit. n.109.p.60

Ne facilè, qui Reprehendendi munus gerit, adducatur, ad taxandum subditum, aut proximum ex auditione, aut relatione sæpe fallaci. n.27.p.394

Respicere.

Periculosum est pœnitenti, vel solum Respicere statum priorem. n.44.p.95

Respublica.

Quàm labilis Respublica, vbi cines Templorum religioni non student. numero 19. p.104

Iustus ac sanctus vir murus est Vrbis, Reipublicæ felicitas. n.33.p.185

Tributorum exactores assolent reliquos peccatores iniquitate superare. Moneo Principes vectigalium exactiones pestes esse Reipublicæ, paupetum expilationem. num. 10. p.216

Reuerentia.

Dominum Samarites Christum appellat, cùm experit ab eo aquam viuentem accipere; Reuerentia enim præmissa, facilè à Deo impetrabis, quidquid oratione requisieris. n.138. p.63

Rex.

Rex subditorum sustinet passiones, eorum ponderibus grauatur, compariens ipsis. n. 22. p.165

Sacerdotalis dignitas supra Reges. numero 34. p.325

S

Sacerdos.

Quid Sacerdoti cum muliercula impudica? quid Ecclesiæ ministro cum meretricula, dum eius spiritualis salus non geritur? n.26. p.67

Taxatur Sacerdos qui sese indecenter sæculari subiicit dominatui. n.34.p.325

Salus.

Æternæ Salutis negotium viros expetit constantia præditos: Agnati damnationi inconstantes. n.26.p.17

Monemur orationis materiam vnicum Salnationis negotium esse debere. numero 43. p.454

Edisce, Deum sæpe abnegare, quod petimus; quia Saluti contrarium est. num.40. p.480

SAMARITANA I.

Aqua viuens.

Christus fatigatione afficitur, quia ad dilectam Samaritanæ fœminæ animam properabat; Nec enim potest se verè probare amantem, qui non patitur. n.39.p.50

Sedet supra fontem, vt sitiens Samaritanæ fidem spirituali æstui occurrere possit. Vbi sitim animarum, qua Dominus nunquam non succenditur, confirmo. n.38.p.51

Cœlestis auceps, IESVS, vt illiget Samaritanam, fatigationum, ac laborum laqueos præparat, Et quis non se captum profiteatur, dum Deum pro se actum laboribus obiecerit? n.45.p.52

Huiusce mulieris nomen Ioannes non expressit, quia libidinis morbo laborabat; Luxuriei enim addicti, indigni ob vilitatem, qui nominentur. n.50.p.52

Vnam Samaritidem quæsiturus Dominus fatigatus aduentauit; Vt exprimat, sudores suos & labores sic vni impendere animæ, ac omnibus simul. n.58.p.53

Fatigatus Dominus sedit supra fontem, & sic fatigatus obiicitur, vt accessit; Quia nulla mundi requies vera, nulla è labore in terra quies. n.67.p.54

Post tot libidinis documenta misera Samaritana haud exierat ab statu seruili; Hæc enim merces earum, quæ libidini seruiunt, semper premi inopia. n.74.p.55

Ad impudicam vnam fœminam conuertendam, Dei virtus defatigatur; Ac si luxuries meretriculæ aliis perniciem ministrantis, totius iniquitatis gerat epilogum. num. 82. p.56

Petit vt det, aquæ Dominus sitiens expetit, vnda exigua donari, vt cœlestis pelagi impendat vbertatem: Eleemosynæ hinc incrementa contemplare. n.89.p.57

Vitæ huius voluptates profundo recluduntur in puteo; quàm difficilè hauriuntur? Quàm stultus, qui post viriorum immensos labores, æterno labori est addicendus? num. 96. p.58

Virum Dominus vocauit Samaritanæ amasium, ne delinquentem pulsaret verecundia. n.103. p.59

Qui peccatores alios solebat donare venia haud præmissa reprehensione : adulteram Samaritidem acriter reprehendit ; Adulterium enim graue admodum piaculum, ad iracundiam prouocans Conditorem. n.109. p.60

Aquæ putei illius,quo voluptas seculi, ac bona mundialia exprimuntur, haud Samaritidis sitim extinguebant ; Bona enim mundi, & secularis voluptas sitim adaugent. num.119. p.62

Qui ex fonte cœlestium bonorum potatur, nunquam sitit,quia verè impletur ; Bonorum enim cœlestium stilla quælibet fontis offert satietatem. n.25.p.61

Vir ille maritus erat Samaritidis impudicæ,ideo planè impudica fœmina erat, quia ille non suus erat vir,sed alteri hætebat amasiæ;Qualis enim coniux ostenditur,talis alter assolet ostentari. n.133.p.62

Dominum Samarites Christum appellat, cùm expetit ab eo aquam viuentem accipere; Reuerentia enim præmissa, facilè à Deo impetrabis, quidquid oratione requisieris. n.138. p.63

SAMARITANA II.

Samaritanorum conuersio.

Mirabantur Discipuli, quod Christus Sacerdos magnus Sacerdotum Princeps cum vili haud bonæ famæ muliercula sermonem texeret, ignari mysterij. n,26.p.67

Videntes Discipuli Dominum cum sola fœmina commorari, mirati sunt putantes magnum inesse mysterium. n.54.p.68

Post diuturnum colloquium Samaritana conuertitur ad Deum, qui assolet alios peccatores vnico verbo adducere ; Vnde colligo quàm difficilè praua circa delicias consnetudo superatur. n.44.p.69

Samaritana non promittit Christo,se ad meliorem frugem recipiendam : sed facto ipso vitæ mutationi dat operam, taxans eos, qui sese promissionibus vacuis deludunt circa pœnitiam gerendam. n.51.p.70

Obediens Dominus Patris voluntati, non potest esurire. Edocet, omnibus abundare eum, qui soli impletioni voluntatis Dei studium impendit. n.58.p.71

Ecclesia aptè frugum nomine signatur, quæ quidem triticum cum paleis exponunt. n.63. p.72

Dum Dominus aperit Samaritanæ sine velamine piacula, illa in meliorem frugem recipitur. Hinc edisce, ideò peccatores fortasse non conuerti ; quia prædicatores haud apertè vitia taxant, sed inaurare curant. num. 69. p.73

Sanctitas. Sanctus.

Pulcherrima veritas horribiliter deseuit in Diuos. n.16.p.7

Quo Sanctior quis, eò ditioribus laboribus assolet agitari. n.23.p.8

Compendiaria lacrymarum via ad Sanctitatis verticem. n.79.p.88

Tunc veraciter nos rogare Dominum dicimur, quum adimus Mediatores, & simul operibus precamur. n.40.p.228

Tam necessaria Sanctorum intercessio, vt non debeamus audere ad Dominum ire, nisi amicorum præmissa precatione. num. 45. p.229

Ille strictiori iure Sanctitudine debet ornari, qui aliorum Magister exsurgit. numero 20. p.343

Sapientia.

Vera Sapientia non solum mentem illuminat, sed & voluntatem ad virtutem succendit. n.16.p.121

Proprium est Sapientiæ cœlestis, non intelligi ab omnibus ; Stultitiæ planè documentum est intellectu facilem semper ostentari. n.22. p.129

Vera Sapientia non inflat Doctorem, sed eum efficit fulgere humilitate. numero 35. p.142

Ille veræ sapientiæ fulgore adornatur, qui vitæ rectæ exprimit actiones. numero 42. p.143

Non Sapientibus mundi, sed insipientibus Dei fuere reuelata mysteria, in sapientium confusionem. n.20.p.174

Sapientis est, mutare consilium. n.64.p.316

Satietas.

Bonorum cœlestium stilla quælibet, fontis offert Satietatem. n.25.p.61

Scandalum.

Peccatores publicè sedentes, & euulgantes crimina Scandalo oborto, specialissimè inuisi sunt Conditori. n.42.p.115

Scientia.

Rectè operantibus, id est, Dei voluntati obsequentibus vera Scientia promittitur à IESV. n.42.p.143

Est eorum, qui non Sciunt, tenaciter suis votis hærescere. n.61.p.315

Sensus.

Non solùm quæ audierant, sed quæ viderant miracula, vult Dominus à Discipulis Ioanni renunciari ; Vt doceat, quàm fallaciter testari soleat,qui vnico Sensu teste, audet proximorum flagitia peruulgare,aut saltem credibilia esse putat. n.44.p.11

Sermo.

Sermones IESV. *Tomo IV. per tot.*

Sermo de Ieiunio. lib.1.per tot.

Sermo de Doctrina cum operibus. lib. 2. per tot.

Sermo de Prælatorum humilitate, seu pedum ablutione. lib.3.per tot.

Sermo de pœnitentiæ Baptismo ex ore Ioannis. lib.4.per tot.

Sermo de Iustitiæ legis nouæ abundantia.lib.5. per tot.

Sermo de duplicis dominij incompossibilitate. lib 6. per tot.

Sermo de dilectione inimicorum. lib. 7. per tot.

Sermo de Correctione fraterna. lib. 8. per tot.

Sermo de bono Pastore. lib.9.per tot.

Sermo de duobus magnis mandatis. lib. 10. per tot.

Sermo de Oratione. lib.11.per tot.

Sermo alter de oratione. lib.12.per tot.

Omnes debent Concionatorum officio fungi, quod audiunt hi referant aliis : alij au-

dientes, aliis adhuc satagant proferre Sermonem. n.18.p.332

Seruire.

Præsulum proprium est Seruire eis, qui eorum ditioni addicuntur. n.41.p.312

Seruire Deo, & sæculo est impossibile. Religiosos propinquorum aut amicorum litibus, aliisve occupationibus ab instituto alienis curam impendentes interim taxo. num.17. p.358

Cur nemo possit duobus dominis seruire. n. 1. p.356

Haud possumus Deo, ac Mammonæ Seruire. n.4.p.357

Aliud est habere diuitias: aliud eis Seruire.n.5. ibid.

Qui verè Deo seruit, quomodo potest alij ministerio vacare. n.22.p.359

Signum reprobationis est, à Dei Seruitio ad sæcularium negotia Religiosum exire. n. 23. ibid.

Singularitas.

Qui à communitate abstrahitur Singularitati studens, communi salutari bono priuatur. n.20.p.200

Sitis.

Sitim animarum, qua Dominus nunquam non succenditur, confirmo. n.38.p.51

Societas.

Præstantissimo Christus miraculo vendentes, & ementes, è Templo exturbauit, Exitialem admodum peccatorum Societatem quasi timens, horrens peccati consortium, vt nos doceat à prauis socius seiungi. n.48.p.108

Sollicitudo.

Sollicitudo circa victum, & vestitum depellenda. n.6.p.357

Spes.

Ne, dum videris peccatorem magnum fuisse venia donatum, fallaci fortasse Spe affectus audeas adhuc indulgere peccatis. n.61. p.85

Spiritus sanctus.

Abstractio à tumultu decet eum, qui expetit Spiritus sancti vocem exaudire. num.53. p.327

Stultitia.

Stultitiæ documentum est intellectu facilem semper ostentari. n.22.p.129

Sumptus.

Sumptuum ostentationes cum peculio sunt mensurandæ. n.61.p.179

Subditus.

Moneo Præsules, confidentia Subditos cogi ad virtutem. n.16.p.282

Subditorum piacula arguunt Præsulum iniquitatem. n.27.p.324

Illustris præsulis est, præuidere, velut prophetico spiritu, Subditis obuentura mala vt studeat auertere. n.42.p.416

Indicitur Subditis prompta obedientia ad nutum siue signum superioris voluntatis. n.44. p.425

Superbia.

Docemur, mortem Superbiæ nostræ supercilia deprimere. n.17.p.271

Superfluum.

Quò quis augustior, eò efficacius Superflua reiicit, necessaria solummodo admittens. n.47.p.161

Supplicium.

De tribus Suppliciis Iudicio, Concilio, & Gehenna. n.9.p.341

Cur tam serò Deus ad inferendum Supplicium exurgit? Certè quia permittens homines addere peccatis peccata, eos seuerissimè punit; peccantium enim crimina Supplicia horribilia existunt. n.11.p.441

Perpetuo contemptu afficiuntur impij, quia Deum contempserunt delinquendo; Peccator enim hic auctor est æterni supplicij, quo torquendus æternùm est, in gehenna. n. 19. p.442

Ostenditur impiis supplicium, esse differendum: non quidem propitio, sed irato Numine; Supplicio enim non cohiberi peccatorem, aut mox non puniri, maxima condemnatio: quo enim tardiora supplicia, eo grauiora. n.24.p.443

Sydus.

Creata Sydera, quonammodo debeant elucere sine aliorum claritatis imminutione. n. 49. p.125

T

Tartarus.

Cur Tartarus gehenna vocitetur. num.10. p.341

TEMPLUM I.

Profanatorum Templi punitio.

Ierosolymam veniens Dominus, illicò ad Templum se recipit, & dum à Dei laudibus incipit, miram perficit aduersus Templi profanatores victoriam. Edocens à negotiatione spirituali incipiendum esse, vel ad temporalium prosperitatem negotiorum. n.14.p.103

Subuertuntur mensæ, disperduntur boues, & oues eorum, qui Templa non verentur profanare. O quàm labilis Respublica, vbi ciues Templorum religioni non student? n.19. p.104

Christus diuinus prorsus ostenditur, dum omnes funiculo complicato è Templo exturbat. Et quando non diuinus obiicitur, qui sacerrimo Templo litat reuerentiam? n.24. p.105

Acriter & flagello & verbo vulneratos Iesvs Templi profanatores meritò exturbauit. Quia domum vitæ domum mortis sibi construebant. n.30.p.106

Sacerdotes ementes, & vendentes Christus meritò flagellauit. Grauissimum enim piaculum, grauissimæ agnarum vindictæ est, in Ecclesiasticis muniis lucris temporariis studere. n.36.p.107

Ex funiculis Christus flagellum fecit peccatoribus è Templo deturbandis; Deus enim nostris ex criminibus flagella ad supplicium componit. n.42.p.108

Præstantissimo Christus miraculo vendentes, & ementes, è Templo exturbauit; Exitialem admodum peccatorum societatem quasi timens, horrens peccati consortium, vt nos doceat à prauis socijs seiungi. num.48. p.108

TEMPLVM II.

Iudæorum querimonia.

Querimonia Iudæorum de effusæ pecuniæ dolore exorta est; Nil enim sic compungit auaros, quàm pecuniæ eis lucra prohiberi. n.14. p.115

Christus ostendit se potestatem, ac dominatum in Iudæos habere, quia pro eis moriturus; Ille enim verè Dominus ostentatur, qui subditis amoris exponit documēta. n.23.p.112

Licet quadraginta & sex anni minimè impensi sunt Templi ædificationi, verè asseritur, quadraginta & sex annis ædificatum, quia Regum desiderium pro opere computatur. n.29. p.113

Nec credentibus Iudæis in eum se credebat Christus, quia agnoscebat humani cordis mutabilitatem. n.34.p.115

Christus semetipsum non credit eis, qui non crediderunt, speciatim sedentibus nummulariis. Quia peccatores publicè sedentes, & euulgantes crimina scandalo oborto, specialissimè inuisi sunt Conditori. n.42.p.115

In Templo nihil gerendum, quod ad Dei obsequium non attineat. n.24.p.140

Tenebræ.

Peccati Tenebræ cum IESV fulgentissimo luminari vna in sede non commorátur. n.22.p.121

Testis, Testimonium.

Quàm fallaciter testari soleat, qui vnico sensu Teste, audet proximorum flagitia peruulgare, aut saltem credibilia esse putat. n.44.p.11

Non tam verbis, quam operibus respondet Dominus se Messiam verum. Testimonium enim à rebus, ab operibus credibilius existit. n.52.p.12

THOMAS.

Thomæ reductio.

Thomas ideò pacem non accepit, seu à peccato absolutionem, cùm Discipuli receperunt, quia non erat cum eis; Qui enim à communitate abstrahitur singularitati studens, communi salutari bono priuatur. n.20.p.200

Vt solum Thomam ab incredulitatis lupo eripiat Dominus iterum venit, & quasi iterum vulneratur affectu; Pro vno etenim homine, si oporteet, rursum Dominus totum profunderet cruorem, omne redemptionis pretium impenderet. n.26.p.201

Non percutit incredulum Thomam, sed ei dicit; Quia verbis dulcibus, non vulneribus peccatoris durities est emollienda. n.32.p.202

Quàm citò incredulus Thomas, fidei Magister Christicolis exponitur. Profectò peccator obduratus licet, qui Christo accedit, citò desinit esse peccator. O præsentiæ Dei emolumenta. n.38.p.203

Tortor.

Ira illicò hominem tradit tortori flagellandum, occidendum, succendendum: ipsa enim horribilis Tortor. n.41.p.346

Tribulatio.

Diligens plus ex dilecti Tribulatione afficitur, quam ex propria passione. n.33.p.227

Tributum.

Tributorum exactores assolent reliquos peccatores iniquitate superare. Monet Principes vectigalium exactiones pestes esse Reipublicæ, pauperum expilationem. n.10.p.216

Iusta tributa Imperatoris sunt; Quia ad subditorum commoda erogantur. n.18.p.217

Cæsari ipsi reddenda tributa non exactoribus. Heu hac tempestate exactoribus redditur tributa, imo ipsi sibi vi deprædantur. n.26.p.218

Non sunt danda Cæsari, quæ Dei sunt. Vnde taxantur Principes, qui ab Ecclesiasticis tributa exigere tentant. n.35.p.219

V

Vanitas.

AGnata est exaltationi, ac Vanitati conturbatio, deiectio, confusio. n.22.p.292

Verbum.

Quanta attentione, & reuerentia Dei Verbum oporteat exaudire. n.14.p.139

Verbis dulcibus, non vulneribus peccatoris durities est emollienda. n.32.p.202

Verus amor non Verbis, sed operibus comprobatur. n.32.p.303

Veritas.

Pulcherrima Veritas horribiliter desæuit in Diuos. n.16.p.7

Deitati cognatum, Veritatem proferre ac protegere. n.42.p.132

Ille eximius præco, qui sine respectu ad mondiales dependentias, suggestum, nudæ Veritatis assertor, ascendit. n.46.p.326

Vestimentum.

Sollicitudo de cibo ac indumento taxatur. n.6. p.357

Manducátne anima, aut vestimento tegitur. n.7. ibid.

Vt Dominus pulchrum liliorum indumentum ostenderet, Salomonis Vestibus aptè comparauit; quia Principis solius est, indumenta pretiosa ostentare. Nunc planè nullam Dominus in Principum, & vulgarium indumentis differentiam inueniret ob luxus immoderantiam. O si omnes iuxta status vim induerentur! n.22.p.367

Ioannem asserit Dominus mollibus non indui Vestimentis, vt eius adstrueret innocentiam; Portò quia molles vestes culpæ sunt argumenta. n.32.p.18

Victus.

Circa Victum, & vestitum sollicitudo depellenda. n.6.p.357

Vis.

Illi procuidubio Regnum cœlorum consequitur, qui vim facere Deo norunt. n.15.p.252

Totas animæ Vires impendendas diuinæ dilectioni Dominus prædicat. An assumptis totis viribus homo deficiens, aut imbellis; Profectò fortissimus ostentabitur; quia Dominus amatores suos reddit inexpugnabiles. n.36. p.434

Vindicta.

Illud ipsum inimicum diligere, idem est, ac de illo horribilem sumere vindictam. n.55.p.379

Virtus.

Apud Deum illa nobilitas, illa propinquitas æstimatur, quæ ex Virtute fulgurat. n.35. p.233

Agnatum Virtutibus occultari. n.49.p.288

Vna dilectio inimicorum quasi infinita Virtus est, omnem legis obseruationem, omnem perfectionem spiritualem continens. n.45.p.378

Vita.
Tunc homines oculos acuunt ad salutis negotia aspectanda, cum Vitæ, felicitatisque temporariæ finem instare agnoscunt. n.19.p.139
Vitium.
Quàm stultus, qui post Vitiorum immensos labores, æterno labori est addicendus? n.96. p.58
Verè pœnitens, vt diluatur, debet omnino à Vitiis, occasionibusque eorum semoueri. n.26.p.353
Vituperium.
Illa egregia laus, quæ ex alieno ore procedit: propria laudatio, Vituperium. n.19.p.183
Vnio fraterna.
Quanti Deus vnionem fratrum duxerit. n.7. p.349
Vide, *Reconciliatio.*
Dum Abraham Christum in Eucharistia contemplatur, memor est fraternæ vnitatis per ipsam perficiendæ. n.18.p.351
Coram Eucharistiam figurante frumento, fratres Iosephi fraternam charitatem redintegrare coguntur. n.19.ibid.
Necessariò recordati sunt fratres Ioseph fraternæ vnionis accepturi Eucharistiæ typum. n.20.ibid.
Cainus reprobatus, quia coram Eucharistici sacrificij typo, non est recordatus fraternæ Vnionis. n.21.ibid.
Vna fratrum Vnio omni prosperitate, omni bono potitur. n.25.p.352
Nullum bonum sine Vnione ac pace fraterna. n.30 p.352
Voluntas.
Omnibus abundat, qui soli impletioni Voluntatis Dei studium impendit. num. 38. p.71
Licèt voluntate humana naturali Christus mortem non expeteret: Voluntate deliberata Patris voluntati appetit, & efflagitat. Edocens nos Patris cœlestis imperiis difficilibus subiacere. n.30.p.166
Vt Dei geras Voluntatem, omnia debes contemnere, patrem, filium, vxorem. num.30. p.433
Voluptas.
Bona mundi, & sæcularis Voluptas sitim adaugent. n.119.p.61
Votum.
Votum Deo factum, non contemnendum; sed quamprimum executioni mandandum. n.31. p.352
Voti munus Anna relinquit in Altari, & vadit domum, vt pariat ac nutriat infantem, & illico veniens offert munus suum.num.32. p.353
Quàm periculosum Voti munus non illicò offerre. n.36.ibid.
Hi taxantur à Dauide. n.37.ibid.

F I N I S.

